



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**






M. 2569.

K


1

18






























ANNUS  
CISTERCIENSIS:

In quo  
PIA, ET BREVI APOSTROPHE  
PROPONUNTUR

Colenda simul & Imitanda

*Gesta præcipua, & eximia Virtutes*  
Sanctorum, ac Beatorum utriusque sexus,  
Ejusdem Sacri,

ET JAM INDE AB ORIGINE SUA  
EXEMPTI ORDINIS.

*Quem STYLI ac PRÆLI labore*  
in lucem publicam produxit  
RELIGIOSUS CISTERCIENSIS  
in Monasterio B. V. Mariæ

DE MARIS-STELLA

Vulgò Wettingen,

Prope Badenam Helvetiorum.

PARS II.



ANNO MDCLXXXIII.

*Sociis Jesu*



Mat 218202



EPISTOLA NUNCUPATORIA.



REVERENDISSIMIS  
IN CHRISTO PATRIBUS,  
AMPLISSIMIS PRÆSULIBUS  
AC DOMINIS:

D. EMMANUELI,  
Abbati Imperialis Monasterii Salemitani:  
& Congregationis S. BERNARDI, Sacri  
Ordinis Cisterciensis in Superiore Germania  
COMMISSARIO GENERALI.

*Salemium Fundatum est Anno 1137.*

D. ALBERICO,  
Abbati Ebracensi, Franconiæ Primate,  
Visitatori Ordinario, & ejusdem Provinciæ  
VICARIO GENERALI.

*Fundatum est Ebracum Anno 1126.*

D. ELIÆ,  
Abbati Cæsariensi, & Provinciæ Suevicæ  
VICARIO GENERALI.

*Fundata est Cæsarea Anno 1133.*

D. MALACHIÆ,  
Abbati Alderspacensi, & Provinciæ Bavaricæ  
VICARIO GENERALI.

*Fundatum est Alderspachium Anno 1147.*



EPISTOLA

D. NICOLAO,

Abbati Maris-stellæ, & Helvetiæ, Alsatia  
ac Brisgojæ

VICARIO GENERALI.

*Fundata est Maris stella Anno 1227.*

D. PETRO,

Abbati Luciscellæ in Alsatia, *Fund. anno 1124.*

D. BERNARDO:

Abbati Novi Castri in Alsatia, *Fund. añ. 1128.*

D. THOMÆ,

Abbati Langheimēsi in Franconia. *Fund. 1132.*

D. CANDIDO,

Abbati Altæ Ripæ in Helvetia. *Fund. añ. 1137.*

D. OLIVARIO,

Abbati Parisiensi in Alsatia. *Fund. añ. 1138.*

D. MALACHIÆ,

Abbati Raitenhaslācēsi in Bavaria. *Fund. 1147.*

D. CAROLO,

Abbati S. Urbani in Helvetia. *Fund. anno 1148.*

D. FRANCISCO,

Abbati Brunbacensi in Franconia. *Fund. 1155.*



NUNCUPATORIA.

D. ROBERTO,

Abbati Portæ Cœli in Brisgoja. *Fund. añ. 1156.*

D. ROBERTO,

Abbati Bildhusano in Franconia. *Fūd. ā. 1157.*

D. FRANCISCO,

Abbati Speciosæ Vallis in Frāconia. *Fūd. 1157.*

D. MARTINO:

Abbati Campi Principū in Bavaria. *Fūd. 1262.*

D. GEORGIO,

Abbati Stambsenfi in Tirol. *Fund. anno 1273.*

D. MELCHIORI;

Abbati Cellæ Principis in Bavaria. *Fūd. 1274.*

D. BONIFACIO:

Abbati Cellæ Dei in Bavaria. *Fund. anno 1286.*

CELEBERRIMÆ

CONGREGATIONIS

CISTERCIENSIS

*Per Superiorem Germaniam*

INCLYTIS PRÆSIDIBUS

DEFINITORIBUS PRUDENTISSIMIS.

Membris Nobilissimis:

*Patribus, Dominis, ac Mecœnatibus meis*

*Gratiosissimis, Observandissimis.*

¶¶¶



## EPISTOLA



Missi nuper in publicam lucem exigui laboris mei prima parte postquam S. Ordinis Caput Supremum veneratus sum, lex ipsa Rationis iubebat, ut alteram consecraturus partem, ad proxima Capiti membra descenderem: ad Vos, inquam, Reverendissimi & Amplissimi Præsules: qui sub gloriosissimo nomine, ac Patrocinio Mellifui Patris N. BERNARDI Congregationem hanc Vestram circa initium huius seculi erexistis; invictâ vigilantia, nequicquam obstrepentibus bellorum tumultibus, propagastis; & consiliorum prudentia, pietatis fervore, ac saluberrimis Constitutionibus fartam hætenus tectamque conservatis. Concors omnium Vestrum desiderium est, & meta sollicitudinis; ut Regularis disciplina in cœnobijs curæ Vestræ concreditæ non vigeat tantum ac floreat, sed & uberes vitæ laudabilis fructus producat. Huic sacro mune-



# NUNCUPATORIA.

munere Vestro dignissimæ voluntati promovendæ si quis quærendus est ad excitandos animos stimulus, vix invenietur magis idoneus, quàm Exempla. *Longum enim, ait Philosophus Romanus (a) iter est per præcepta, breve & efficax per exempla: plus ex moribus, quàm ex verbis trahimus.* Hæc non ducunt solum, sed urgent, & arcano quodam fascino impellunt. Suam exempla personam agunt in libris non secus ac in theatro: & commentatorum stylo sæpè vivaciùs, quàm suâ linguâ loquuntur. Arguunt vitia sinè palpo, Virtutis decorem sinè fuce demonstrant: tangunt conscia mentis ulcera, sed sinè tortura legentis; dum non frontis sed cordis ruborem pariunt. *Sic est, ait Theodosij Imp. panegyristes, (b) exasperat homines imperata correptio, blandissimè jubetur exemplo.* Cui consonat illud Theodidacti nostri, quod post Magnum Gregorium frequenter inculcat: (c) *Sermo vivus & efficax exem-*

§§§§

*plum*



# EPISTOLA

*plum est operis, facile faciens suadibile, quod dicitur; dum monstrat factibile, quod suadetur.* Prototypon exemplorum omnium est Servator humani generis, Via nimirum, Veritas, & Vita: qui sanctimoniae absolutissimae vestigia Spiritus Divini calamo exarata ideo tam sedulo nobis commendavit, ut quemadmodum ipse ambulavit, ita & nos ambulemus. Sacratissimis his vestigiis presso pede inhæserunt illi XII-Viri, qui præeunte sermonem Principe gloriabantur: Secuti sumus te. Horum deinde gesta revolventes Antonij, Pauli, Macharii, Pachomii, Hilariones, dum eandem Apostolicam viam terebant, in hodiernam usque diem sunt nobis pro exemplo Christianae perfectionis: eandemque ob causam S. Legislator noster Benedictus horum Vitas Patrum quotidie post cœnam prælegi tam sanctè præcepit (d) neminem ab hac lege eximens, nisi legitimè impeditum. Magneticam hanc Exemplo-



# NUNCUPATORIA.

plorum vim felicissimè expertus Augustinus disertè fatetur, se isto calcari animum ad ingrediendam prosequendamque, arduam licèt, Virtutis semitam exstimulavisse; illud crebrò sibi occinens: *Tu non poteris, quod isti, & ista?*. (e) Præ alijs tamen exemplis nos afficere solent domestica, quasi viciniora, & speciali quadam proprietate ad nos spectantia. Nec alio fine Veteres Romani Avorum Ceras tam religiosa veneratione colebant, quàm ut earum aspectu ad imitanda Majorum facinora accenderentur. *Hoc enim, velut Tullio placet, (f) generi hominum propè à natura datum est, ut quâ in familiâ laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè, qui sunt ejus stirpis, cupidissimè prosequantur.* Abundat profectò Inclyta Cisterciensis familia nobilissimis sanctimoniae exemplis, numero & magnitudine admirandis. Quæ ut plurimum oculis ad cognitionem, & animis ad imitationem subjicerentur, ex diversis

Aucto-



## EPISTOLA

Auctori- bus hinc inde dispersa in hoc redeg- i compendium: quod veluti Vo- bis, Reverendissimi Præsules, mille no- minibus debeo, ita quâ par est demis- sione & observantia offero, Dedicô- que. In quo si *Causam efficientem*, uti loquuntur Dialectici, intuemini: lu- bens fatebor, dignum esse omni con- temptu: si verò *formam* spectatis, quam à stylo habet ac typo, hæc mihi vide- batur aptissima, tam prolixæ rerum diversarum Iliadi nucem, non scrini- um quærenti, & in hoc maximè inten- to, ne enchiridii compendium exce- deret: si *materiam*, displicere non po- test, nisi nec Cisterciense nomen, nec pietatem amantibus: si denique *finis* à me destinatus attendatur, qui est ho- nor DEI & ejus Amicorum, ac salus animarum, non optandus modò fuit hic labor, sed imperandus. Æqui er- gò bonique pios conatus consulite, & in gratioso favoris gremio confove- te. DEUS ex largifluo Bonitatis suæ thesauro



NUNCUPATORIA.

thesauro Reverendissimas Dominati-  
ones Vestras longævâ, Pacis almæ ple-  
nâ, ac demum æternâ cumulet felici-  
tate. Extendat de supernæ Patriæ se-  
dibus assuetam prodigiis dextram san-  
ctissimus noster Thavmaturgus (quod  
in fronte hujus libri pictura insinuat)  
& hoc insigne decus Germaniæ, Con-  
gregationem hanc amoris ipsius addi-  
ctissimam repleat Benedictionis suæ  
dulcedine, efficiat meritis suis, ut qui  
hactenus cum universo terrarum or-  
be fuimus Virtutum ejus admiratores,  
pergamus porro illius esse strenui imi-  
tatores, tandemque nos, tanquam fi-  
lios non degeneres, promoveat ad  
consortium gloriæ suæ immortalis. Ita  
jovet ex Typographeo Maris-stella-  
no, Calendis Januarii, anno 1683.

Reverendissimarum & Ampliss.  
Dom. Vestrarum

Cliens humillimus  
Religiosus Marisstellanus.



(a) Seneca epist. 6. (b) Latinus Pacatus in  
Or. paneg. ad Theod. jun. (c) S. Bern. epist. 201,  
& in serm. de S. Bened. (d) Regula cap. 42.  
(e) soliloq. cap. 10. (f) Cicero pro Rabir.

AD LECTOREM.

*Paucis hinc rogandus es, Lector benevole, ne  
nimia diligentia ad Pedem Geographicum dis-  
cutias imaginem, quam in libri hujus vestibulo  
posui. Locorum situm ac distantiam ex Tabu-  
lis Merianeis desumpsi, & secundum gradus pro-  
portionales ita collocavi, ut omnia diffuse in lon-  
gum latumque Congregationis Monasteria oculis  
uno intuitu subjicerentur: iter enim magis ad  
caelum, quam per terras demonstrare hoc meo qua-  
licunque labore constitui.*

*Par ratio est de annis Foundationum, quos  
ordinis gratia adjunxi, simpliciter secutus Fon-  
gelinum. Illius error est, nullius per me Furibus  
derogans, si quem forte quis deprehenderit.*



ANNI





ANNI  
CISTERCIENSIS  
JULIUS.

I. Julij. Calenda.



EATE BARTHOLO-Obijt  
MÆE: qui sicut Melli-anno  
fluum Germanum or-1144.

dine nascendi proxi-  
mè; ita cum te Christo  
ac Cistercio parturien-

S. Ber-  
nardū  
primus  
sequi-  
tur.

tem, ante fratres reliquos, promptissi-  
mè secutus es. Rursus ad Claramval-  
lem, ex Cistercio dimissum, comita-

tus es pari mentis alacritate: quamvis  
S. Abbas Stephanus te non sinè la-  
chrymis, separationis dolorem testan-

Abbas  
Firmi-  
tatis e-  
ligitur.

tibus, à se dimiserit. Cujus cordi te præ  
aliis fuisse altiùs inscriptum, decennio  
pòst apparuit; cùm te ex amantissimi  
Germani sinu raptum, primogenitæ  
Filiæ Firmitati præposuit; illi sponsum  
ac patrem, sibi novo titulo filium ado-  
ptans. Huic sanctissimæ familiæ post-

Aa

quam



## 2 ANNI CISTERCIENS.

quam annos viginti te humilitate fratrem, sollicitudine Patrem, ut verbo dicam, BERNARDUM exhibuisti, de dilecta Firmitate terrena, ad Firmamentum cœleste feliciter evolâsti: relictis haud dubiè præclarissimis virtutum tuarum vestigiis, posteros ad imitationem excitaturis, nisi illorum memoriam aut obliterâset vetustas; aut BERNARDUS sui splendoris quadam immensitate, instar solis alia sidera in meridie condentis, obumbrâset. *Utcunque autem ignota sint sanctimonie tue insignia; indubitatum tamen est, ob-  
Virtu- servantiæ regularis, rigoris in victu, atq;  
tes reli- fervoris in obsequio divino te fuisse studio-  
giosi. sissimum. Hæ virtutes sunt supplicationis,  
quam tibi porrigo, summa: sinè illis enim  
scio me nec religiosi nomen, nec cælum me-  
reri.*

B. JACOB, monache Dunensis, insignem laudem promerite ex integritate morum, & cordis candore. Piam vitam excepit mors plena solatii: dum tibi spectabilis adfuit dulcissimus Parens BERNARDUS, & ad beatorum felicitatem invitavit. Præcesserat mortem paralytis triennalis: cujus incommoda non solum prompto pertulisti animo, sed etiam hilari; identidem in laudes Divinæ bonitatis erumpens

Obijt  
anno  
1478.

S. Bernardus  
agoni-  
zanti ap-  
paret.



pens; quòd te per viam spinâ doloris  
 consitam ad se deducere fuerit digna-  
 ta. Non parum minuit itineris laborem *Crucis*  
*viarum infallibilis peritiâ.* Ad patriam *via, via*  
 nostram *via regia est, via Crucis; quam cœli.*  
 nempe Rex gloriæ thronum suæ majestatis  
 repetiturus aperuit. Ora, ut per hanc ani-  
 mosè ingrediar, nec me à pessimo seductore,  
 amore carnali, in viam perditionis abripi  
 permittam.

B. JOANNES à S. Dionysio, Fu- *Obijt*  
 liens monache: qui juxta vatis Divi- *anno*  
 ni consilium, sacræ religionis jugum *1622.*  
 portasti ab adolescentia tua: idque ta-  
 li fervoris constantia; ut admirandam  
 Instituti Fulienfis austeritatem absque  
 ullâ, licet permissâ, relaxatione retinu-  
 eris. Pauculis hîsce verbis te, ac tuæ in-  
 stitutioni commissos, ad virtutis amo- *Tessera*  
 rem excitabas: *Facere, & pati, in silentio militis*  
*& solitudine: summam religiosæ perfe religio-*  
*tionis hoc brevi compendio comple- si.*  
 ctens. Atque hæc ipsa verba, quemad-  
 modum erant totius vitæ lex & nor-  
 ma; ita tandem fuere felicissima clau-  
 sula. Præmuni animam meam quaternò *Vallum*  
 hoc virtutum vallo; quo certum est, *in fen. contra*  
 sissimos vitæ melioris hostes arceri: *Otium vitia.*  
 nempe agendo: patiendo, Amorem propri-  
 um: silentio, Vanitatem mundi: solitudine  
 denique, Oblivionem Dei, ac sui.




4 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. 40. in Cant.

**U**tilis solitu-  
do, se  
solum  
obser-  
vare, nō  
alios.

*Solus es, in quantacūq; hominum  
verseris frequentia. Tantum cave, a-  
liena conversationis esse aut curio-  
sus explorator, aut temerarius ju-  
dex. Etiam si perperam actum quid  
deprehendas; nec sic iudices proxi-  
mum; magis autem excusa. Excusa  
intentionem, si opus non potes.*



2. Julij. 6. Nonas.

**O**bjc  
anno  
1608.

**B.** MARIA, monasterii Nazarethani Conversa: quæ designatum pro virginæ puritatis custodia parthenonem petitura, ne mundus obstreperet, stemmatis, opum, ac formæ superbiam uno humilitatis pondere, velut lapide quodam sepulchrali oppressisti. Huic deinde petrae reliquarum virtutum, per totam vitæ seriem laboriosè imposita substructio, quàm solido nixa fuerit fundamento, vitæ finis aperuit, dum emanans ex defuncto corpore suavissimus odor totum monasterium fragrantia, incolas admiratione implevit. *Doce me ex bonorum operum speciebus*

**O**dor ex  
defun-  
cto cor-  
pore.



## II. JULII.

§

*speciebus tale thymiana componere. Ex  
thure nimirum devotæ orationis, guttis la-  
crymarum, myrrha mortificationis, aro-  
matis obedientiæ, humilitatis, amoris Di-  
viui, charitatis fraternæ &c. Quàm sua-  
vis & confortans odor hic erit mihi cum  
morte luctanti!*

Aroma-  
ta vir-  
tutum.

B. DIDACE Velasquez, monache  
Fiteriensis, singulari Numinis provi-  
dentia ad militiam vocate: cujus tyro-  
cinia sub magno illo Heroë, Alphonso  
Imperatore, posuisti: quo auspice fe-  
lici semper usus fortuna, jam rude do-  
nari merueras. Eo autem ex humanis  
erepto, sepositâ galeâ, cucullam Cister-  
ciensem à sancto Raymundo Abbate  
Fiteriensi suscepisti. Vix vota solennia  
nuncupaveras, cum te ad nova bella  
salus publica evocavit. Inundaverant  
Mauri numeroſo exercitu magnam  
Hispaniæ partem: quorum impetum  
cum Milites Templarii sustinere despe-  
rassent, præcipuum regni munimen-  
tum, Calatravam, vacuum reliquere.  
Hujus defensionem cum post militum  
fugam nemo in sese recipere auderet,  
tu Raymundo auctor fuisti, ut barba-  
ris sese opponeret: probante consilium  
Sanctio Rege, & convolante ad cucul-  
latam militiam haud exigua manu:  
quâ stipatus Mauros multis præliis su-

Floruit  
anno  
1153.

Calat-  
ravâ  
desertâ  
defen-  
dit.



## 6 ANNI CISTERCIENS.

peratos, tam gravi interneccione dele-  
visti; ut reportatis castellorum urbi-  
*Institu-* umque opimis spoliis, ad facta testa-  
*tor 2.* Calatravæ redieris: Institutor secun-  
*Ordinis* dus, sed cui primus primatum debet,  
*milita-* celeberrimæ Militiæ nobilium Equi-  
*ris de* tum, ex eodem Castello nomen tra-  
*Cala-* hentis. Inter prædas barbaris ereptas,  
*trava.* est locus Monasterii S. Petri propè Gu-  
mielem: ibidem, tanquam in hostico,  
victoriæ tuæ trophæum statuisti sepul-  
chrum tuum; non opere superbum, at  
hodiéque fidelium pietati venerabile.

*Corpus* Mea quoque custodiæ Deus castrum com-  
*instar* mist: corpus nempe meum; cui animam  
*castri* gubernatricem imposuit. Sed prodidit il-  
*custo-* lud sævissimo hosti propria voluntas. Tu  
*diendū.* streniss me miles, ferto mihi suppetias; ut  
quales tu de Africanis, tales ego de aver-  
nalibus hostibus triumphos reportem.

S. BERNARDUS, ser. 2. de Aſſūt.

*Custo-* Bonum castrum custodiet, qui custo-  
*dia cor-* dierit corpus suum. Utilis profectò  
*poris.* custodia, & felix anima, quæ sic cu-  
stodierit corpus suum, ut nunquam  
sibi vendicet illud inimicus. Fuit ali-  
quando, cùm hoc meum castrum ty-  
rannidi suæ impius ille subjecerat sibi.

Quantum



*Quantum eo nocuerit tempore, praesens adhuc indicat desolatio & egestas.*



3. Julij. 5. Nonas.

**B.** JOANNES, Archiepiscopus Upsalensis: qui insignes nobilis animi <sup>Passus</sup> dotes sub disciplina claustrali inter Cistercienses monachos ad eam perfectionem excoluisti, quam Sueciae populi dignam fastigio summo judicarunt. <sup>anno</sup> Nec defuisse tibi parem dignitati animi, expertus est ipse Rex Canutus. <sup>1188.</sup> Is enim cum contra jus fasque homicidium perpetrasset, à te libere correptus, adeò non ausus est irasci; ut injunctam publicam delicti poenam ea submissione sustinuerit, qualem ab ultimo de plebe exegisses. <sup>Liberè regem arguit,</sup> Quin sanctis, & emendat. ac coelesti sapientia plenis consiliis tuis mutatus in alium, quot antè sceleribus fœdaverat, tot postmodum virtutibus decoravit regium diadema. His meritis tuis DEUS gloriosam martyrii coronam imposuit, dum impii Estonum piratae te in propriis aedibus, immaniter trucidarunt. *Muta & me in hominem alium. Fac me ex tepido ferventem,*

A a 4

ex pigro



## 8 ANNI CISTERCIENS.

*ex pigro vigilem, ex vorace sobrium &c.  
mutetur amor rerum terrenarum in des-  
deria sancta aeternorum.*

**Floruit** B. THOMA, Prior Boni Fontis in  
**circa** Tharesca, magnorum vir meritorum:  
**annum** qui alumnis tuis optimi instar fontis  
**1170.** eras, è quo mutuum fraternæ charita-  
tis affectum, in obsequio divino vigi-  
lantiam, morum gravitatem, tum ad-  
hortationibus, tum exemplo suaviter  
incitati hauriebant. In qua tam lauda-  
bili ac fructuosa exercitatione cùm an-  
nos complures transegisses, non im-  
meritò post piissimum obitum publi-  
ca fama te sanctitatis encomio exor-  
navit. Scio, quàm gravis coram Deo red-  
denda sit ratio illi, qui hoc merendi tempus  
aut per otium negligit, aut, quod deterius  
est, ad demeritorum pondus augendum,  
peccatis impendit. Unde te obnixissimè ro-  
go, ut mihi à Deo impetres illam efficaciter  
excitantem ad virtutes gratiam, qua præ-  
terita delicta aboleam, & caveam futura.


Merendi tem-  
pus nō  
negli-  
gendū.

S. BERNARDUS, ser. 68. in Cant.

**Quid** Sufficit ad meritum, scire, quòd non  
**de me-** sufficiant merita. Sed ut ad meritum  
**ritis sē-**  
**tiendū.** satis est, de meritis non presumere,  
sic carere meritis, satis ad iudicium  
est.

4. Julij.





4. Julij. 4. Nonas.

**B.** BERTRAME, B. MARIÆ de Floruit  
 Carixto in Lombardia monache: anno  
 qui licet à clàris sanguine parentibus 1195.  
 esses inter mundanas delicias tenerri-  
 mè enutritus, divino tamen instinctu  
 generosè animum ad contemnenda  
 carnis blandimenta adjecisti. Cùm au- *Gulæ*  
 tem in ipso vitæ religiosæ principio *tentati-*  
 inobservatus hostis te per suos cunicu- *onem o-*  
 los impeteret, cibus vulgaribus intole- *ratione*  
 rabili fastidio te affligentibus: de con- *vincit.*  
 filio Abbatis hoc bellum oratione con-  
 fecisti; tam felici victoriâ; ut in pisces &  
 fabis magis gratum inveneris exinde  
 saporem, quàm in divitis olim mensæ  
 omni lautitia. Ac ideo rigore commu-  
 nis abstinentiæ non contentus, qua-  
 si inedia inediam pareret, in eo auste-  
 tatis genere omnes alios superavisti.  
 Ex hac radice sobriæ mentis inter alia *Matrē*  
 cœlestia dona pullulavit intensissimus *Dei mī-*  
 amor in Virginem Deiparam: de quâ *rē colit.*  
 veluti honorificentissimè loqui con-  
 sueveras; ita ferebas gravissimè, si ver-  
 bum unicum audire cogebaris, quod  
 illius gloriam imminueret. Hunc de-  
 votionis affectum vario favore remu-  
 nerata

A a s

nerata



16 ANNI CISTERCIENS.

*Visio-*  
*nibus*  
*illustra-*  
*tur.* nerata est Mater dulcissima, jucundis  
apparitionibus te recreans. Inter quas  
celebrior illa fuit, dum eandem vidisti  
ornatu regali decoram virenti cespiti  
insistere, atque ad ejus pedes placidè  
manantem rivum, trahentem aurei  
coloris undas, sub quibus diversi splen-  
doris gemmæ ludebant. Eâdem dein  
interprete cognovisti, fulgenti illo li-  
quore sacrum Ordinem, gemmis verò  
corda Virgini Matri devota repræsen-  
tari. Addebat denique, eo se pretio an-  
te alia Instituta Cisterciense æstimare,  
quo præ cæteris metallis aurum homi-  
nes arbitrantur. Instabat aliquando  
festivus sacratissimæ Virgini dies, quo  
gloriosæ ad sidera Assumptionis me-  
moriâ fideles celebrant. Cujus occa-  
*Assum-*  
*ptionis*  
*festum*  
*inter*  
*prodi-*  
*gia ce-*  
*lebrat.* sione cum scires inter nocturnas pre-  
ces legendam fore quendam Divo Hi-  
eronymo perperam adscriptum ser-  
monem, affirmantem; Divinæ Puer-  
peræ animam, non corpus, cœlis esse  
receptam; potestatem ab Abbate im-  
petrâsti, illam noctem in proxima cœ-  
nobii villa transigendi; ne scilicet in-  
digna DEI Genitrice verba aures tuas  
cruciant. Et celebrâsti festivas planè  
vigilias, non hilariter solum, sed ad  
stuporem prodigosè. Nam villæ vici-  
nus, subitò à conspectu comitum dis-  
parens



parens, in loco, aliquot millibus passuum dissito te esse, primum obstupuisti, mox gavisus es, quando à coelesti ephebo in templum deductus, audisti consuetum Officii præscripti pensum ineffabili vocum suavitate per ordinem decantari. Quo ad finem perducto, reversurus ad villam, fratrem germanum, tanquam raptus istius oculatum testem, offendisti: à cuius oculis post breve colloquium subtractus, denique in Oratorio villæ cospectus es; stupentibus referens, quàm felici devotione festum obieris. Pluribus ejusmodi visionibus coronidem imposuit, quæ tibi ab Angelo tuo Tutelari fuit exhibita. Is te per calles omnino ignotos in terrestribus Paradisi hortum induxit; cujus sancti cives, Enoch & Elias, gentis molis librum tibi ostenderunt, omnium Electorum nomina, literis aureis exarata, continentem: inter quæ cum & tuum summa mentis exultatione legisses, ac insuper intellexisses, id nunquam deletum iri: mirum non fuit, te tanto desiderio mortem anhelasse, quanto aliàs tremore miseri mortales illam formidamus. Mariam Librum esse viventium agnoscunt, quotquot illam ut Matrem Dei cultu debito venerantur. Testes sunt innumeri, quorum nomina de

*Raptus  
mirabilis.*

*In Paradisum  
duci-  
tur.*



12 ANNI CISTERCIENS.

Maria  
Liber  
Vitæ.

*libro vitæ per peccatum expuncta restituit. Ad eandem & ego per te recurro: fac, ut nomen meum in dulcissimo illius corde ( in quo tot miserrimi peccatores salutis portum invenerunt ) scribatur.*

Obijt  
anno  
1328.

B. SAGALLO, Abbas Clarimari-  
sci: quod monasterium postquam per  
annos octo in Apostolica perfectione  
rexisti; ut etiam moriturus ostenderes,  
te propter Christum omnia reliquisse,  
non in cœnobio tuo, sed in Claravalle  
tumulari voluisti: ubi ut sanctimoniam  
tuam dignus honor haberetur, in Capi-  
tuli loco cum primariis sanctissimam il-  
lius eremi luminaribus fuisti depositus.

Facien-  
da ex  
necessi-  
rate  
virtus.

*Suadet Christus Servator, terrena relin-  
quere, & querere aeterna. Cujus consilij  
si nulla esset utilitas, quam sublata per id  
amaritudo moris, toto pectore foret am-  
plectendum. Conabor ego te sequi; ne ali-  
quando relinquere cogar invitus, quod  
modò cum lucro retributionis immensa de-  
seram sponte.*

S. BERNARDUS, Tr. de cont. mû.

Omnia  
relictu-  
rus, a  
seipso  
incipi-  
at.

*Age ergo, qui relinquere universa  
disponis, te quoque inter relinquenda  
numerare memento. Imò verò maxi-  
mè & principaliter abnega temeti-  
psum, si deliberas sequi eum, qui exi-  
navit propter te semetipsū. 5. Ju-*





5. Julij. 3. Nonas.

**B.** U L P H O de Ulphaso, Dux Neri-  
 cia, sanctæ foeminæ Birgittæ con-  
 junx itidem piissime: qui naturali bo-  
 nitate ad pietatem propensus, ex con-  
 sortio tantæ sanctimonix, animum  
 summis quibusque virtutibus imbuiti.  
 Hinc illa in condonandis, quæ tibi in-  
 gerebantur, injuriis facilitas; in iis ve-  
 rò, quæ D E U M concernebant, vindi-  
 candis severitas: in decidendis subdi-  
 torum causis justa, in patrocinio pau-  
 perum benigna voluntas. Ejusdem pie  
 uxoris consilio pedes ad D. Jacobi li-  
 mina laboriosum iter suscepisti: ac tan-  
 dem in monasterio Alvastrensi Ordini  
 Cisterciensem amplexus, ultimos  
 vitæ annos in maximo rigore, aliisque  
 monasticæ perfectionis operibus tra-  
 duxisti. *Nimis perversus est, qui in soci-*  
*etate bonorum non desinit esse malus: tra-*  
*hendus exemplo, cujus est vis maxima in*  
*omnem partem. Nec deest unquam tale*  
*consortium illi, qui ex humilitatis dicta-*  
*mine omnes aestimat se meliores, studetque*  
*imitari, quæ virtutis sunt, reliqua cæcis*  
*oculis pertransiens.*

Floruit

anno

1240.

Sancti

cōjugij

fructus

Humi-

litas u-

biq; bo-

nos in-

venit.

B. M A R T H A, Camera B. M A R I Æ Circa ã.  
 prope Bruxellas sanctimonialis: quæ

1249.

A 27

postquam



14 ANNI CISTERCIENS.

Perse-  
veran-  
tia ne-  
cessaria  
ad salu-  
tem

Postquam B. Aleidi, leprâ laboranti, diuturnum indefessa charitate famu-  
latum exhibuisti, ab eadem laboris tui pretiosum minerval, promissum vitæ immortalis accepisti his verbis: Soror, esto robusta, & in bono persevera; Domi-  
num oravi pro te. & exaudivit me, in li-  
bro viventium notata es cum electis. Per-  
cessaria severantiam in bono, quam accipere me-  
ad salu- ruisti, etiam mihi à Deo impetra. Quot pia  
sem- proposita concipio, dum ex lectione sacra  
mihi de vita in melius mutanda cogitatio-  
nes suggeruntur! Tu fac, ne hostis mali-  
gnus illa suis suggestionibus dissipet.


S. BERNARDUS, Epist. 129.

Elogia  
Perse-  
veran-  
tia.

Absque perseverantia nec qui pu-  
gnat victoriam, nec palmam victor  
consequitur. Vigor virium, virtu-  
tum consummatio est: nutrix ad me-  
ritum, mediatrix ad præmium. So-  
ror est patientiæ, constantiæ filia, a-  
mica pacis, amicitiarum nodus, una-  
nimitatis vinculum, propugnaculum  
sanctitatis. Tolle perseverantiam: nec  
obsequium mercedem habet, nec  
beneficium gratiam, nec  
laudem fortitudo.

6. Julij.





## 6. Julij. Pridie Nonas.

**B.** FRESCENDIS, nobilis Duacena *Floruit*  
 virgo: quæ tacta desiderio fugien- *anno*  
 di infanientis mundi pericula, consilia *1218.*  
 de capeſſendo vitæ, ad votum tuum i-  
 doneæ, ſtatu, diu multumq; cum DEO  
 contuliſti. Repertum denique locum  
 ab hominum conſortio remotum, pro  
 te & aliquot ejuſdem mentis ſodalibus  
 amicorum ſubſidio ad habitationem  
 honeſtam aptaſti. Cui ut ritus Cister-  
 cienſium induceres, neceſſariò augen-  
 da erant ædificia. Quæ dum molieba-  
 ris, piſſimum laborem interpolare co-  
 natus eſt omnis boni inimicus: cujus  
 inſtigatione fundum conſtructæ à te  
 domûs ad ſe pertinere quorundam a-  
 varitia contendebat. At tu dignum ali- *Romæ*  
 quid animo virili auſa, Romam peti- *cauſam*  
 iſti: in qua Curia cùm ſola paupertate *agit.*  
 inſtructa cauſam ageres, geminam re-  
 pulſam invictâ patientiâ pertuliſti. Ad  
 tertium denique iectum aperta gratiæ  
 janua, & deſiderium tuum implevit, &  
 cœnobio Pratenſi felix initium dedit. *honore*  
 Quo celeriter exædificato, oblatum *recuſat.*  
 Abbatiffæ munus ex animi demiffio-  
 ne conſtanter recuſaſti, perſuaſis, quæ  
 ad te confluxerant, virginibus, ut ex  
 vicino



## 16 ANNI CISTERCIENS.

vicino monasterio Antistitam adoptaverint: quam in gubernatione, majore curarum parte in te susceptâ, non parum juvisti: ac tandem ad recipienda tot laborum præmia feliciter ad cœlos evolâsti. *Doce me, in omnibus actionibus*

Con-  
formi-  
tas cum  
volun-  
tate di-  
vina.

*Et consilijs meis ante omnia respicere ad unicam Dei providentiam, nunquam ad propria voluntatis suggestiones: sed cum plena mentis resignatione amplecti, ac pro viribus implere, quidquid de me Divina Clementia disposuerit.*

Floruit  
anno  
1206.

B. HERMANNE, Heisterbacensis monache, & ibidem Cantoris officio fungens: cui præter insignem pietatis fervorem altissimè infixâ erat fraterna charitas, qua prodesse omnibus, maximè infestatione diabolica gravatis, desiderabas. Quod votum tuum DEUS etiam prodigijs promovit; dum ipsum nequissimum hostem sub variis formis conspiciendum dedit. Videras aliquando versantem coram confratre quodam, tam in choro quàm refectorio, vini amphoram, cujus odorem etiam corporali sensu percipiebas: aliàs nigerrimi coloris ursum, ejusdem aribus nescio quid tali inspiratori conveniens insusurrantem. Et ille quidem tua monita contemnens scelesto discessu demonstravit, quonam auctore sacrum

Demo-  
nem vi-  
det ali-  
or ten-  
tantem



sacrum Ordinem deseruerit: felicior utique futurus, si consiliis tuis obtemperans, maligni fraudes tam apertè cognitæ cavere didicisset. *Demonis, an concupiscentiæ periculosiores incumbant insidiæ, incertum est. Neuter ex istis hostibus dormit, nullas concedunt inducias, nedum pacem. Tu me ad continuam vigilantiam stimula: nec enim aliter, nisi his armis speranda victoria.*

Vigiliæ  
vigiliis  
oppo-  
nendæ.

S. BERNARDUS, ser. 58. in Cant.

*Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras, si vitia putes emortua, & non magis suppressa. Unum in tanto discrimine consilium est, ob- servare diligenter, & mox ut resuscitantium capita apparebunt, prompta severitate succidere.*

Vitia  
in hac  
vita nō  
mori-  
untur.



7. Julij. Nonis.

B. FLORENTI, Aureæ Vallis Con-  
verse, verè converse: nam è Mahu-  
tis impiissimo dogmate primùm te SS.  
Episcopi Nicolaus, & Claudius per vi-  
sum evocaverunt. A Christianis dein-  
de in Ungaria captus, atq; ad Auream  
Vallem

floruit  
anno  
1612.



# 18 ANNI CISTERCIENS.

Con-  
versio  
morum

Vallem perductus, postquam sacro Fonte ablutus es, non solum egregii Christicolæ, sed etiam perfecti Religiosi nomen in habitu Conuersorum impleuisti: à mundo auersus toto animo, & ad DEUM conuersus: ad quem beato tandem fine migrasti. *Fac, ut & in me sit vera illa morum conuersio, qualem Deo non solum solenniter promisi, sed etiam sapissimè post peccatorum confessionem firmiter proposui: memor illius comminationis ex psalmo: Nisi conuersi fueritis. gladium suum vibrabit &c.*

Obijt

circa

annum

1129.

B. ROBERTE, Conuersè Clarævallis, sectator diligentissime principaliū virtutum, humilitatis, simplicitatis, & obedientiæ. In quarum exercitio cū purissimum vitæ cursum absolvisse, ad postremum mortis agonem accurrens piissimus consolator BERNARDUS, suauiter pro more suo: *Confide, inquit, fili, quia migraturus es de morte ad vitam, de labore temporali ad æternam requiem. Tu verò: quidni, respondebas, pergam ad Dominum, & Creatorem meum? Verè confido, & quantum de misericordia Domini mei Jesu Christi præsumere audeo, certus sum, quia mox visurus sum bona Domini in terra viventium. Præsumptionem periculosam redolere videbantur hæc verba. Proinde sollicitus*

Magna  
in Deū  
confi-  
dentia.



solicitus de tua salute sanctus Abbas,  
humiliùs te de meritis tuis sentire iussit.  
Cui vultu ad lætitiã composito di-  
xisti: in nullis te tuis meritis confidere: *Obedi-*  
solam esse Obedientiã, quæ te tam enia,  
ampla spe perfundat: cùm enim nihil *sumum*  
unquam egeris, imò ne cogitaveris, ni- *in mor-*  
si ex obedientiæ præscripto, illam uti- *te sola-*  
que coram tribunali Divino pro te re- *ium.*  
sponsuram: nec ab illa deferri posse, ut-  
pote quam à primo conversionis mo-  
mento ad hanc usq; horam nullibi de-  
ferueris. Quo audito mellifluus Pater:  
*Verè, exclamat, beatus es, charissime; quia*  
*taro & sanguis non revelavit tibi sapien-*  
*tiam hanc, sed Pater cœlestis. Jam secu-*  
*rus egredere, quia patefacta est janua vi-*  
*tæ. Quamvis Obedientiã non esset pro-*  
*missa in cœlo merces, quæ tamen erit im-*  
*mensa; inflammandis ad ejus amorem ho-*  
*minum cordibus sufficeret hæc una felici-*  
*tas, tam sanctæ, tam lætæ mortis. Tu ora,*  
*ut in utroque te sequar.*

Obedi-  
entia  
cur a-  
manda.

S. BERNARDUS, ser. 41. de div.

Fidelis obediens nescit moras, fugit *Obedi-*  
crastinum, ignorat tarditatem, præ- *entia*  
ripit precipientem, parat oculos visui, *vera.*  
aures auditui, linguam voci, manus  
operi, itineri pedes, totum se colligit,  
ut imperãtis colligat volũtatẽ. 8. Ju-





8. Julij. 8. Idus.

*Renun-* S Anctissime Successor Petri, Apосто-  
*ciatus* lorum Principis, B. EUGENI: qui  
*anno* relictā olim Suffraganei, seu Vicedo-  
*1145* mini urbis Pisanae dignitate, humilem  
*Sedit* monachum in Claravalle induisti: S.  
*años 8.* P. BERNARDO intimè charus, quòd  
*mēs. 4.* in inveniendis gravium negotiorum  
*dies 13.* consiliis mirabili prudentia polleres.  
*Obijt a.* Virtutum omnium veluti quædam fe-  
*1153.* cunda mater est animi demissio, ita  
*Amat* animo tuo altiùs insedit: abjecta enim  
*hum-* & vilia quæq; obsequia avidissimè am-  
*ilia.* bicbas; diu functus munere calefacto-  
*ris;* cujus erat, in loco destinato ignem  
*excitare,* quo fratres seminudi post vi-  
*galias nocturnas refocillarentur. Expe-*  
*ctabat inter hæc Innocentius Pontifex,*  
*simulque Abbas Farfensis fratrum co-*  
*hortem à BERNARDO, noviter e-*  
*rectis cenobiis imponendam: quorum*  
*posteriori cum priùs promississet, pri-*  
*us satisfacturus, te Abbatem duode-*  
*cim ex more sociis stipatum, ad Far-*  
*fense monasterium destinavit. Non*  
*latuit ea res Pontificem. Quare pro sua*  
*potestate amica vi usus, te unacum co-*  
*mitibus Romæ retentum, inauguravit*  
*Abbatem*



Abbatem S. Anastasii apud tres fontes, quos per totidem saltus excitavit demessum à Nerone, toti mundo venerandum caput, Gentium Doctoris. Paucis hinc annis præeras, cum tribus Pontificibus, Innocentio, Coelestino, & Lucio intra sedecim menses decedentibus, Purpurati Patres, in monasterio S. Cæsarii ad sacra comitia congregati, te Cathedram Divi Petri conscendere jubent. Quibus veluti ex animi demissione difficilem pro suscipiendo honore te præbuisse; ita cæremonia solenni ritè inauguratus, quibusdam de Electione præcipitata quæstionem moventibus, paucorum verborum fulmine imposuisti silentium. Initia Pontificatûs gravissima tempestas turbavit: dum instigante populum Romanum Arnaldo de Brixia, hæretico impudentissimo, Urbem rebellem deserere, & Viterbii sedem figere coactus es. Ibi inter alios Principum Legatos ex Orientali plaga, ultra Pontum Euxinum sita, gratulantes Armenorum nuncios excepisti: in quorum præsentia cum Romano more Sacris operareris, eorum unus, Episcopali dignitate conspicuus, vidit ex templi fornice in caput tuum emicantem insoliti splendoris radium, per quem sursum deorsum.

Pontifex ex  
 Abbate  
 eligitur

authoritatē  
 servat.

Romanam  
 deserit:

salutatur ab  
 Ecclesiæ  
 Gracia.



22 ANNI CISTERCIENS.

*Colum-  
bæ su-  
per ca-  
put ce-  
lebran-  
tis ap-  
parent.*

*Cælesti  
sapiētiā  
claret.*

*Romæ  
excipi-  
sur:*

*mox  
fugere  
cogitur*

deorsumque duæ albi coloris colum-  
bæ ferebantur. Ita dum te Occidens  
ausus est, ut olim in cunis Servatorem  
impia Synagoga, propria sede exclu-  
dere, novos ab Oriente Magos DEUS  
excivit, qui te, tanquam legitimum  
DEI Vicarium debito cultu adorarent:  
& quàm dignum venerentur, his mi-  
raculis demonstravit. Cæterum quòd  
species illa columbarum peregrinis ob-  
lata, nihil aliud indicaverit, quàm di-  
vini Spiritûs te gubernantis præsentia-  
am, manifestum erat ex plusquam hu-  
mana in rebus gerendis prudentia tua:  
quam & ipsa denique Roma suspicere  
ac revereri sustinuit. Seu enim factio-  
num, nulla non mala invehentium,  
pertæsa, seu pudore scelestæ perduelli-  
onis victa, sanioribus consiliis paula-  
tim admissis, te ingenti applausu, stratis  
per viam olivæ ramis, in Vatica-  
num induxit; at mox instrumenta tri-  
umpho in ferales lapides conversura.  
Nam cum iniquis populi Senatûsque  
postulationibus non annuisses, recru-  
descentibus turbis denuo non absque  
vitæ periculo cedere, & Gallias, vetus  
asylum Pontificum, petere compulsus  
es. Ubi summo honore à Ludovico,  
Rege Christianissimo, exceptus, felici-  
orem Romam Parisiis invenisti. Atq;  
ut tanto



ut tantò majore authoritatis pondere  
 salutis publicæ totius Christiani orbis  
 te impenderes, Concilium Rhemis in-  
 dixisti: in quo damnatus Eon hæreti-  
 cus, repressi errores Gilberti, & decre-  
 ta in Orientem Expeditio. Qua in ho-  
 stem properante, seria tandem pax te  
 Urbi restituit. Cujus occasione itine. *Clarans*  
 ris, cordis tui delicias BERNARDUM *vallens*  
 ad tua Religionis incunabula secutus, *visit,*  
 Claramvallem invisisti. Eodem dein  
 comite Comitibus generalibus in Cister. *& Ca-*  
 cio interesse, tanquam unus ex com- *pitulo*  
 muni Abbatum numero, dissimulata *Gene-*  
 majestate fastigii, conferre consilia, & *rali in-*  
 Caput orbi universo adorandum, Ca- *terest.*  
 piti ac Generali Ordinis inclinare non  
 es dedignatus. Stupebat sacra illa Con-  
 gregatio, quòd in tam excelso supre-  
 mi honoris gradu inconcussa staret hu- *Ponti-*  
 militas, in omnium rerum affluentia *fex in*  
 illibata paupertas: quàm scitè sub co- *aperto,*  
 nopæis auro & purpura fulgentibus *mona-*  
 lateret saccus stramine fartus pro qui *chus in*  
 ete nocturna, sub talari dignitatis to- *occulto,*  
 ga laneum instar cilicinæ vestis indu-  
 mentum. Solutis Comitibus, Italiam re- *Romam*  
 petens, Urbem nulla armorum vi (que *tertiò*  
 tamen in promptu erat) sed sola virtu- *repetit,*  
 te subactam, ingressus; ut ostenderes,  
 illius mala vinci à te in bono, sumptu-  
 osis



## 24 ANNI CISTERCIENS.

osis ædificiis, ac omni favorum genere exornasti. Per quinque ultimos vitæ mortalis annos; ut à negotiorum strepitu respiranti non deesset opportunum levamen, mellifluum Doctorem persuasisti, ut plusquam aureos illos *de Consideratione* libros elucubraret: id est; ut divinus ille Apelles effigiem tuam hîsce lineamentis ad vivum exprimeret; quæ deinceps futura esset omnibus Ecclesiæ Prælatiis absolutissima sanctè vivendi idea. Breve fuit regiminis tempus, si solis cursu, longum, si laborum serie distinguatur, quorum utilitatem totus terrarum orbis percepit. Experta est imprimis Apostolica Sedes: cujus Patrimonio abalienatas urbes, arces, aliâque Jura, non ferro, sed Verbo divino armatus, recuperasti. Sensit Lusitania, quæ primum à te Regem, & Archiepiscopum Ulissiponensem accepit. Sensit Hybernia, in qua Episcopales quatuor sedes erexisti: Hispania, conditum tuâ operâ monasterium sanctarum Crucium ostentans: Ordines Religiosi omnes tunc existentes, qui Indultis ac Privilegiis à te donatis in hodiernum usque diem gloriantur: Germania, cujus gloriam solenni apothecosi Henrici Imperatoris auxisti: Palæstina denique (ut mille alia silentio præteream)

*Libros  
de Con-  
siderat.  
à S. Ber-  
nardo  
accipit.*

*De uni-  
verso  
Orbe  
optimè  
meriti.*

*Lusita-  
nia,*

*Hispa-  
nia,*

*Germa-  
nia,*



præteream) quam ut è tyrannide Gen-  
 tilium eriperes, universam Europam  
 ad arma, utinam tam prospera quàm *Doctos*  
 pia, excitasti. Non alia res tibi viros, *amat, et*  
 Ecclesiasticis dignitatibus ornandos, *promo-*  
 commendabat, quàm virtutum & e- *vet.*  
 ruditionis fama: in quorum delectu  
 tanta usus es felicitate; ut ex Cardina- *Adria-*  
 libus à te creatis duos tibi succedere di- *nus IV.*  
 gnos Patrum suffragia invenerint. Pa- *Alexā-*  
 ce igitur Urbi Orbique reddita, cœ- *der III.*  
 lum, quod hætenus aliis referare sole-  
 bas, etiam tibi sanctimonie clavibus a-  
 peruisti. Luctus ingens augustam fe- *Pater*  
 retri pompam sequebatur, maximè e- *paupe-*  
 genorum, qui non communem dun- *rum.*  
 taxat Christianæ familiæ Patrem, sed  
 peculiariter suum delporabant. Miti-  
 gaverè tamen aliquantùm tristitiam *Prodi-*  
 prodigia, dum ad solum loculi conta- *gia ad*  
 ctum plures infirmi plenam hospita- *tum.*  
 tem, inspectante omni multitudine, *lum.*  
 sunt consecuti: horrendum vindicante  
 Divina Nemese cujusdam clerici teme-  
 ritatem, stomachantis, illa miracula  
 non meritis tuis, sed loci sanctitati ad-  
 scribenda. *Utique (ut de S. Benedicto ait*  
*mellifluis Doctore) nunc valde potens es*  
*in cælis, qui tam magnus & potens fuisti*  
*in terris, secundum magnitudinem gratiæ*  
*magnitudine gloriæ exaltatus. Unam ex*  
*Bb cælestibus*



Medi-  
tatio.

cœlestibus illis divitijs gratiam à te peto: eam nimirum, quam tibi tantopere commendavit, quàmque tu omnibus curis anteferebas, internam devotæ mentis orationem. Hortus est longè nobilissimus meditatio sacra: sed nisi cœlitus irrigetur, aridus est, marcidus, & sterilis.

S. BERNARDUS, l. I. de Cōsid. c. 7.

Confi-  
derati-  
onis e-  
logia.

Quæris, quid sit Pietas? Vacare Considerationi.... Hæc est, quæ regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat. Postremò divinarum pariter & humanarum rerum scientiam confert.



9. Julij. 7. Idus.

Passi  
anno  
1300.

SANCTI Martyres, monachi Cistercienses: qui in monasterio de Firmitate unà cum Abbate ab hæreticis in odium orthodoxæ fidei crudeliter intercepti, viam vobis ad sidera vestro sanguine stravistis. Fidei petram portæ inferi tunc maximè concutiunt, cum viæ mortalis navicula eternitatis portui propinquat. Vos me in illis angustijs juvate, ut lævissimus hostis adversus hanc petram non prævaleat.

S. THE-



S. THEOBALDE, Abbas Valli-  
um Sernay: qui adolescentiam aut in-  
ter seria arma, aut bello cessante, inter  
ludicra militiæ exercitamenta consum-  
psisti. Quorum tamen vanitas in gene-  
rosam nobilémq; animum tuum tan-  
tum non potuit, ut congenitum amo-  
rem erga militiæ cœlestis Reginam la-  
befactaret. Cujus admirabile nomen  
cum ore proferres, erumpente foras af-  
fectu, plerunque hæc vel similia verba  
jungebas: *Suavissimum, & sanctissimum*  
*nomen est, nomen venerabile, nomen bene-*  
*dictum, nomen ineffabile, nomen cunctis*  
*amabile.* Grata fuerat Divinæ Matri  
pietas: quæ ut te totum sibi addiceret, Ange-  
jucundo, & illius inexhaustam bonita-  
tem ob oculos ponente prodigio, usa  
fuit. Festinabas aliquando ad consue-  
tos hastarum ludos: audito tamen si-  
gno campanæ ad Sacrum vocantis, à  
sociis furtim recedens, Divina myste-  
ria quantâ poteras devotione adora-  
visti. Orationis suavitate absorptus vix  
horæ dimidium intrâ templi parietes  
te moratum credebas: cum egresso so-  
dales à certamine reversi occurrunt, o-  
vantium more victoriam acclaman-  
tes. Hi mirari, quàm dextrè arma vi-  
braveris; alii, quàm industriâ circume-  
geris equum; omnes felicissimè repor-  
tatum

Obijt

anno

1247.

Erga

B. V.

mirè

devot<sup>o</sup>.

Ange-

lus in

ludo

hastico

ejus vi-

ces agit



*Mariæ  
se totū  
devo-  
vet.*

*Ejus  
in voca-  
to no-  
mine,  
mira-  
cula  
patrat.*

tatum bravium gratulari. Tu verò ubi locorum intereà hæseris non ignarus, simul pio miraculi stupore percitus, post perfunctorium ad comites responsum, ædem sacram repetens, conceptis verbis te **MARIÆ** Matris Virginis cultui in perpetuum devovisti. Huic vinculo arctius aliud superaddere mox placuit, Religionem Cisterciensem, quam florere noveras sub speciali ejusdem Mundi Dominæ clientela. Excepit te monasterium de Vallibus Sernay: cūque omni virtutum decorem nulli esses secundus, ad Abbatialem dignitatem evexit. Lucerna in publicam honoris mensam collocata sanctimonix radios per innumera statim prodigia dilatavit: dum invocatum à te salutiferum **MARIÆ** nomē depellebat à cæcis tenebras, à surdis audiendi obstacula, à claudis paralyticis, ab obsessis hostem infernalem. At non defuere, qui existimarent, pertinacem hanc, & propemodum unius **MARIÆ** venerationem, excedere limites tum prudentiæ Christianæ, tum præcepti divini, similem cultum **SOLI DEO** sancientis. His sinistram opinionem dempsisti, referens: Divinam utique majestatem nullibi adorari decentius, quàm in suo throno: & hunc esse



esse immaculatæ Virginis sinum, eos  
duntaxat inficiari, qui non credant,  
DEUM ex illa natum. Paris brevitatis *Humi-*  
responso excusasti crimen, in comitiis *litatis*  
Generalibus tibi objectum; quod nem- *opera*  
pe nimum vilibus, ac minus congruis *pulchrè*  
muneri tuo functionibus delecteris; *excusat*  
abluendo vasa monasterii, imò calce-  
os fratrum repurgando; instar media-  
stini cujusdam saxa calcemque hume-  
ris ad latomos portando. *Coram Judi-*  
ce Deo, aiebas, *facilius respondebo de his,*  
*quàm alij de suorum equorum & vestium*  
*superbia.* Quidquid temporis negotia  
reliquerant vacuum, id totum pietati  
contemplationis cedebat. A cujus de- *SS. Tri-*  
liciiis ægerrimè te avocari potuisse, *nitas ei*  
rum non erat, cùm sæpius ibi Chri- *ostendi-*  
stum Servatorem, & ipsam, quantum *tur.*  
humani capiebant oculi, ineffabilem  
Trinitatem, spectare merueris. Series  
prodigiorum post sanctissimam mor-  
tem adeò ad sepulchrum tuum conti-  
nuata est, ut jussu Ecclesiasticæ pote-  
statis sacra ossa in peculiari Sacello pu-  
blicæ venerationi exposita asserven-  
tur. *Non est periculum, ne nimietate fervo-*  
*ris in colenda Augustissima calorum Re-*  
*gina excedam: tu solummodò fac ne ob ni-*  
*mium in ejus obsequio teporem, me tam ne-*  
*cessario patrocinio reddam indignum.*



30 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. paneg. de B. V.

Maria  
nomen  
amabi-  
le

O Magna, ô pia, ô multum amabi-  
lis Maria! tu nec nominari quidem  
potes, quin accendas; nec cogitari,  
quin recrees affectus diligentium te:  
tu nunquam sinè dulcedine divinitus  
tibi insita pia memoria portas in-  
grederis. Et nunc sequimur te, ex to-  
tis precordiis vociferantes ad te: adju-  
va imbecillitatem nostram.



10. Julij. 6. Idus.

Anno  
1169.

Devoti-  
onis  
simpli-  
cis ali-  
mentum  
triplex.

B. ROBERTE, Converse Claræval-  
lis. qui illinc ad monasterium Fon-  
tis Mauriniaci missus, loci sanctimoni-  
am tecum transtulisti, in vera simpli-  
cissimâque humilitate serviens DEO.  
Pietatis exercitia ter geminâ classe di-  
stinguebas: primam Creatori ut Patri,  
alteram MARIÆ ut Matri, tertiam  
BERNARDO ut Patrono, assignans.  
Quàm verò utili devotione his amoris  
titulis animum occupaveris, paucis  
ante mortem diebus didicisti, dum per  
visum deductus in hortum elegantissi-  
mum, gemituum tuorum ac precati-  
onum



opum ephemerides ab Angelis divino  
tribunali conspexeras exhiberi. Ad-  
vocatae personam dein agente Deipa-  
ra, audivisti, decretam tibi esse in diem  
quintam aeternae felicitatis coronam.

*Tota medicorum schola nunquam inveniet  
tam certum simul ac facile remedium con-  
tra mortis amaritudinem, quale tua in-  
venit simplicitas. Quare ergo meae salutis  
tam incurius sim, ut in eodem mihi com-  
parando levissimum laborem refugiam?*

Cura  
salutis.

Beati Monachi, & Converſi triginta  
quinque Grandis Sylvæ, intra paucos  
dies contagiosa febris absumpti: quo-  
rum aliqui ante exitum paratam vobis  
alterius vite beatitudinem praevidistis,  
alii post obitum, felices vos esse reve-  
lâstis. Pretiosam vestram in conspe-  
ctu Domini mortem dum pia devoti-  
one recolimus, non modica mentem  
nostram consolatio perfundit promif-  
sum, à quodam ex vobis de cœlo alla-  
tum: Nullum scilicet Cisterciensis Or-  
dinis alumnum ab aeterna salute exclu-  
dendum, qui in eodem usque in finem  
perseveraverit: securitatis hujus prero-  
gativam deberi tum Patrum primo-  
rum meritis, tum vel maximè favori  
& amoris MARIÆ. *Orate, ô felices a-  
nimæ, ut unde ad nos detulistis tam nobi-  
le promissum, inde donetur gratia perseve-  
randi.*

Anno  
1167.

Solatiū  
ingens.

Bb 4

B. P. E.



Obijt

anno

1608.

Domat

demo-

nes.

Orat

assidue.

Carnē

truci-

dat.

Vestis

animæ.

B. PETRONILLA, monasterii S. Annæ in Hispania virgo DE O dilecta: quæ annis triginta Martyrem, si spontanei cruciatus perpendantur, si vitæ puritas, Angelum terrestrem exhibuisti. Sanè fortitudinem humanâ maiorem experiebantur maligni spiritus, quos sub larvarum mendacio tibi molestos contemptim facessere iussisti. Oratio, tum quæ linguâ exprimitur, tum quæ intrâ cordis penetralia inardescit, adeo tibi familiaris erat, ut maiorem semper noctis partem hæc sibi pietas vendicaret. Affligendo corpori ea præ aliis eligebas tormenta, quæ continuatum diu noctûque dolorem circumferrent: quem cum ab asperitate cilicinæ vestis impetrare nequires, ferreâ catenâ te tam inclementer vinxisti, ut re post obitum compertâ, omnibus palam fuerit, imbecillem suapte natura vitam non nisi cœlesti ope sustentari potuisse. Ita nimirum, ut Sponso per omnia placeres, innocentie lilijs, & rosis patientiæ te compsisisti. Quam viceversa deformis apparebit anima mea, non inornata solum, sed & maculis plena! Tu, quaeso, in illius me gratiam reduc, atq; ab eodem mihi vestem, si non nuptialis candoris, saltem pullam penitentiæ impetra: nam & hanc misericordiæ suæ oculis solet respicere.

S. B. E. R.



S. BERNARDUS. ser. 84. in Cant.

Tu autem fornicata es cum a-  
matoribus multis; & tamen re-  
vertere, dicit Dominus, & ego  
suscipiam te. [*Hierem. 3.*] *Verba*  
*Domini sunt: non est fas, suspendere*  
*fidem. Credant, qui non experiun-*  
*tur, ut fructum quandoq; experien-*  
*tiae fidei merito consequantur.*

DEI  
benig-  
nitas in  
recipi-  
endis  
pecca-  
toribus



II. Julij. 5. Idus.

B. JOANNES: qui sub disciplina S. Floruit  
P. Roberti in Molismo primùm, & anno  
inde Cistercii, tam præclarum religio-  
nis spiritum hausisti, ut post gloriosis-  
simum Fundatorem præcipue tibi de-  
beat Cistercium initii sui & incremen-  
ti felicitatem. Nam per te ac socios ali-  
quot impetrata Legati Apostolici fa-  
cultas migrandi è Molismo: fixâ post-  
modùm novâ sede in sylva Cistercien-  
si, præ cæteris aptior visus es Alberico  
Abbati, qui ad Paschalem, Christi Vi-  
carium, pro obtinenda sacri Ordinis  
Confirmatione mittereris. Itaq; Tro-  
jam, Italiae urbem, uno tantùm comite

Labo-  
rat in  
fundā-  
do Ci-  
stercio.

Bb5

petens



*Ejus  
mores  
Curia  
Pont.  
laudat.*

petens (ibi enim Pontifex morabatur) eloquentiùs vel solâ præsentia perorasti, quam si Tullianâ facudiâ de rostris Philippicam dixisses. Illa enim gravis actionum sermonumq; modestia, sub paupertina pannorum vilitate latens sinè fuco seria pietas; & inter aulae inexpertos strepitus suæ consuetudinis humiliter tenax disciplina, monstrum quoddam, & nova vivendi ratio videbatur; quæ ex orbe alio, vitiorum ignaro accersita, homines doceret; etiam Angelos terrestres dari. Unde Paschalis diu sollicitandus non fuit, quin (ut verba Diplomatis sonant) circa difficultatem omnem vestram petitionemmitteret; cum religioni vestræ paterno congratularetur affectu. His ita feliciter gestis, titulo Fundatoris, sanctitatis, & miraculorum famâ inclytus senex ad superiores migrasti. Quod magno labore comparavimus, & arctiùs amamus, & diligentius servamus. Tuos in erigendo firmandoque Cistercio labores nosti. Ergo etiam nunc illos non desere: serva, ne spectet occasum, quod tam difficilis oriens parturivit.

*Obijt  
anno  
1206.*

B. MATHÆE, Archiepiscopo Cassiliensis in Hybernia: qui ex monasterio S. Crucis ad Pontificiam dignitatem evocatus, omnes in tui admirationem



onem rapuisti; nemine te non existi-  
 mante totius Insulæ sapientissimum, *clarus*  
 atque doctissimum; quod præconium *eloquē-*  
 è suggestu lingua, & librorum edito- *tiā:*  
 rum sublimis eruditio tibi conciliauit.  
 Tuæ porrò pietatis immortalia reli-  
 quisti monumenta, complures Eccle- *libera-*  
 sias, tuis sumptibus erectas, & liberali *litate:*  
 manu dotatas. Ac ut omne benefici-  
 orum genus in subditos tuos effunde- *& mi-*  
 res, è cælo alimenta benignitatis accer- *raculis*  
 fisti; restituta iis incolumitate, qui aut  
 morbis aut ab infernali hoste afflige-  
 bantur. In summo tandem apice vene- *honores*  
 rationis & gloriæ constitutus, Legati *abdicat*  
 Apostolici, & Archiepiscopi, dimissis  
 dignitatibus, & resumptâ humillimè  
 monachali cucullâ, in tuo monasterio  
 sanctè quievisti. *Armis nimirum fortis-*  
*simis Obedientia contra potestates aëreas* *Obedi-*  
*in ultimo certamine felicissimè pugnari* *entia*  
*noveras: quæ utinam è manibus meis non* *arma.*  
*identidem excuteret propria voluntas! Tu*  
*me illam, velut gravissimam sarcinam, do-*  
*ce abjicere; ne inutili gemitu suspirem ver-*  
*bis, quæ scribit de se*

S. BERNARDUS, Epist. II.

Domine Deus meus! cur non tollis pec- *Onus*  
 catum meum, & quare non aufers in- *grave,*  
 iquitatem meam, ut abjectâ gravi *propria*  
*volūtas*

Bb 6

sarcinâ



*sarcinâ propriæ voluntatis, sub levi onere charitatis respirem? nec jam servili timore coërcear, nec mercenaria cupiditate illiciar; sed agar spiritu tuo, spiritu libertatis, quo aguntur filij tui, qui testimonium reddat spiritui meo, quod & ego sim unus ex filijs, dum eadē lex mihi fuerit, quæ & tibi?*



12. Julij. 4. Idus.

Obijt

anno

1163.

Gē. VI.

Cesarē

in fra-

trem

Ordinis

suscipit

**B.** LAMBERTE, Superior Generalis totius Cisterciensis Ordinis. Quam dignitatem per gradus, ceu virtus probata solet, conscendisti. Ex Morimundo enim, domo Professionis, præpositus Claro Fonti, inde ad clavum Paternæ sedis revocatus, non multum supra annum præfuiisti, cum sublato è vivis Gozewino, regimen universale suscipere coactus es. In quanta estimatione apud summos terre principes fueris, manifestum fecit Fridericus Imperator: qui ad Comititia Generalia, te præside celebrata, per Legatos, & humilem sanè pro authoritatis suæ tenacissimo Principe, epistolam supplex rogavit: *Ut in fraternitatem sacri Ordinis reciperetur.*



*reciperetur.* Aliàs cùm eundem conventum Patrum convocavisses, ac totus penè terrarum orbis in partes distractus, nunc Alexandro, nunc Victori, Pontificatum assereret; tu cum sancto Senatu Alexandrum verum Petri Successorem esse, pronuntiasti. Cui sententiæ, tanquam divinitus decisâ controversiâ, pleraq; regna subscripserunt. Sex anniste Patrem Ordo habuit: quibus per continuos labores expletis, ad S. Stephani prædecessoris exemplum, deposito baculo pastoralis Morimundum reversus, residuum vitæ triennium uni curæ beatæ mortis consecrasti. *Ut me ad te in hoc salutis negotio imitandum provocas, objice mentis meæ oculis certam, sed incerti momenti, mortis horam: angustias illas separandæ à rebus terrenis animæ: Judicium severissimum: sententiam irrevocabilem. Quæ pericula si non tollet, sanè mitigabit sedula ad mortem felicem præparatio.*

*Alexandro Pō-  
tificatū  
asserit.*

*Præpa-  
ratio ad  
mortē.*

B. DESIDERI: qui militiæ profanæ armis valere jussis, sub sanctissimo Duce BERNARDO in virtutum palæstrate tam strenuè exercuisti: ut cùm ille manipulum fratrum condendæ Alcobaciæ in Lusitaniam emitterat, selectis illis athleticis te annumeraverit. In cujus monasterii ædificiis erigendis

*Floruit  
anno  
1147.*

Bb 7

cùm



*Cappa  
illi pro  
navi  
servit.*

*Humi-  
lis obe-  
dientia*

*Præve-  
nienda  
sunt pe-  
ricula  
mortis.*


cum non languide defudares, frequen-  
ti prodigio DEUS labores tuos secun-  
davit. Sita est Alcobacia inter duo flu-  
mina, Coam & Bazam (hinc illi no-  
men) quæ quotiescunque trajicere vo-  
lebas, deficiente scapha, serviebat cap-  
pa: hac enim in undas projecta, sine re-  
mis & velis in adversam ripam promo-  
vebaris. Sed & jam in altero portu fe-  
licissimæ æternitatis te securum, ce-  
lebrarunt non exigui numeri miracu-  
la. *Non secus ac inter duas ripas velocis-  
simo cursu prætervolat torrens vitæ mor-  
talis. Solvendi ab una (in qua nascimur)  
ad alteram in (quæ morimur) necessitas  
est inevitabilis. Tu Cappam (quæ humilem  
Obedientiam designat) mihi substerne, hac  
enim navi portum tenebo securus.*

S. BERNARDUS, ser. 7. in ps. 90.

*Felix, quem circumdat clypeus Verita-  
tis, ut introitum quoque & exitum ejus  
custodiat: exitum utique ab hac vita, &  
introitum in futuram. Siquidem om-  
nino opus erit illic custode; opus erit  
duce fideli; opus erit consolatore ma-  
gno, propter horribiles illis visiones,  
non minus, quàm hic adiutore, & pro-  
pugnatore contra invisibiles tentato-  
res.*

13. Jul.





13. Julij. 3. Idus.

B. ÆGIDI de Roya, Archicœnobii Obijt  
 Cisterciensis à puero alumne, & he- anno  
 res præstantissimarum virtutum, quas 1447.  
 velut viva sanctitatis vestigia primæ vi  
 Ordinis palæstritæ, illi pietatis Am-  
 phitheatro impressere. His alacri men-  
 te insistens, morum innocentiam, pu-  
 ritatem Angelicam, & (quæ in hoc exi-  
 lio non minima est, sed minimè mul-  
 torum felicitas) in passiones humanas,  
 id est, effrenis concupiscentiæ furias,  
 dominium, adeò imbibisti, ut in ean-  
 dem tecum naturam coaluisse vide-  
 rentur. Idipsum diu admirata est in te  
 Parisiensis Academia: quæ vix paucis  
 aliquot annis te alumnum amaverat;  
 cum laurea Doctorali redimitum, su-  
 spexit sacras literas in publica honoris  
 cathedra exponentem. Huic dignitati  
 aliam sacer Ordo adjunxit, commisso  
 Abbatiali munere in cœnobio Montis  
 Regalis. Sed invisa citra tuam culpam  
 ibi exorta tempestas, animo quietis,  
 quam rixarum avidiori, gravis incum-  
 bens, te persuasit; ut clavo dimisso,  
 vela in Flandriam verteris. Portum  
 Dunenses præbuere: qui te instar missi  
 ad se de cœlis Angeli susceptum, octo  
 supra

Egregi-  
æ vir-  
tutes.Laureâ  
Docto-  
ris in-  
signi-  
tur.Abba-  
tiam  
dimit-  
tit.



40 ANNI CISTERCIENS.

supra decem summa veneratione coluerunt: donec tandem doctrinæ pietatisque meritissimam recepturus lauream, de hoc sæculo migravisti. Plures supersunt scriptis traditi laborum tuorum foetus: è quibus istam pro hac die gnomen loco tesserae revolvendam assumo. *Sarcinas abjice, neque tibi restitue,*

*Utilis memo-ria mortis.* *ne te ipsum deseras. Sensim de morte cogita: nec dies ulla tibi transeat ( quidquid occurrat ) nec nox aliqua, quæ memoriam ejus non ingerat. Nil efficacius pro contemnendis totius vitæ illecebris, assidua moris meditatione, dummodo non superficialitatenus insideat.*

*Floruit anno 1195.* *B. HENRICE, Converse Villarii, omni virtutum cultu ornate: præcel- luit tamen reliquas animi demissio & simplicitas: quâ ad laboris diligentiam indefessam, ad charitatem erga paupe- res & afflictos vehementer incitabaris. At cum longo jam tempore in incul- pata vitæ puritate DEO servisses, gra- vi mentis desolatione te hostis mali- gni fraudulentia involvit. Noveras e- nim, te ex thoro non legitimo geni- tum. Quam nascendi sortem fatale si- gnum esse credebas æternæ damnati- onis. Unde tot annorum labores irri- tos, corporis cruciatus, preces, frustra susceptas, tristissima anxietate lugebas.*

Nec



Nec ulla proficiebat industria, deliram  
 persuasionem ex animo tuo eliminare  
 conantium: donec miseratio cœlestis *Divini-*  
 malo remedium apposuit, oblatâ per *tus li-*  
 visum specie amplissimè cujusdam do- *bera-*  
 mûs; quam diversæ conditionis homi- *tur.*  
 nes impleverant: inde hanc vocem ex-  
 cepisti: *Henrice, omnes hi de legitimo thoro*  
*nati sunt, sed omnes sunt reprobi, præter*  
*te. Sic in fiducia consequendæ patriæ*  
*cœlestis confirmatus, in pietatis studi-*  
*o usque ad beatum finem perseverasti.*  
*Experimento proprio didicisti, non esse per-*  
*sonarum acceptionem apud Deum. De his* *Judici-*  
*nempe strictissimum illud institueretur exa-* *um ex-*  
*men, quæ in proprio uniuscujusque corde,* *tremū.*  
*non quæ aliunde nascuntur: nemo est, qui*  
*hoc nesciat; vix unus tamen è millibus, qui*  
*seriò satis perpendat.*

S. BERNARDUS, ser. 8. in ps. XC.

Quid enim tam pavendum, quid tam *Judi-*  
 plenum anxietatis, & vehementissimæ *cari à*  
 solitudinis excogitari potest, quàm *DEO,*  
 judicandum a stare illi tam terrifico *formi-*  
 tribunali, & incertam adhuc expe- *dabile.*  
 ctare sub tam districto Judice sen-  
 tentiam? Horrendum est, ait Aposto-  
 lus, incidere in manus Dei viventis.

14. Ju-





14. Julij. Pridie Idus

Floruit  
circa  
annum  
1170.

Curiosa  
librorū  
lectione  
seduci-  
tur.

B. WALTERE, Converse monasterii Meylrosensis in Anglia: qui stimulante fastidio inscitiae, ad quam neglecta in juventute literarum studia te damnaverant, multo labore peritiam affecutus es, vernaculo sermone scripta legendi. Quia verò ad hoc studium curiositate magis, quam pietate impellebaris, & in pervolvenda veteris historiae sacra pagina, non alium, nisi proprii judicii interpretem adhibebas: sensim eò dementiae prolapsus es; ut Judaeorum pertinacia tibi praestituta Christiana pietate placeret, figmentis accensens, quae de Evangelio Gratiae credenda proponuntur. In hoc miserando errore per sepennium te fraudum infernalium architectus detinuit, nec ad abjiciendam religionis vestem quidquam defuit, quam fugae clandestinae opportunitas. Ad caelos interea evolaverat S. Abbas tuus Wallenus: cujus jam mortui de suis sollicitudo velut multis aliis, ita etiam tibi salutem attulit. Aliquando enim gravi somno oppressus, tibi visus es ad eundem in tribunali sedentem duci; ejusque jussu horrendis tormentis in poenam perfidiae cru-



diæ cruciari: illius tamen ope in liber-  
 tatem restitui. Ac ne somni merum *Per vi-*  
 phantasma crederes, sanguis per na- *siones*  
 res in pulvinar effusus, & totius cor- *libera-*  
 poris languor convincebant. Temeri- *tur.*  
 tatis ergo nunc tandem agnitæ pœni-  
 tens, cum gemitu & lacrymis obsecra-  
 bas, ut qui animæ mederi cœpisset, in-  
 tegro beneficio etiam corpori vires re-  
 stitueret. Nec defuit supplici pius Pa-  
 ter. Nam statim lætiore raptu coram  
 illo stabas, blando jam, & patroni vul-  
 tus exhibente, non Judicis: cujus hor-  
 tatu montem scandisti, è quo incola-  
 rum cœlestium gaudia per imaginum  
 variarum jucunditatem tibi monstra-  
 bantur. Post accepta denique salutis  
 monita tibi redditus, non solum te in- *mira-*  
 columen sensisti, sed, ut esset visioni *bili ea-*  
 fides, eruditum quoque, & eloquen- *rum*  
 tem, cum antè impeditior lingua dif- *effectu.*  
 ficillimè verba protruderet. Ne au-  
 tem tanto favori esses ingratus, Divo-  
 rum laudes ligatis in versus elegantes  
 panegyricis celebravisti. Virtutum de-  
 in amore accensus, ad intimam cœli-  
 rum familiaritatem, & frequentes ap-  
 paritiones admitti meruisti. Illustri- *B. V. ei*  
 or, tibi que gratior illa fuit, qua Dei *appa-*  
 param duabus Virginibus stipatam, *ret.*  
 aspexisti per monasterii cubilia deam-  
 bulantem,



# 44 ANNI CISTERCIENS.

*Mortis  
tempus  
per vi-  
sū co-  
gnoscit.*

*Floruit  
anno  
1320.*

*Regnū  
animæ  
felix.*

bulantem, & quorundam confratrum nomina notantem, cum dicto; hos esse paratos. Arcanum hoc exposuit secuta per illos dies eorum mors, quos videras designari. Atque id etiam ad te pertinere non dubius, felicem illam horam exultans & jubilans expectasti. *Tam subtiles plerunq; sunt maligni suggestiones, ut nisi mens illustretur supernè, nec agnoscere, nec vitare insidias possit. Tu tale internum lumen mihi à Deo impetra.*

B. MARIA, monialis S. Dionysii de Odivelas: quæ de regali fastigio descendens, inter virgines Cistercienses humillima pietate vixisti. Condiderat illud monasterium parens, Dionysius Lusitaniæ Rex. Illuc igitur dotem tuam collocatam esse rata, Sponsum simul, qui dotem tulisset ibidem quæsivisti. Nec te spes fefellit: sanè te illum invenisse ostendebant nobilissima virtutum monilia, quibus te, ut illi æternum placeres, exornavit. *Agnoveras procul dubio, quanto jucundius omni terreno fastu sit regnum animæ, sub suavi gubernatione Divina acquiescentis. Unde tam generosâ prudentiâ hereditariam coronam, velut citò perituram abjecisti. Fac, ut etiam in anima mea regnet sola suaviter omnia disponens Dei voluntas: miserum me, si alteri, quàm Deo, servire cogar.*

S. BER



S. BERNARDUS, Tr. de vita & mor. Cleri. c. 20.

*Nemo sanæ mentis ampliore esse in vitijs credat, quàm in virtutibus delectationem: præsertim cum sit Deus virtutum totius veræ jucunditatis fons, lætitiæ & exultationis origo.*

Vera in virtute sunt, nō in vitiis gaudia.

*Neg, enim Carni, seu Mundo, aut maligno principi, sed Christo utique servire, regnare est.*



15. Julij. Idibus.

**B.** TERESIA, cognomento Vidau-  
ra: quæ à Jacobo Hispaniarum  
monarcha in thalamum regium as-  
sumpta, in illo honoris apice, quàm  
lubrica sit hujus vitæ felicitas, per va-  
rios eventus didicisti. Impellebat ad  
te amandam Regis animum incom-  
parabilis elegantiae forma; quam san-  
guinis nobilitas, & naturæ dotes adæ-  
quabant. Quæ tamen omnia à com-  
muni aularum peste invidiâ, tam secu-  
ra non erant, quin illa de suo gradu,  
quamvis innoxia, dejiceret. At in hoc  
Fortunæ naufragio mens immota ste-  
tit, quæ illo jactationis impulsu à fisco  
terrenæ

Floruit  
anno  
1240.



*Monasterium  
cōstruit  
aßūpto  
habitu.* terrenæ vanitatis soluta, liberiore im-  
 petu in cœli amorem exurgebat. No-  
 vo igitur, quem elegeras, Sponso ca-  
 stissimos hymenæos adornatura, cœ-  
 nobium S. MARIÆ de Gratia Va-  
 lentiaë erexisti. Quo Cisterciensis In-  
 stituti virginibus tradito, earum ani-  
 plexa habitum, sanctissimam vitam  
 non dissimili morte absolvisti. Cir-  
 ca sepulchrum spectabilis erat ingens  
 numerus tabularum; quas in accepti  
 beneficii gratam memoriam suspen-  
 derant, qui non frustratâ devotione  
 tibi supplices, à quacunq; morborum  
 vexatione liberabantur. Sed per subi-  
 tam inundationem Turiaë fluminis,  
 arenâ limôq; obrutum templum, hæc  
 monumenta amisit. Loco autem ab  
 ea illuvie repurgato, cū moniales  
 metuerent, ne & in sacra ossa tem-  
 pestas sæviisset, aperuere tumulum; in  
 quo non tantū nihil sordidi, sed u-  
 nâ cum religionis incorrupto vestitu,  
*Corpus  
à tribus  
sæculis  
manet  
incor-  
ruptū.* corpus omnino integrum vividūq;  
 aspexere: commotis omnium ad pia  
 gaudia cordibus, quòd tertio jam post  
 obitum sæculo hæc viva mortis (an  
 mortua vitæ?) imago de corruptione  
 triumpharet. Tanto prodigio moti  
 Eccl. siæ magistratus, sacras exuvias  
 altiori Mausolæo, & publicis honori-  
 bus



bus dignas esse decreverunt: ubi repetita statim miracula novam præbuere pictoribus tuæ sanctitatis adumbrandæ materiam. *Amor terrenus an cælesti* Amor sit præferendus, dubitare homo ratione cælestis præditus non potest: cum ille sit mille miseris acerbus, hic autem temporali, & æternum duraturæ lætitiæ felix. Tu hoc imbuere cor meum, & doce fugere illam malorum omnium cloacam.

B. BALDUINE, Abbas S. Pastoris *Obijt*  
in Diæcesi Reatina: ad cujus monasterii gubernationem te ex Claravalle sua *anno 1140.*  
sanctissimus Parens BERNARDUS destinavit, cum primum Cistercii ritibus fuit inauguratum. Sed hunc honorem duplex causa gravem tibi effecit: animi in primis demissio, quâ te aliorum regimini minus idoneum censebas. *Optat ab honore liberari:* Molestius erat divortium à dulcissima Claravalle: extra quam degere exilium tibi videbatur. Et de hoc tristis animi tui languore querulas ad unum, quem mederi posse speraveras, BERNARDUM, literas dedisti; non tamen accepturas responsum, nisi epistolam, exaratam amoris suavissimo Bernardo præsentem ipsius spiritu; & humilem de te opinionem obedientiæ merito confortaberis. *sed à S. Bernardo confortatur.* Sicut mater (scribit ad te consolator



# 48 ANNI CISTERCIENS.

\* *Epist. solator mellifluus* \*) *unicum amat fili-*  
*um, ita te diligebam, haerentem lateri meo,*  
*placentem cordi meo. Diligam & absentem,*  
*Tenera ne solatium meum ex te, & non te videar*  
*chari- dilexisse. Eras pernecessarius mihi: atque*  
*tas Ber- hinc vel maximè claret, quàm sincerè te*  
*nardi diligam. Hodie nempe te non caruissem,*  
*in suos. si quæsissem de te, quæ mea sunt. Nunc*  
*autem vides, quòd spretis utilitatibus me-*  
*is, tuis compendijs non invidi, ponens te*  
*utique ibi, unde aliquando transponaris*  
*super omnia bona Domini &c. Verissi-*  
*imum vaticinium verba hæc ultima*  
*fuisse, tum vitæ tuæ celeberrima san-*  
*ctitas, tum miracula testata sunt: quo-*  
*rum intuitu populus Reatinus sacros*  
*cineres tuos in Cathedrali urbis Basili-*  
*ca voluit collocari. Meræ sunt epistolæ,*  
*Divina Bernardi scripta, quas ad Christi-*  
*anum orbem universum destinavit. Doce*  
*me sic illa pervolvere; ut in me talem fru-*  
*ctum producant, qualem tu feliciter ex*  
*illis reporiasti: præsertim addiscam, quod*  
*monet*

Leſtio  
ſacra.

S. BERNARDUS, ser. 37. in Cant.

Scien- *Noveris te, ut Deum timeas; nove-*  
 tia du- *ris ipsum, ut æquè ipsum diligas. In*  
 plex u- *altero initiaris ad sapientiam, in al-*  
 tilis. *tero & consummaris: quia initium*  
*sapientiæ*



sapientia timor Domini: & plenitudo legis est charitas. Tam ergo utraq; ignorantia cavenda tibi, quàm sine timore & amore Dei salus esse non potest.



16. Julij. 17. Cal. Augusti.

**B**ALANE, ævi tui miraculum, & Obijt  
 Parisiensis Academix splendor: in anno  
 qua scientias omnes, artesq; liberales <sup>1294.</sup>  
 tam capaci complexus es animo; ut  
 Magni cognomine, ac Doctoris Uni-  
 versalis titulo te publica fama celebra-  
 ret. Sic arridente fortuna, cum te a-  
 dulationis aura altius in dies extolle-  
 ret, nec tibi videretur ulla controversa-  
 rum quæstionum difficultas excedere  
 ingenii tui vires; profundis cogitatio-  
 nibus de exponendo inscrutabili altis-  
 simæ Tri-Unitatis mysterio te immer-  
 sisti. Jamq; huic nodo plusquam Gor-  
 dio, diu satis incubueras solvendo; cum  
 volantes inter ipsa penè sidera conce-  
 ptus interpellavit memoria, Patrum &  
 Doctorum principis, Divi Augustini;  
 quem in simili conatu puerulus, ocea-  
 num in modicam scrobem transfusu-  
 rum se simulans, ponere pennas docu-  
 it, &

*Suñnos  
erudi-  
tionis  
gradus  
ascen-  
dit.*

Cc

it, &



it, & gradi humilius; ne liquecente ad hunc inaccessi luminis calorem intellectus mortalis cerâ, fabulosam Icar

*Mundi* penam sibi scrutator maiestatis im-  
*fastum* neret. Damnato igitur vanitatis tu-  
*deserit.* more, quo te erubescabas inflatum, de-

crevisti ab alto honoris præcipitio tua sponte descendere, & qui ad prove-

*Cisterci* gulo aliquo latere, ac omnino nesciri.  
*habitū* Aptissimum exequendo huic decreto  
*Conver-* visum est Archicoenobium Cistercien-  
*forum* se. Quare illuc te clam proripiens, dis-  
*induit.* simulatâ, quam antehac egeras, perso-

nâ, ovium pascendarum curam, cum habitu Conversorum assumpsisti. At quanquam latentes sub magno pectore pietatis ac doctrinæ thesauros studiosissima humilitate tegebas, non potuit fieri, quin se genius ille, qui te à vulgi vilitate exemerat, aliquo subin-

*Romam* de indicio proderet. Adeoque obsequi-  
*cū Ab-* is tuis familiariter usus Abbas, negoti-  
*bate pe-* orum gratiâ Romam petiturus, te in-  
*vit:* ter itineris comites esse voluit. Ubi

cum nescio quis impostor perversa dogmata coram Iudicibus Controversiarum Fidei (ad quorum concilium etiam Abbas fuit invitatus) subtili sophismatum fuce propugnaret, vide-  
resque,







*S. Bernardi  
concione con-  
vertitur.*

*Cœlitus  
confir-  
matur.*

de suggestu audisti perorantem. Flammæ, non verba sparsisse videri potuit Apostolicus orator: moræ enim impatientis, vixdum finita concione ad eundem properasti; humillima devotione efflagitans, ut te filiis suis dignaretur adjungere; statuisse te, si DEO ita placeret, non alibi, quàm in Claravalle deinceps vivere & mori. Quæ tua petitio lætitiâ incredibili affecit piissimi Patris animum. Quippe ad suos reversus, affirmare non dubitavit: Christum in tua conversione non minùs admirandum, laudandûmque, quàm in Lazari resurrectione. Unum te morabatur obstaculum, quò minùs illicò BERNARDO te socium itineris adjungeres. Amplæ nimirum familiæ providendum erat, ut in bonorum distributione futuris litibus præcaveretur. In quibus curis cùm totus esses, te in proposito DEUS novis identidem stimulis confirmavit. Aratro suo quidam agricola insudabat: cùm inopinantem vox bis repetita affatur, jubetque ad te cum his mandatis pergere: Nihil te gratius DEO facturum, quàm si omni seposita mora illo non solùm viæ, sed & conversionis socio destinata exequi festinares. Itaque ad tyrocinium receptus, cùm te de anteaactæ vitæ



vitæ noxis coram sancto Abbate in sacro tribunali accusavisses, & ille nihil aliud pœnitentiæ loco injungeret, nisi ut ter Orationem Dominicam diceres, non satis seriò tecum agi existimans, impensè rogavisti, ne tibi parceret, néve pœnas peccatis tuis debitas in alterum orbem differret. At ille: securum, inquit, te reddo, si in Ordine perseveraveris, te sinè ulla ignis purgatorii molestia ad cœlos evoluturum. Lætus hoc inexpectato promisso, summa contentione animum ad virtutis studium applicuisti; de hoc maximè sollicitus, ut ne minima quidem labes conscientiae puritatem deinceps libaret: rigidissima severitate mox castigans, si quod verbum signumve otiosum inadvertenti excidisset. Nec defuit in tali rigore patiendi materia ex frequenti morborum afflictione: sed hanc non raro cœlum suis favoribus demulsit; dum visus est Angelus candidissima cuculla vestitus molliter manibus tuum caput sustentare, quoties ex more Ordinis te in choro profundius inclinabas. Illud memorabile, quod tibi in extremo certamine sudanti evenit. Jacebas aliquamdiu immotus, ita ut primo quoq; momento exspiraturus videreris: cum subitò receptis viribus: Ve-

*Miratur clementiam S. Bernardi:*

*qui illi vitam eternam pollicetur.*

*Debile Angelus confortat.*



Verba  
mori-  
turi, di-  
gna no-  
tatu.

rissima sunt, exclamas, quæ Deus promi-  
sit. Quæ verba cum aliquoties causam  
sciscitantibus reddidisses, denique in  
hunc sensum exposuisti. Illis, inferebas,  
à Servatore nostro centuplum promissum  
est, qui ejus amore omnia reliquerunt:  
Et ego quidem fateri possum, me etiam-  
num frui cælestis promissi dulcedine, sed  
verba non invenio, quibus immensæ ju-  
cunditatis delicias vel leviter adumbrem.  
Sanè dolores, quos fero, pro totius mundi  
divitijs non venderem: ex illis enim tam  
ineffabilem voluptatem percipio, ut cum  
hac nulla tormentorum acerbitas videat-  
ur intolerabilis. Si tanta sacri gaudij  
inundatio datur adhuc mortali Et misero,  
quantus lætitiæ torrens absorbebit unitos  
summo Bono? His dictis, spiritum placi-  
do cum suspirio suaviter emisisti. Ver-  
ba Cedro dignissima! Utinam cor meum  
sit ista cedrus, ut illi hæc monita inscribe-  
rentur: tunc præsertim relegenda, cum a-  
liqua fortè molestia pulsat animum veræ  
patientie minùs memorem!


S. BERNARDUS, de contē. mē. c. 16.

DEI in  
nos be-  
nigni-  
tas.

Quid de incerto fine, de certa brevi-  
tate laboris, retributionis æternitate  
loquar? Novit Deus figmentum no-  
strum, consulit pusillanimitati nostræ,  
humane



humana obviat cogitationi, anxietatem abigit, praevenit trepidationem. Ait enim: Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. [Math. 19.]



17. Julij. 16. Cal. Augusti.

**B.** WERNERE, Eberbacensis mo. Obijt  
 nache: qui nondum Sacerdotio, at circa  
 coelo maturus, tenerum pudorem in annum  
 gratum DEO sacrificium, mystam a-1219.  
 gente morte, immolavisti. Cùm au-  
 tem circa ultimum fatalem ictum te  
 in sævitiae victimam dæmones pertra-  
 here conarentur; tu his validissimum B. V.  
 scutum, MARIAM, opposuisti: quæ moriē-  
 ut à te piissimè culta semperfuerat, ita tē pro-  
 in illo periculo invocata spectabilis pugnat  
 adfuit; ac fædas inferni larvas tanto  
 impetu egir in fugam; ut te ad felicissi-  
 mum risum induxerit: sub ipso enim  
 hujus victoriæ plausu jubilans anima  
 præeuntem ad sidera Reginam coeli  
 secuta est. Dubium non est, & utique tu  
 modò feliciter intueris, maximam electo-  
 rum partem festivis laudibus accinere vi-  
 ctorias Matri misericordiae, quas ab omni-  
 bus retrò seculis de humani generis hoste



16 ANNI CISTERCIENS.

reportavit. Utinam & me miserum, sub peccatorum vinculis gementem, suum facere spoliū dignetur!

Floruit B. ARNOLDE, monache Hemmenrodensis. Non immeritò cœnobium illud cœlum quoddam terrestre

Inter Angelos spectatur. te numeravit B. Isembardus; dum patefactis sibi per visum cœli januis, te junctum Angelorum choris, & cucullâ radios de se candidissimos spargente amictum conspexit. Angelica nimirum vitæ tuæ puritas ad hanc te gloriam evexit: congruum quippe fuerat, ut nobilem personam, quam in tragica vitæ mortalis arena indueras, in lætiore cœli theatro non deponeres. In-

Hominis dignitas. gens Dei bonitas erga hominem: quem ita paulò minorem Angelis esse voluit, ut illi tamen aspirare liceat ad idem dignitatis fastigium. Sed vereor, ne mihi aliquando illud psalmi objiciatur: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus &c.

S. BERNARDUS, ser. 24. in Cant.

Peccati metamorphosis. Erubescere anima mea, divinam in peccatinam mutasse similitudinem: erubescere volutari in cano, quæ de cœlo es.

An non



An non tibi videtur ipsis bestijs quodammodo bestialior esse homo, ratione vicens, & ratione non vivens?



18. Julij. 15. Cal. Augusti.

BEati quatuor monachi IGNIA- *Circa*  
 CENSES: quos interim, dum no- *annum*  
 mina vestra in Libro vitæ aliquando *1147.*  
 legam, Candidos appellabo; omen à  
 divina revelatione mutuans, quæ cui-  
 dam è sanctis senioribus vestris facta  
 fuit. Conspexerat ille Cæmeterium *Mors*  
 multis liliis floridum, & in amœnita- *eorum*  
 te insueti spectaculi lætissimus hære- *visione*  
 bat. Cùm subito dolet, ex iis quatuor *præo-*  
 à splendidis ephebis demessa auferri. *stendi-*  
 Quos postquam rogavit, ut has sibi *tur.*  
 delicias non inviderent; eorum alter:  
 Ne indigneris, inquit, optime senex, no-  
 stra sunt hæc lilia; quatuor nunc tollimus,  
 reliqua, cùm maturuerint, pariter in cæ-  
 lestia viridaria translaturi. Quidnam  
 hæc visio portenderit, ex vestro felici  
 per illos dies obitu fuit admonitus.  
 Non est odor cælo gratior, quàm liliorum.  
 Vos à pestifero afflatu venenosi serpentis  
 custodite cor meum; irreparabile damnum  
 est, si flos iste vel semel emarcuerit.

Cc5

B. BER-



Obijt

anno

1247.

Humi-  
litem  
amat.Promo-  
vetur.Humi-  
litas  
merito  
amada.

B. BERTHA, prima Marchetensis  
cœnobii Abbatisa: quæ à molestissi-  
mo conjugii fisco adhuc in juventutis  
flore soluta, meliores deinceps amo-  
res in Aquiriensi Parthenone quæsi-  
visti. Ubi præ aliis virtutum tuarum  
ornamentis spectabilis erat animi de-  
missio, quâ pertinaciter amoliebaris,  
quidquid specimen alicujus honoris  
præferebat. Sed id nempe humilita-  
tis fatum est, ut honor fugientem in-  
sequatur. Nam ea tempestate Joanna  
Flandriæ Princeps monasterium Mar-  
chetanum à fundamentis erexerat, in-  
certa, cuinam Instituto commendaret:  
persuaserunt denique illam insignes  
animi tui dotes, ut sub tua gubernati-  
one Cistercienses in illud Virgines in-  
duceret: te ad consensum jure sangui-  
nis compellens, quo illi proximè eras  
conjuncta. Cæterum laudatissimâ vi-  
ginti annorum præfecturâ docuisti:  
eos felicissimè præesse, qui optimè sub-  
esse didicerint. *Quemadmodum nimia  
sui met aestimatio res est nemini non odiosa,  
ita vicissim mens humilis ubique invenit  
suos amatores. Tu doce me humilitatis non  
fucatam virtutem vel ideò saltem sectari,  
quòd Deus, ut eam me doceret, descendit  
à suæ majestatis solio, quo nihil altius, ad  
ignominiâ Crucis, quâ nihil profundius.*

S. B. E. R.



S. BERNARDUS. ser. 13. in Cant.

*Magna, & rara virtus profecto est, ut, magna licet operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem: mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare. Hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico.*

Magna  
virtus,  
humili-  
tas ho-  
norata,



19. Julij. 14. Cal. Augusti.

**B.** GUMARE, Rex Sardiniae: qui *Floruit*  
audita celeberrimi nominis fama, *anno*  
qua BERNARDUS per sua prodi- *1154.*  
gia & sanctitatem toti terrarum orbi  
notissimus erat, ipsummet videre, am- *Amat*  
plecti, & auribus dulcissimam ejus sua- *S. Ber-*  
dam excipere desideravisti. Itaque ad *nardū.*  
Claramvallem profectus, tuum qui-  
dem, sed non illius votum exsatiasti:  
optantis nimirum, & tunc frustra per-  
suadere conantis, ut vanitate mundi  
relicta, DEO potius, quam hujus vi-  
tae illecebris, servires. Quanquam ve-  
rò tunc surdo fabulam canebat; futuri  
tamen non ignarus, his te verbis remi-  
sit ad Sardos. *Ego quidem instanter pro*  
*tua conversione Dominum rogaui, sed ad*  
*præsens*

Cc 6



# 60 ANNI CISTERCIENS.

*præsens exaudiri non merui: & nunc abi-  
re te patior, quia retinere non licet invi-  
tum: scias autem, te huc iterum de Sardi-  
nia rediturum. Hujus vaticinii even-  
tum quamvis in hac vita sanctus Pater  
non viderit; vix tamen cœlo receptus  
erat, cùm tu tardi assensûs poenitens,  
ad sacros saltem Cineres supplex ac-  
curristi, primogenito priûs filio in re-  
lictî regnî hæredem publicis ritibus in-  
augurato. Religionis vestem à S. Ro-  
berto, BERNARDI dignissimo suc-  
cessore suscepisti: eo quidem ætatis vi-  
gore, ut quadragesimum annum non  
excefferis. Unde valido corpori nihil  
arbitratus difficile, arduos tum absti-  
nentię ac vigiliarum, tum agri, & hu-  
milium functionum labores, summo  
gaudio, nec minore intuentium ad-  
miratione, ferebas. Alacritatem hanc  
accendebat frequens BERNARDIE-  
tiam vigilanti oblata præsentia: ad  
quem denique de facie ad faciem in-  
tuendum, annis meritisque plenus, fe-  
licem spiritum emisisti. Meritissimo ru-  
bore suffundor, cùm te de tanto fastigio  
ad infimos abjectionis gradus descenden-  
tem, opulentissimi regni divitias extrema  
paupertate calcantem, aspicio: cùm mea  
me conscientia arguat, quàm frigidè has  
virtutes amem. Tu aliter me doce vivere.*

B. MAR-

Cōver-  
sionem  
ei præ-  
dicit S.  
Pater

quæ  
statim  
secuta.

Fervor  
admi-  
rādus:

auctus  
visioni-  
bus.

Amor  
virtu-  
tum



B. MARGARITHA, è Regibus  
Cyprioriunda: quæ post sanctum ma-  
trimonium in monasterio Flinensi S.  
Ordini mancipata, amoris affectus a-  
deo in piarum animarum sponsum de  
mundo transfulisti; ut impetu consue-  
tudinis diuturnæ raptus ad superna a-  
nimus, nihil terrenum, sed continuam  
dilecti præsentiam sentiret: assiduo  
gemitu anhelans ad dulcissimos, quos  
denique beata mors conciliavit, amo-  
ris amplexus. *Utinam & meum cor hoc* Amor  
*desiderium inflammet, quo stimulante diu* DEI.  
*nocturne Dominum quærerem, tam sua-*  
*viter me ad suos amores invitante!*

S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant.

*Querit anima Verbum, cui consen-* Christ'  
*tat ad correctionem, quo illumine-* quare  
*tur ad cognitionem, cui innitatur ad* quæra-  
*virtutem, quo reformetur ad sapien-* tur.  
*tiam, cui conformetur ad decorem,*  
*cui maritetur ad fecunditatem, quo*  
*fruatur ad jucunditatem.*



20. Julij. 13. Cal. Augusti.

B. JOANNES, Mullbrunnensis cœ- Obijt  
nobii Abbas: qui furenti per totam anno  
Wirtembergiam in Catholicos hæresi 1547.

C c 7

cedere



62 ANNI CISTERCIENS.

cedere coactus, post diuturni exilii æ-  
rumnas, in sacratissima, & orbe toto  
ex quotidianis miraculis celeberrima  
B. MARIÆ V. Eremo, intrà Helvetiæ  
montes, ad supernam patriam migra-  
visti, ibidem in majori Basilica hono-  
rificè reconditus. *Non dubito, quin illa*  
*periclitantium Patrona, in loco sibi longè*  
*charissimo, mortem tibi suis favoribus fe-*  
*cerit feliciorē. O si tua apud ipsam pro*  
*me intercessio hoc mihi in morte solatium*  
*afferret!*

*Cövers<sup>9</sup>* B. MASCELINE, monache Cla-  
*anno* rævallis: qui magneticam illam BE R-  
*1133.* NARDI in animos pro arbitrato suo  
fingendos vim dulcissimam expertus,  
celeri deditioe plurimæ in Germania  
juventuti exemplo fuisti, ut in eisdem  
*Voca-* piæ capturæ casses certatim incurreret.  
*tur à S.* Cùm enim ille Apostolici Legati mu-  
*Bern.* nere fungens Germaniam concilian-  
dæ pacis gratiâ peragraret, tu ab Al-  
berto, Archiepiscopo Moguntino, S.  
Patri obviàm missus es, ut eum ad me-  
tropolim usque comitareris. Cui cùm  
itineris tui causam exponeres, dicerēs-  
que, te à Domino tuo missum, ut suo  
nomine hospitii humanitatem offer-  
res: reposuit ille, postquam te aliquam-  
diu fuit intuitus: ab alio te Domino  
missum, cui deinceps sis serviturus. Tu  
verò




verò sermones tuos à sancto Abbate non satis intellectos autumans, repetiisti: imò à Domino Archiepiscopo te hæc afferre mandata. Rursus ille: *Falle- Vocati-* ris, ait, *major Dominus est qui te ad me oni ob-* misit, *Christus*. Suspiciatus ergo illius *stinatè* mentem esse, ut pauperem Christum, *resistit:* relicto sæculo sequereris: Num tu, inquis, optime Pater, ex me monachum facere paras? nihil minus animo meo unquam sedit. Contra mellifluus Pater: Licet, respondit, modò nolis, fiet tamen. At tu deflexo ad alia colloquio, ne cogitare quidem, minùs audire aliquid de exoso monachi nomine, inexpugnabili pertinacia decrevisti. Longè autem aliter de vate tuo sentire nondum ad vesperum inclinata dieste docuit. Jam in conspectu Moguntia erat, *sed non* sed non ultrà in votis: una jam Clara- *din.* vallis stupenti suam metamorphosin animo obversabatur: quam statim rebus domesticis obiter expeditis, egregio juvenum globo stipatus petiisti, & ibidem, uti novo BERNARDUS oraculo promiserat, vitam sanctitatis famâ clarissimam posuisti. Nullibi Obedi- *entia* acriùs suas in nos technas struit hostis in- *dux vi-* fernalis, quàm ubi in vitæ ducem eligitur *ta.* Obedientia. Hanc & ego elegi: tu fac, ut illam unicè tecum ut ducem sequar.

S. BER-



Se se-  
ducit,  
qui se  
ducit.

*Qui se sibi magistrum constituit, stulto se discipulum subdit. Seducitori dat manum, qui dissimulat praeptori. Et qui dimittit oves in pascua absq; custode, pastor est non ovium, sed luporum.*



21. Julij. 12. Cal. Augusti.

Obijt  
anno  
1132.

**B.** DANIEL, qui dignitati tuæ, quâ internobiles Venetiarum Patricios eminebas, plus ex contemptu, quàm censu amplissimarum opum accessurum ratus, fulgentem auro gemmîsq; togam cum paupere Cisterciensium cuculla permutasti. Verùm ibi te honor invenit, ubi tu illius fugam quaesiveras. In Abbatem enim cooptatus, non solùm eximia florebas veneratione in vita, sed etiam ultra mortem tua sanctimonia nominis gloriam produxit. Etiam ego Daniel appellari merebor, si tuo patrocínio efficies, ut inter inimicissimos salutî meæ leones, quærentes, quem devorent, à letifero peccati morsu innoxius vivam.

B. G A-



B. GABRIEL: qui cum in adole-  
 scentia bivio constitutus, de capeffen-  
 do vitæ instituto consilia tecum agita-  
 res, felicissimæ certitudinis oraculo, ab  
 ipsa Angelorum Regina Cisterciensi  
 Ordini nomen dare jussus es: id enim  
 sibi, suoque Filio gratissimum fore, ti-  
 bi autem ad æternam salutem conse-  
 quendam infallibile remedium. Ali-  
 orum tamen persuasionibus victus, ad  
 Carmelitas, ut non minùs MARIÆ  
 devotos, accessisti, sed irritò successu:  
 nam prodigio illinc recedere coactus,  
 in monasterio Nucalensi ad tyrocini-  
 um fuisti admissus. In quo te non tam  
 Ordinis, quàm cœli candidatum esse,  
 expertus es: quod nempe frequenti so-  
 latio ad te orantem descendit, aut ad  
 jucunda arcanorum suorum spectacu-  
 la extra sensus corporeos abduxit: imò  
 nondum elapso anni curriculo, ad vo-  
 ta cordis tui, priusquam Vota solen-  
 nia nuncupares, recepit. Morienti ad-  
 fuit Christus; & ut ad triumphum eo  
 duce scires te pergere, victoriarum su-  
 arum suarum trophæis, id est vulneri-  
 bus, & spineâ coronâ, conspicuus. Quo-  
 tiescunque infernus, aut concupiscentia  
 suis me bellis infestant, ad eundem Duce-  
 meum refugiam: certus ero victoriæ, cer-  
 tus præmij, si sub his vexillis pugnaverò.

S. B E R-

Obijt

anno

1620.

B. V. ei

man-

dat Ci-

stercies.

ordinē

ample-

eti.

Rapi-

tur in

cœlum.

Christo

duce

victori-

a certa.




66 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. i. in oct. Pasc.

Victo-  
ria ten-  
tationū  
probat  
filium  
DEI.

Bene ergo, quod natum est Deo, vincit mundum, ut sit testimonium coelestis generationis victoria tentationis: & sicut is, qui filius est per naturam, mundum cum suo principe triumphavit: sic & nos victores inveniamur, quotquot sumus filij adoptionis.



22. Julij. II. Cal. Augusti.

Obijt  
anno  
1165.

S. Ber-  
nardū  
imita-  
tur:

à quo  
Prior  
consti-  
tuitur.

B. GAUFRIDE: qui beatissimo Patri BERNARDO sanguinis & amoris vinculo eras ab ineunte ætate conjunctissimus: cui etiam veri amoris genio perquam similis esse contendeas, pressis vestigiis illius virtutes, inter difficillima præsertim illa Claræ vallis initia, rerumque temporalium extremam penuriam, æmulatus. Nec latebat pium Patrem laudabilis fervor, & summarum rerum capax indoles. Quam ob causam te secundum à se esse voluit, Prioris officio tibi concredito. Ubi te non tam in curarum partem assumptum, quàm toti illarum ferendæ moli parem esse, ipsemet gloriabatur, dicere solitus: non se æstima-  
re, se



re, se à Claravalle absentem, quamdiu  
 te sospitem sciret. Sed & communis  
 omnium fuit opinio, apertè fatenti-  
 um; dum sanctum Abbatem Ecclesiæ *Alter*  
 necessitas in Italia diutiùs detineret, *Ber-*  
 BERNARDUM alterum Romæ, in *nardus*  
 Claravalle alterum, illum reipublicæ *vulgò*  
 Christianæ, hunc Ordinis negotia, pa- *diutur.*  
 ri utrimque prudentia, sanctimonia,  
 & felicitate tractare. Idipsum deniq;  
 Lingonensibus fuisse persuasum, testa-  
 ri possunt urgentissimæ preces cleri,  
 populique, BERNARDUM sibi Epi-  
 scopum expetentis. Cui cùm omnem  
 pro more consensum abnueret; fla-  
 grantia in se supplicum studia restin- *Ad E-*  
 guere aliter non potuit, quàm ubi te, *pisco-*  
 velut alterum se, sibi substituit. At hæc *patum*  
 promotio grave in animo tuo duel- *promo-*  
 lum peperit; dum una ex parte humi- *vetur*  
 litas, & à dilecto divortium ab onere *invitus*  
 refugere, ex altera summi Pontificis,  
 & Abbatis autoritas submittere hu-  
 meros jubebat. Parere tandem com-  
 pulsus, te populo Pastorem exhibebas, *sed dig-*  
 ut monachum nunquam exueres: cle- *nissim⁹.*  
 ro non deesset virtutum exemplar, nec  
 pauperibus pater. Atterebantur inte-  
 rea, crescente annorum numero, cor-  
 poris vires: quod tu in diu agitati con-  
 siliu favorem arripiens, ab Alexandro  
 P. M.



# 68 ANNI CISTERCIENS.

Episco-  
patum,  
dimit-  
tit.

P. M. post repetitam sæpiùs supplica-  
tionem impetrâsti facultatem, dimis-  
so pastoralis munere, redeundi ad Cla-  
ramvallem. Ibi juxta cellam, quam o-  
lim BERNARDUS incola nobilita-  
verat, constructo humili sacello, in  
eodem loco reliquos vitę dies exegisti:  
ut quos necessitas mortis in hoc exilio  
separaverat, aliquamdiu hæc terrena,  
mox cœlestis habitatio ad nunquam  
interrumpenda amoris fœdera con-  
jungeret. *Si humili prece aliquid suppli-  
care à te liceat, id ante omnia rogabo, ut  
qui mortalis fuisti, jam in patria felix sis  
mihi alter Bernardus. Quantum de terri-  
bili mortis horrore decedet, si geminum à  
vobis in illo confictu patrocinium habebō!*

Floruit  
anno  
1145.

B. ANDREA, Magni illius Petri,  
Tarentasię Archiepiscopi, frater ger-  
mane: qui eodem duce, unà cum pa-  
rente & omni familia, numerum reli-  
giosi coetūs in Bona Valle auxisti: &  
in rigidissima Ordinis observantia, a-  
liisq̃ue pietatis operibus, usque ad vi-  
tę finem perseverans, mortem tam  
sanctā familiā, imò, ut rectiùs dicam,  
cœlo dignam, oppetiisti. *Gravis est vio-  
lencia mortis, quā nos hac terra despoliat.  
Sed est in promptu remedium: sponte hanc  
relinquam, seu potiùs cum cœlo permuta-  
bo: hoc sanè mors non rapiet, sed dabit.*

S. B E R-



S. BERNARDUS, de cōtem. mū. c. i.

Ecce, nos reliquimus omnia, & <sup>Verbi  
divini  
virtus.</sup> secuti sumus te. [Math. 19.] *Hæc nempe sunt verba, quæ contemptum mundi in universo mundo, & voluntariam persuasere hominibus paupertatem. Hæc sunt, quæ monachis claustra replent, deserta Anachoretis.*



23. Julij. 10. Cal. Augusti.

**B.** J A Q U E L I N A, Flinensis mona-<sup>Floruit</sup>  
sterii in Belgio Abbatissa: quæ no-<sup>anno</sup>  
bilissimi stemmatis claritudinem vir-<sup>1450.</sup>  
tutum splendore adeò superavisti, ut  
omnia Gratia & naturæ dona in te <sup>Ornata</sup>  
ornandam conspirasse; ac monasterii <sup>magnis</sup>  
clavum non tam à te, quàm ipsamet <sup>dotibus</sup>  
prudencia teneri, videretur. Charita-<sup>Chrिता-</sup>  
tis affectus dispensare in filias tam so-<sup>te,</sup>  
lerti artificio noveras, ut quælibet se  
propè solam crederet amari. Quotidie  
singulas visere, solari, & humanissi-<sup>Prudē-</sup>  
mæ frontis hilaritate excitare langu-<sup>tiā.</sup>  
das, aut ferventioribus instillare stu-  
dium sectandæ perfectionis: has xeni-  
is, alias adhortationum suavitate ad  
virtutum amorem allicere. Unde vul-  
gari



*Omni-  
b<sup>9</sup> pro-  
videt:*

*se solâ  
negle-  
ctâ.*

*Medi-  
cum*

*gravi-  
ter per-*

*stringit nam:*

gari passim præconio Parthenon Fli-  
nensis non tam virginibus, quàm vir-  
tutibus dicebatur esse sacratus. Quo  
factum est, ut magnatum liberis certa-  
tim ad hanc felicitatem confluenti-  
bus, augeri ædificia oportuerit. Quæ  
tanta dexteritate à fundamentis sur-  
gere iussisti, ut commoditas cum de-  
core certaret. Inter tot maternæ soli-  
tudinis curas sola nescire volebas, te  
etiam tibi aliquid debere. Cancris enim  
morbus pectus tuum fœdâ sævitiâ di-  
lacerans, non vocem, non gemitum  
expressit; nec ex alio, quàm cœlesti  
pharmacopæo expectabas in imma-  
nem cruciatum remedia: cùm intereà  
conductus non levi salario medicus,  
tardior, quàm pro mandato, ad foro-  
rem Conversam accurrens, moram jo-  
cosè excusaret: quòd solùm conversæ  
alicujus periculum esset denunciatum:  
tu stimulo pietatis incitata: Si, inquis,  
pericula mea, medice, destituissem, forsitan  
invenissem apud me negligentia tuæ patro-  
stringit nam: sed quia me videris ludibrio tuo ar-  
guere, tanquam de sororibus meis plus u-  
ni, quàm alteri faventem; ne veniam spe-  
ra. Num enim ista, quia humilior, & ideo  
fortè amari dignior, desinit esse filia mea,  
ut charitati meæ possit esse vilis? Alijs de-  
inceps operam tuam nava, qui se patian-  
tur con-



tur contemni: ego de saniore medico meis  
provisura sum. Fulmen hoc erat, cha-  
ritatis ardore succensum, & cui post  
aliquot primū annos, recepto in pri-  
stinam gratiam medico, mansuetudi-  
nis pluvia successit. Dies abeat, prius-  
quam heroica virtutum tuarum acta  
recenseam: adeoq; emeritam nunc vo-  
tis meis prosequar ad superoseuntem:  
ac rogabo; ut tuā me prudētiā doceas, sin-  
ceros inter ac infidos medicos in delectu  
non errare: illi sint mihi in pretio, qui ab  
anima morbos expellunt; corpus si Deus  
velit esse sanum, dabit & medicos: si verò  
id nolit: nescio quid stultius optare possim,  
quā, quod non vult Deus.

DEUS  
optim<sup>9</sup>  
medi-  
cus.

B. JACOB E, Converse Villarien-  
sis: qui damnatis profanæ militiæ va-  
nitatibus, pietatis arma sub Christi ve-  
xillo contra infernales hostes appre-  
hendisti: posteriore bello vel ideo fe-  
licior, quod ductus in cœlum trium-  
phus (qualem nec vetus Roma dedis-  
set) fuerit brevissimi laboris stipendi-  
um. Mira res, quod apud nos fidem non  
inveniant tot argumenta, quæ nobis vitæ  
citiū umbrā evanescentem fabulam, nihil  
præter inane somnium esse demonstrant:  
quam tamen nescio quantis nominibus di-  
gnamur: voluptatem, gaudia, delicias il-  
lam vocamus, cum sit mera afflictio spiritus.

Floruit  
circa  
annum  
1300.


Vitæ  
morta-  
lis va-  
nitas.

S. B E R



S. BERNARDUS, de dil. Deo. c. 7.

*Infamia Si famelicum hominem apertis fau-  
amato-  
rum cibis ventro, inflatis haurire buccis  
mundi. aërem cernas, quo quasi consulat fa-  
mi; nonne credas insanire? Sic non  
minoris insanie est, si spiritum ra-  
tionalem rebus putes quibuscunque  
corporalibus non magis inflari, quam  
satiari.*



24. Julij. 9. Cal. Augusti.

*Circa* **B.** MARGARITHA, monasterii de  
*annum* Sylva Benedicta monialis: quæ à  
1400. primæ innocentie annis in sacro gy-  
naeco pie educata, adeo sagax in ex-  
teriores corporis sensus imperium ob-  
*Puri-*tinuisti; ut per portas illas nihil etiam  
*tatis* minimum admiseris, quo illibati pu-  
*studio-*doris integritas aliquam maculam potu-  
*issima.*isset aspergi. Hinc Virginis Filius, cui  
te in sponsam penè infans devoveras,  
tam vehementi suæ dilectionis ardore  
cor tuum implevit; ut nullibi suavius  
quiesceres, quam coram illo, sub Panis  
sacрати velamen recondito, prostrata.  
Inde te non fames, non frigus, non  
somnia avocabant. Cui pietati ut se-  
curius



curius indulgere tibi liceret, sacrae sup-  
 pellestilis curam tibi Abbatissa com-  
 mendavit. Hic si veteres Poetae cho-  
 rum novem Nympharum voluissent  
 augere decima, te sub nomine Mundi-  
 tae consecravissent; animi, corporis,  
 ac templi puritate divina apud ipsos  
 thura meritis: adeo nihil uspiam pul-  
 veris aut sordis oculos intuentium of-  
 fendit. Diligentia primaria erat circa  
 vestes, aliaque ornamenta, quae ad sa-  
 cro sanctam Oblationem spectant: ea  
 enim tanta cum reverentia tractabas,  
 ut si Divorum Reliquias manibus  
 contingeres: non immemor nimirum,  
 quanto, & quam dilecto Mystae loca-  
 res operam, qui & hostia simul esset &  
 sacerdos. Et is quidem melius coele-  
 stes tibi honores decrevit, cum te me-  
 ritis & miraculis claram, in sancta san-  
 ctorum introduxit. *Doce me puris ma-*  
*nibus & corde divina mysteria tractare:*  
*nam & minimas sordes aversatur ille pu-*  
*ritatis amator, ille scrutans corda & re-*  
*nes Deus.*

*Sacrae  
supelle-  
stilis  
curam  
agit.*

*Sancta  
sancte  
tracta-  
da.*

B. CUNO, Converse Hemmenro-  
 densis, olim castri Malburgensis domi-  
 nio dives, ac bellicâ laude illustris: qui  
 tota ætate armis dicata, tandem jam  
 senex ad religiosa castra transiens, non  
 minus impigrum in sacro, quam antè

D d

in pro-

anno 1220.



*Equū à rap-  
tore re-  
petit:* in profano certamine, militem egisti:  
præteriti temporis jacturam, animi  
contentione compensans. Ea tempe-  
state nobilis quidam monasterio præ-  
stantem equum rapuerat: ad quem ut  
quondam commilitonem missus, cum  
humili supplicatione nihil profecisses;  
fretus æquitate causæ, iniquum præ-  
quem donem ad DEI tribunal vocasti; datis  
ad Dei paucorum dierum induciis, post quos  
tribu- uterque coram Judice compareret. Si-  
nal vo- bilis ille tunc excipiebat simplicis an-  
cat. tagonistæ minas. At postquam inau-  
divit, te statutâ horâ inter Ecclesiæ sa-  
cramenta piè decessisse, nudus pedes  
equum manu ad monasterium duxit,  
nec destitit tumultum tuum calidissi-  
mis lacrymis rigare, donec placatum  
esse Judicem, te revelante, constiterit.  
Sub ipsa verò mortis tuæ hora, mali-  
gnus ex orco hospes feminam diu jam  
Ad ej<sup>9</sup> agonē vexatam per aliquod temporis spati-  
advo- um deseruerat: sed statim reversum  
lant cum Sacerdos absentiae causam fateri  
15000. coëgisset, se unâ cum quindecim mil-  
demo- libus sociorum ad agonem tuum fru-  
nes. stra advolâsse, respondit: te enim rectâ  
cœlos petiisse, nec suorum quempiam  
propiùs accedere ausum, quòd mussi-  
tationibus monachorum spissatus aër  
te instar valli incinxerit. Questus de-  
inde



inde fuit, te quadraginta annis mundo, vix tribus DEO serviisse, nimia tamen DEI in homines clementia cœlo potitum. Sicut in artefactis, ita in opere Conatibus salutis, non quæri solet, quàm diu, sed piis ad-est DE-  
quàm bene: & sæpe apud Deum voluntatis piæ pretium supplet temporis moram. us.  
Tu voluntatem meam excita; ut omnes ad serviendum Deo vires impendat: succurret non pigrè conanti gratia cœlestis.

S. BERNARDUS, de dil. Deo. c. 6.

Diligam te, Domine, Deus meus, ad-DEUS  
jutor meus. Diligam te pro dono tuo, diligē-  
& modo meo, minùs quidem iusto, sed dus pro-  
planè non minùs posse meo: qui etsi virib?  
tantum debeo, quantum possum, non  
possum tamen ultrà, quàm possum; pe-  
tero verò plus, cum plus donare digna-  
beris, nunquam tamen, prout dignus  
haberis.



25. Julij. 8. Cal. Augusti.

BGEREKINE, Alvastræ in Succia Obijt  
Converse: qui per annos quadra- anno  
ginta intrà clausuræ monachalis septa 1345.  
spontanea solitudine delitescens, non  
aliis unquam, nisi cum solo DEO col-  
loquiis

D d z

loquiis



76 ANNI CISTERCIENS.

loquiis vacabas. Enituit intereà manifestè prophetici sermonis veritas, solitudini & silentio vacantem, supra se levatum iri, promittentis: frequenter *Orans,* enim fervore orandi tibimet ereptus, *extra se* inter ipsos Angelorum choros lætantes te vidisti. Oculi prætereà supra aciem humanæ infirmitatis elevati, in sacrificantis manibus pulcherrimum puerulum haud rarò aspiciebant. Nec permittebat cœlum hanc devotionis suavitatem ipsâ etiam obedientiâ interturbari. Nam cùm aliquando Abbas tibi injunxisset; ut in suis laboribus pistores adjuvares; tuâque in his rebus imperitiam haberes perspectam: *Jubet* omissa excusatione, ad effigiem Virg. *B. V. ut* nis Matris, ibi pendentem, provoluoret, *lo-* tus, rogavisti; ut te huic artificio idocolabo- neum facere ipsa dignaretur. Annuit *vis:* desiderio supra expectationem Divina Puerpera. Jussit ad preces interim reverti: quibus dum in quodam templi angulo incumbebas, alius tuam personam in illo labore tam scitè agebat; ut *Angelo* mirantes reliqui, dexteritatem tuam *illius* laudaturi ad Abbatem accurrerent. At *vices* ille non inscius, te, neglecto mandato *abente.* suo, in Ecclesia deprehensum, conceptam animo te castigandi severitatem audito prodigio intermisit, vetuitque; *ne dein-*



ne deinceps aliquis sacro otio tuo molestiam faceretur. Contigit paulò ante vitæ finem, ut S. Birgitta ad Alvastram diverteret: cujus frequentia cum viris, licet religione & doctrina conspicuis, colloquia, non satîs cum sanctitatis illius fama convenire, putabas: sed dempsit errorem inprimis visio celestis, qua illam sub oratione sublime in aëra elevatam vidisti: deinde vivus ejusdem sermo; quo tibi propinquum intrâ paucos dies ad felicem patriam transitum denunciavit. *Nec sinè cibo corpus, nec sinè orationis nutrimento anima vivere potest. Tu fac, ut non minore aviditate de suo alimento animæ, quàm corpori, provideam.*

*Hora obitus illi à S. Birgitta prædicitur*

*Oratio.*

B. PHILIPPA, regiae Lusitanorum aulæ decus, & Cisterciensis Ordinis virgo clarissima: quæ in communi virtutum censu, quales sunt, suimet contemptus, animi & corporis puritas, afflictatio spontanea, precandi studium, pares habuisti fortasse non paucas; sed ingenii felicitate nullam. Mirabantur magni nominis viri, qui diuturno labore sibi aliquam Linguarum peritiam comparaverant, se à tenerissima virgine non æquari duntaxat, verum etiam vinci. Præter alios ingenii nobilissimos foetus, in lucem editos,

*Clara de no lingua rum.*

D d 3

laudatur



Libros  
latinos  
Lusita-  
nicè  
reddit.

laudatur præcipuè opus prolixo labo-  
ris, quo Laurentii Justiniani, Veneti  
illius Tullii, libros Lusitano sermone  
donavisti. Dignus erat tam sublimis  
spiritus, in quo domicilium figeret a-  
mor Divinus: hic non secus atque in  
regno suo Princeps, omnes actiones  
tuas efformabat: hic denique post e-  
meritum vitæ præsentis cursum te sibi  
in perpetuas æternitates conjunxit.

Amor  
DEI.

*Vix fieri posse videtur, ut homo agnoscat,  
& non simul amet Deum; adeò beneficio-  
rum & copia & magnitudine à summa  
illa Bonitate penè obruimur. Tu, ô regina  
virgo, suavissimum hunc ignem in pectore  
meo vehementer accende.*

S. BERNARDUS, de dil. Deo. c. 5.

Maxi-  
ma in  
nos be-  
neficia  
DEI.

*Ipsè totum Deo sese debere non igno-  
rat, quem sui totius non ignorat au-  
ctorem. Quid ergo ego, qui Deum  
meum teneo vitæ meæ non solùm gra-  
tuitum largitorem, largissimum ad-  
ministratorem, pium consolatorem,  
solicitem gubernatorem: sed insuper  
etiam copiosissimum redemptorem, æ-  
ternum conservatorem, ditatorem,  
glorificatorem? Quid retribuam Do-  
mino pro omnibus his?*

26. Julij.





26. Julij. 7. Cal. Augusti.

B. ANNA, monasterii Nazarethani Obijt  
in Belgio Conversa, admirandæ anno  
sanctitatis foemina: quæ quanta cha- 1600.  
ritate aliis ad serviendum te impende-  
bas, tam inclementi austeritate in tei-  
psam sæviebas: cibi ac somni parcissi-  
ma, in oratione assidua. Sed veluti ex- *Angeli*  
trema mundani gaudii luctus occupat; *accinuit*  
ita ultimâ hujus exilii horâ, dolores *moriendi*  
tuos inæstimabilis lætitiæ finis exce-  
pit, Angelis inter cantus festivos ani-  
mam tuam in cœlum deducentibus.  
*Quàm multa heu! animam meam premit* *Luctus*  
*lugendi necessitas! Tu oculos meos lacry-* *pœni-*  
*mis, manus flagellis imple, quibus præve-* *tentiæ.*  
*niam cruciatus, peccatis meis debitos, ni-*  
*mis horribili æternitate brevissimam ne-*  
*gligentiam ulturos.*

B. GARZIA de Vera: quem & Ma. Obijt  
jorum ceræ, & raræ prudentiæ fama, anno  
in splendorem aulicum Jacobi Hispa- 1255.  
niarum Regis produxere. Quin & su-  
pra invidiæ metum te evexit armorum  
gloria, quæ te magnorum sæpe exerci-  
tuum in Saracenos ducem, multa lau-  
ro coronaverat. Sed altiora spiranti  
animo viles erant triumpho, nisi qui

D d 4

totum



80 ANNI CISTERCIENS.

*Mona-  
chum  
quin-  
quage-  
narius  
induit.*

*Victo-  
ria sui.*

totum cum fastu suo mundum in vin-  
cula compegissent. Campus ad hanc  
pugnam designatus est Hortense Asce-  
terium: nova nimirum ferta collectu-  
rus eras ex Hortensium virtutum flo-  
ribus, postquam campestris olea cœ-  
perat displicere. Hic victoriâ de teipso  
reportatâ, quandoquidem nullam pro  
tali corona herbam Roma decrevit,  
auream cœlum emerito donavit. *Bea-  
ta, licet difficilis, victoria, quâ quis sei-  
psum sibi subjugat, & ex mundi mancipio  
facit amoris divini libertum! Tu de cœlo  
hæc mihi vincula injice, pro alis servient,  
quibus ad sidera ferar.*

S. BERNARDUS, de dil. Deo. c. 10.

*Abne-  
gare se-  
ipsum,  
res est  
ardua.*

Defecit caro mea, & cor meum.  
[ps. 72.] *Beatum dixerim, & san-  
ctum, cui tale aliquid in hac mortali  
vita raro interdum, aut vel semel, &  
hoc ipsum raptim, atq; unius vix mo-  
menti spacio, experiri donatum est. Te  
enim quodammodo perdere, tanquam  
qui non sis, & omnino non sentire tei-  
psum, & à teipso exinaniri, & penè  
annullari, cœlestis est conversationis,  
non humana affectionis.*

27. Julij.





27. Julij. 6. Cal. Augusti.

B. ÆGIDI, Converse Villarii: qui ad *Circa*  
 laboris refrigerium, & quam DE- *annum*  
 us in hac vita sæpe largitur, pietatis 1300.  
 mercedem, donatus es gratiâ contem-  
 plationis rerum cœlestium. Hæc divi-  
 na lux è corde tuo velut stella promi-  
 cabat: ex cuius splendore facile erat re-  
 liquas virtutum dotes conjicere: non  
 enim nisi in humili, puro, ac DEUM  
 ardentem amante animo Spiritus ille  
 dator munerum inhabitare consuevit. *Amor*  
*Doce me hæc terrena sic in usum et contem-* *DEI.*  
*plationem admittere, ut ex ijs Creatoris bo-*  
*nitatem & potentiam agnoscam, mihi que*  
*sint stimulus, ad eundem totis viribus a-*  
*mandum & laudandum.*

B. CHRISTIANE, monasterii *Floruit*  
 de Eleemosyna Converse: qui flebi- *anno*  
 lem hujus mundi scenam in prima ad- *1145.*  
 huc adolescentia non juveniliter con-  
 siderans, cum omne scelerum genus  
 instar malignæ contagionis grassari,  
 ac innumeros quotidie in perniciem  
 præcipitare videres; ne & te hæc pestis  
 afflaret, ad cremum confugisti. Hic *Rigor*  
 non solum à vitioso, sed etiam à con- *vita,*  
 muni hominum vivendi modo abiisti.  
 Alimentum dabat pauxillum panis,  
 D d s cum potu



*supra  
huma-  
nas vi-  
res.* cum potu, quem rivulus præterfluens propinabat. Corpus flagellis penè discerptum asperrimâ hieme collotenus aquis immergebas, ut sic more fabrorum, candentem calybem frigidâ indurantium, ad omnis doloris patientiam illud quodammodo ferreum redderes.

*Ad O-  
bedien-  
tiam  
aspirat* Licet autem sat roboris contra hostes ab his armis sperare potueris; plus tamen securitatis promisit obedientiæ præsidium. Relicta igitur solitudine, vitæ cœnobiticæ in Eleemosyna te addixisti: tanto statim sanctitatis augmento, ut revelationes quotidianæ, & prodigia nominis tui famam

*Cister-  
cium  
glorio-  
sum a-  
spicit  
in reve-  
latione.* ad S. Raynaldum, communem Ordinis Patrem, perduxerit. Qui cùm te Cistercium vocasset, in mediò itinere vidisti subitò cœlos aperiri; ibi geminus psallentium chorus cernebatur: inferiorem monachi Cistercienses impleverant; in altiori cum Angelis cantabat Raynaldus, Abbatiali quidem veste ornatus, sed supra Angelicum fulgorem radiante. Satiato ad votum, colloquiis tuis beato Patre, tuis restitutus.

*Fugat  
larvas  
demo-  
nis.* ad ultima bella provocatus es ab hoste humani generis: sed hujus fanatica tetriculamenta, larvarumque gesticulationes, acri corporis diverberatione, aut, cùm id pugnae genus non placuit,  
solâ



solâ mentis in DEUM elevatione abegisti. His victoriis ne deesset laurea, feliciter occumbenti, coronam cœlum dedit. *Severus ille tuus vivendi rigor diserte exponit mirabile Christi paradoxum, pro lucro vitæ melioris, hanc fluxam perdere suadentis. Incipe tandem, ô anima mea, a versari amorem carni domicilij tui, ex amoris huius aut odij prudentia, tota, sed longè diversissima, pendet æternitas.*

Desiderium  
vitæ æternæ.

S. BERNARDUS, de dil. Deo. c. II.

*Tempus hoc animabus, non corporibus, est assignatum: dies salutis utique, non voluptatis. Omnia tempus habent. [Eccl. 3.] Animabus nunc oportet peram dare necesse est: nam in carne qui seminat, solam exinde metet corruptionem.*

Animæ  
nunc,  
nō corpori  
cōfulendum.



18. Julij. 5. Cal. Augusti.

B. HENRICE, totius Ordinis Cisterciensis Supreme Parens, in Generalium serie XXXI. Joiacensi monasterio antè præfueras, eâ prudentiâ, quam Patres Ordinis parem esse censuerunt, sustentando oneri regiminis

Obijt  
anno  
1315.

D d 6

universa-



# 84 ANNI CISTERCIENS.

Regib<sup>9</sup>  
charus

universalis. Hâc eâdem factum est, ut Philippi Francorum Regis averſus à Cistercio animus non tantum ad priſtinam benevolentiam, ſed ad largitionem ingentium Privilegiorum fuerit inflexus: quem ſuum erga te affectum inter privatos ac publicos ſermones non diſſimulavit, *Dilectum ſuum te*

& Pö-  
tificib<sup>9</sup>

& *Fidelem* ſolitus appellare. Non inferiore gratiæ loco te habuit Clemens PP. V. qui te eleganti episto- la ad Concilium Viennense vocavit, nec indonatum dimiſit. Hos terræ favores S. Ordini comparatos tandem cœlum uno, ſed aliis omnibus preferendo, compenſavit, cum te poſt gubernationis annum decimum ſanctis Prædeceſſoribus tuis adiunxit. *Unum mihi à ſummo Pontifice Chriſto Jeſu Indultum exora, non plus quàm duo verba complectens: ut nempe per infinitam ejus miſericordiam merear feliciter mori.*

Mors  
felix.

Obijt  
anno  
1179.

B. GUICARDE, quem S. Parens Stephanus Hugoni, primo Pontigniaci Abbati, ad Sedem Antifiſiodorenſem promotus, ſubrogavit, ſancto ſanctum ſubſtituens. Virtutum tuarum, & ex illis germinans, filiorum fœcunditas tam celebris fuit, ut undecim numeraveris monaſteria ex te Parente nata, tempus autem præfecturæ, ad annos

Mirè  
fecun-  
dus.



nos triginta produxeris. Ex tam numerosa prole clarissimus eminebat S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis; qui cum nefarie in exilium eiectus, Romæ apud Alexandrum III. moraretur, ærumnarum suarum aliquod in Pontigniaco solatium quæsivit, suscepto S. Ordinis habitu, quem ipsemet Pontifex consueto prius ritu sacraverat. Tanti Præfulis contubernio tam diu beatus fuisti, donec Ecclesia Lugdunensis te Archiepiscopali diademate, quamvis maximè renitentem donaverit. Præter alia dignitatem tuam memoriæ posteritatis commendantia est sanctissimus Parens BERNARDUS: *S. Bernardū* *elevat* *è tumulto.*   
cujus sacra Lipsana solennibus cæremoniiis è tumulto in aram produxisti, quarto post ejusdem apothecosis anno. Caterùm duo hominum genera habebas eximia: egenos, & eruditos: illos sæpe invisere, ope & consilio juvare; hos ingentibus donis tuo lateri jungere, in præcipuis curis fuit. Expleto demum quarto post decimum sanctæ administrationis anno, in castro (quod tuæ industriæ sedes Lugdunensis debet) pium laboribus finem imposuisti: corpus ad sepulturam Pontigniaco sibi vendicante. *Sola fuit, quæ te ad terræ cælique honores provexit, humilitas:*



86 ANNI CISTERCIENS.

Humi-  
litas.

*Cistercio congenitum hoc decus, Angelorum & Praesulum thronos implevit. An igitur arrogantia me adeò fascinabit, ut malim per momentum extolli, deprimendus aeternum, quàm humiliatione nec gravi nec longa, mercari honores coelestes?*

S. BERNARDUS, de V. Isaïæ. f. 2.

Humi-  
litas so-  
la Deo  
placet.

*Certi estote, fratres, eum, qui superbis non pepercit Angelis, nec hominibus parciturum. Sola ei placet humilitas, sive in Angelo, sive in homine: & qui sedet in throno, solos elegit subditos, è quibus repleat templum.*



29. Julij. 4. Cal. Augusti.

Gene-  
ral IX.  
Obijt  
anno  
1175.

**B.** ALEXANDER, Cisterciensis totius familiae, & Germaniae tuae magnum ornamentum. Et magnus quidem eras in oculis tuis, quando Coloniae in primo ætatis flore generis nobilitas, Ecclesiasticus honor, & fama non vulgaris doctrinae, altissimæ spei tumore te inflaverat. Peragrabat eo tempore Germaniam BERNARDUS sacri belli classicum canens, non tam militibus sub Innocentii PP. auspicio in Palaestinam ituris, quàm animabus ab interitu



ab interitu vindicandis. Suaviter ille  
 te ad mundi contemptum invitans, o-  
 stendebat, quàm vilia sint, & vel ipso  
 nihilo minora, quibus te magnum esse  
 existimes: si ad magna aspires, unum  
 esse cœlum ambitione generosa sanè  
 dignum, at soli humilitati promissum.  
 Sed jam degustatæ vanitatis fiscus pec-  
 tori tuo tenacior inhæserat, quàm ut  
 ad primum medici contactum revelle-  
 retur. Arcessenda erant è cœlo phar-  
 maca. Proxima igitur post illud collo-  
 quium nocte, quiescentem te aggre-  
 diens, suam tibi vestem injicere velle,  
 visus est: quæ bis repulsa, te denique  
 invitum contexit, pedumque pastora-  
 le sibimet nequicquam irata manus à  
 porrigente accepit. Experrecto lætissi-  
 mum erat, quòd defricare cum som-  
 no metum licuerit, intonso adhuc ca-  
 pite Canonicum in strato reperienti.  
 Adcòque velut agræ mentis insomni-  
 um è memoria excutiebas. At necdum  
 omnes aculeos melliflua apis consum-  
 pserat. Eadem enim die prendenti S.  
 Patri piscis perca fuit appositus: quem  
 ille fausta precatione, quasi sacro em-  
 bammate delibutum, tibi in tesseram  
 officiosæ amicitiae transmisit. Vix de-  
 gustaveras gratissimum ferculum, cum  
 in imbrem liquefcere oculi, pectus in-  
 sucto

S. Ber-  
 nardi  
 monita  
 cōtem-  
 nit:

Et ap-  
 paritio-  
 nem.

In cibo  
 hamū  
 sancti  
 amoris  
 glutit.



sueto dulcedinis arcanæ sensu concu-  
 ti, simul ad vigilem jam redire memo-  
 riam præteritæ noctis, somnio aliquid  
 majus spirantis, imago. Crescebat in  
 quo ca- singula momenta vis ardoris. Quare  
 pi<sup>9</sup> Ber- cunctationis impatiens, è vestigio ad  
 nardo tanta novitatis originem festinans, in-  
 adhæ- ter ingenui gaudii lacrymas recensui-  
 ret. sti non ignaro, quid acciderit. Nec ul-  
 trā te avelli ab eo passus, comitem iti-  
 neris ad Claramvallem usq; te adjun-  
 xisti, felicissimus spectator miraculo-  
 rum, quæ quotidie à magno Thau-  
 maturgo patrata, viarum spatia suo  
 potiùs, quàm milliarium numero di-  
 stinguebant. Ita susceptā de illius ma-  
 nu cucullā, pars una vaticinæ visionis  
 effectu suo gavisa fuit, nihilo tardiùs  
 alterā subsequente. Cùm enim Gran-  
 dis Sylvæ monasterium, tunc recēns  
 Clarævalli unitum, Abbatem deside-  
 raret, tibi baculum illum pastorem  
 commisit, sexto post tyrocinium men-  
 se nondum præterito. Quàm prospe-  
 ro autem rerum omnium successu vi-  
 ginti annis præfueris, non latuit Pri-  
 mores Ordinis Patres, qui supremam  
 potestatem humeris tuis imposuerunt.  
 Incredibile gaudium erat omnibus per  
 orbem filiis tam dignum venerari Pa-  
 rentem: ut proinde Comitia Generalia  
 celebranti

Mox  
 promo-  
 vetur.

Gene-  
 ralis e-  
 ligitur.



celebranti præsentibus Episcopi ( inter quos Lugdunensis, ac Tarentasæ Archiepiscopi ) primæ in sacro senatu cathedræ honorem non inviti detulerint, ipsi in humilibus subselliis ab ore, & jussis tuis pendentes. Nec mirum fuit, te à filiis tuis tam eximie coli, quando ipsemet Orbis Christiani summus Antistes, Alexander, te illis Cistercii congregatis panegyricâ sanè epistolâ commendare dignatus est, ut post enumerata Cistercii in Apostolicam Sedem laboriosæ fidelitatis obsequia scribere non dubitaverit: *Accedit ad hæc omnia, dilectorum Filiorum nostrorum Cisterciensis, & Clarevallis Abbatum sollicitudo laudabilis, & devota: qui non humano instinctu, sed superni consilij spiritu provocati, pro pace Universalis Ecclesiæ labores maximos & pericula subierunt. Debitores ergo vobis, pro tam multiplici charitatis vestræ munere, constituti, vos, & sacrum Ordinem, quem servatis, omni, quâ possumus, affectione diligimus &c. Præcesserat hanc epistolam peracta feliciter à te Pontioq; Clarevallenfi ad Imperatorem Fridericum Legatio: quam secuta est alia non imparis fortunæ ad Angliæ Regem. In continuo tamen æstutantum negotiorum in seipsum se recipiens animus, divinorum contemplati-*

*Magne  
honore  
à filiis  
colitur.*

*Item ab  
Alexā-  
dro.*

*Anno  
1170.*

*Legati-  
ones ad  
Reges  
obit.*



*Curre-  
re ad  
cælum  
dicitur*

templationi ea spiritûs libertate vacabat; ut pietatis hujus conscii, non ire te, sed currere ad cœlos dicerent. Ad hujus sanctissimi cursûs felicem metam nonus regiminis annus, inter tristes filiorum singultus piè obdormientem perduxit. *Unico tantùm die negasti*

*Vocati  
DEO  
respon-  
dendū.*

*aurem vocanti per Bernardum Deo, quam tamen morulam longi temporis austeritate castigavisti. Quid ego faciam, toties ad meliorem vitam monitis, exemplis, beneficijs, ac terroribus vocanti Deo non respondens? O si illo Melliflui Patris phylaro me (quod tibi accidit) mutares in alium!*

*Floruit  
anno  
1235.*

B. BEATRIX Nazarethana, sic dicta à cœnobio, cui ultimò præfuiſti: orta parentibus, non minùs pietate quàm auro ditibus. Anno ætatis sexto matre defuncta genitor relicto sæculo, monasterium Vallis Floridæ restauravit, ac in eodem te unà cum reliquis tribus filiabus collocavit: ipse in habitu Conversorum & humilibus cœnobii obsequiis consenuit. Te autem, ut ad solidam virtutem tanto feliciùs adoleres, nobilibus quibusdam virginibus tradidit imbuendam: quarum diligentia factum est, ut brevè ad votum parentis instructa redieris. Is ab Antistita impetravit, ut sacram Ordinis vestem tibi liceret gestare, quam vis primùm



primùm octenni. Quo tempore jam  
 supra ætatem maturæ, unica cura fuit, *Funda-*  
 in intimos cordis recessus penetrare, *metum*  
 júsque inclinationes vestigare; vocatis *solidū*  
 ad trutinam singulis actionibus: qui *ponit*  
 bus si quid imperfectionis deprehen- *future*  
 debas aspersum, illico talem nævum *sancti-*  
 ad singulare certamen provocasti, tam *tati.*  
 diu debellandum, donec oppositę con-  
 suetudinis vigilantia constaret extin-  
 ctum. Optabas interea, ut licet rapi-  
 dissimo volatu anni periodum sol per-  
 currat, singuli menses annum absolve-  
 rent: ne te defectus ætatis à tyrocinio  
 tam molesta temporis morâ suspende-  
 ret. Admissa denique, tyronem veste, *Ardet*  
 sed vita veteranum exhibebas. Proba- *deside-*  
 tionis curriculo ad finem properante, *rio sus-*  
 quoties in memoriam redibat lætissi- *cipien-*  
 ma illa hora, quæ te per emissã Vota *di Veli,*  
 Christo consecraret, toties lacrymis,  
 ex ardenti desiderio prorumpentibus,  
 non vestes tantum, sed & pavementum  
 irrigabas. Quanquam verò te Christi  
 sponsam solenne sacramentum inau- *et con-*  
 gurasset, non satis tamen hoc nomine *formā-*  
 te dignam judicaveras, nisi *di se*  
*Rubundo* Dilecto color uterque te si- *sponso.*  
 millimam efficeret, pingeretque can-  
 didum Cisterciense Velum sanguinis  
 purpura. Multum jam cruoris profu-  
 derant



*Durè  
se affli-  
git.*

*Coronā  
spineā  
capiti  
impo-  
nit.*

*B. Idæ  
famili-  
aritate  
proficit*

derant catenæ, flagra, & quidquid aliud tormentorum iuvenit ingeniosus patiendi amor. Una deerat corona, quæ te Regi cœlorum nuptam testaretur. Itaque, seu Sponso, ajebas, placeo ut lilium, me nempe dulcius quæret inter spinas: seu vulnera me rosam probant, hæc spinas pro cunis habet. Si spinas sylvæ negabunt, rapiam vel de ipso vertice Patientis Dilecti horrens dumetum, meoque imponam. Mox spoliata sepes optatum sertum composuere: quod non molli manu capiti impressum, statim in gemmas effloruit, tum ab oculis crystallinas, cum de spinis purpureas. Novos dein flores huic intexuit coronæ prodigium illud sanctitatis, Ida Nivellensis: quæ te ad monasterium Ramejæ missam, in arctissima dilectionis fœdera recepit. Ex qua tantæ propensionis causam sciscitanti, cum nihil amari dignum in te deprehendas, respondit: non se ad hos affectus moveri illis dotibus, quas modo possideas, sed futura Divinæ Bonitatis chrismata intueri, quibus proximè sis ad sublimes familiaritatis cum cœlo amicitias initianda: prædixitque diem, quæ tibi hanc felicitatem sit paritura. Ea postquam illuxit, tantæ rei expectatione exultans, totis animum viribus



viribus ad dignum supernæ gratiæ receptaculum aptavisti. Effudit se tandem divinus ille torrens, raptamque suavissimo impetu in medio beatarum mentium cœtu constituit. Hic præunte Psalte Regio musicæ cœlesti vocem quoque tuam miscebas inter hilares cum Angelis choreas: altiusque semper ascendens, in ipsam denique SS. Trinitatis abyssum absorberi videbaris. Detinuit te hæc vis immensi gaudii per aliquot horas: cui finem ingrattissimum fecit cujusdam monialium intempestiva sollicitudo; quæ rata, te alto somno immersam, vellere te non cessavit, donec ad sensus redieris. Nec tamen evanuit illico cœlestis ambrosiæ sapor; sed ultra mensem in te mirabiles cordis subsultus, & quibus liberam erumpendi potestatem permittere cogebaris, non sinè intuentium stupore excitabat. Ex hac sanctimoniarum schola ad proprium monasterium, simulque ad bella gravissima rediisti: quibus te subito angelus satranæ per arma corporeæ sensualitatis tanta importunitate exercuit, quæ cordatissimum quemque virum fregissent. Toto triennio duraverunt hæc pugnæ: inter quas tot victoriæ, quot horæ numerabantur: animum tuum non solum

*In calis  
mirabi-  
liter  
rapi-  
tur.*

*Insoli-  
tos la-  
titiæ  
stimu-  
los ex-  
peritur  
Horri-  
bili tē-  
tatione  
exagi-  
atur.*

nullo



*Sola  
resigna-  
tione in  
volun-  
tatem  
Dei vi-  
srix.*

*Christi  
eam cō-  
secrat  
in spō-  
sam:*

*& pa-  
sci sa-  
cris de-  
liciis:*

nullo vel levissimo nævo, sed nec tri-  
stiore aliquo metu libante. Quin adeò  
in una spe Divinæ dispositionis fixa  
hærebas, ut ne precibus quidem, aut  
lacrymis (quas cæteroquin promptas  
habuisti) liberari ab hoste rogaveris,  
in id unum studiosissimè intenta, ne  
aliud quidquam optares, quàm imple-  
ri in te voluntatem supremi Numinis.

Appetebat sub hæc tempus, quo juxta  
illius sæculi morem publicis in Eccle-  
sia cæremoniis per Episcopum eras u-  
nà cum aliis Sororibus consecranda,  
Symbolum hujus inaugurationis fuit  
annulus & corona: quæ cùm Antistes  
reliquis inter faustas precesiones tra-  
deret, tu subito supra sidera existens, à  
Christo, Pontificem induto, & annulo  
in sancti fœderis inviolabilem arrham,  
& aureâ coronâ in præmium gloriosæ  
victoriæ, donata es. Exinde continuus  
tibi patebat accessus ad Spontum: qui

modò sub persona Pastoris te velut o-  
viculam per cœli viridaria vagabun-  
dam ducebat. Mutatâ dein scenâ vide-  
ri à te voluit in splendore suæ majesta-  
tis, ostendentis tibi Omnipotentia suæ  
immensas divitias. His autem deliciis  
ita te commodabas, ut iis carere sem-  
per humillimè parata, solum ubique  
Beneplacitum DEI respiceres; restrin-

gens



gens omne desiderium, quod proprii  
commodi aviditate operationes divi-  
nas antevertere videretur. Meta nimi-  
rum fueras nulli sagittæ penetrabilis,  
nisi quæ ex pharetra divini amoris de-  
scenderet. Cum itaque tota Seraphi-  
cis aliquando ignibus arderes, adfuit  
arcu suo armatus cœlestis Cupido, &  
tam sensibile jaculum cordi tuo infi-  
xit; ut media inter corporis ac solius  
animæ vitam, non alium, nisi amoris  
Divini spiritum traheres. Hinc intun-  
datio illa amorosæ dulcedinis, dum  
ad sacrosanctum Epulum accedebas.  
Hinc lumen illud clarissimum, quo sa-  
cræ Scripturæ mysteria disertissimè ex-  
ponebas. Hinc denique illud altissimæ  
perfectionis complementum, emortu-  
a penitus, & extincta, propria volun-  
tas: cujus loco divina quædam inter-  
na motio omnes actiones tuas mode-  
rabatur. Licet enim Nazarethana vir-  
gines suo te monasterio præfecerint,  
illique muneri te totam videreris im-  
pendere, non habebas opus, ut moro-  
sa reflexione te fatigares, decerneresq;  
quid à te temporis aut rerum circum-  
stantiæ postularent: sed omnia tam  
quieta gubernandi facilitate dispone-  
bas, quasi non tu temporis, sed illud ti-  
bi ad placitum obsecundaret. Enim-  
verò

*Divini  
amoris  
sensibi-  
li jacu-  
lo cor  
illius  
trans-  
figitur.*

*Perfe-  
ctionis  
summū  
apicem  
conscē-  
dit.*



Prodi-  
gijs cla-  
ret, &  
spiritu  
prophe-  
tico.

verò ne quid tam placidum felicitatis  
cursum turbaret, prodigiosa manu ab  
afflictis morbos, & maximè internos  
abesse pro imperio iussisti. Non mino-  
ris miraculi fuit illa cognitio, quâ &  
absentia & futura perspectissima ha-  
bebas. Ne tandem te homines Deam  
crederent, mors persuasit, quam velut  
lætissima excepisti, sic è filiarum oculis  
multum lacrymarum expressit. *Quan-*

Dulcis  
in Deo  
quies.

*ta fuit illa felicitas tua, spiritus potius di-  
vino, quàm humano viventis! O si & ego  
tandem agnoscerem, & assequi conarer,  
ineffabile solatium cordis, quod calcato  
proprie voluntatis dominio, in solo Dei  
amore, ceu dulci soporemersum, quiescent!*


S. BERNARDUS, de dil. Deo c. 10.

Unio  
huma-  
næ vo-  
luntatis  
cum  
divina.

Fiat voluntas tua sicut in cœlo  
& in terra. O amor sanctus & ca-  
stus! dulcis & suavis affectio! Quo-  
modo stilla aquæ modica multo infu-  
sa vino deficere à se tota videtur, dum  
& saporem vini induit & colorem: sic  
omnem tunc in sanctis humanam af-  
fectionem quodam ineffabili modo ne-  
cessè erit à semeripsa liquefcere, atq;  
in Dei penitus transfundi volūtatem.

30. Julij.





30. Julij. Pridie Cal. Augusti.

**B.** GUIDO, ingentibus honorum et Obijt  
tulis celebrande. Atque inprimis anno  
te sacer Ordo salutavit Patrem univer- 1206.  
salem, hujus nominis II. in serie XVI.  
miratusque est animi tui firmitatem,  
sive in respuendis opibus, sive in aver- *Ingens*  
tendis ab Ordine damnis. Offerebat *donum*  
Henricus Imp. 30000. argenti mar- *respuis.*  
cas; quas, ut à rapinæ macula non im-  
munes, generoso contemptu ad Prin-  
cipem remisisti. Porro cum à toto S.  
Ordine intolerabilem auri summam  
exigeret Innocentius III. minatus, nî *Grave*  
mox penderetur, se, extincto Cisterci- *damnu*  
ensi nomine, monasteria sub hastam *ope B.V.*  
condemnatum: tu destitutus omni *impedit*  
ope humana, ad thronum MARIÆ,  
semper Cistercio propitium confugisti  
armatus precibus, quas per totum Or-  
dinem peculiare indixeras. Inter has *Psalm.*  
erant septem Psalmi, vulgò pœniten- *pœnitē.*  
tiales appellati, quot diebus Quadra- *institu-*  
gesimalis Jejunii nudis pedibus, & ad *it.*  
luctum composita voce, per ambitum  
recitandi. Quæ consuetudo his etiam  
temporibus, licet cum aliqua modera-  
tione, conservatur. Exorata per hanc  
Ec devotionem



devotionem Piissima Mater, seriò monuit Pontificem: ut à consilio extinguendi amantissimi sibi Ordinis desisteret, nisi subita ipse morte velit extinguere. Protinus verò aliam illi mentem fuisse expertus es, cum te Romam vocatum Purpurâ ornavit, titulo Cardinalis Episcopi Prænestini: misitque in Germaniam Legatum. Accessere deinde ad honoris & benevolentiae cumulum Archiepiscopales Infulæ Rheimensis Ecclesiæ. At nullam quietem admisit tuus ille fervor obeundi pro Republica Christiana labores: quorum occasione Gandavi moratus, contractâ febris, inter piissimam Sacramentorum susceptionem vitam mortalem clausisti. *Non premunt me graves curæ, quas ad Matrem misericordiæ deferam, salutis. præter unum salutis æternæ negotium. Tu me hoc ita doce in precibus illi commendare, ut exauditum me fuisse ultimi agonis mei felicitas testetur.*

Obijt  
anno  
1217.

B. ARNALDE, Cistercii Abbas & Superior Generalis Ordinis XVIII. inter alia virtutum decora ob singularis prudentiæ laudem venerabilis: hoc enim elogio Honorius III. specialiter te in suis ad te literis honorat. Cujus efficaciam commissa ab eodem negotia ostenderunt, cum in conciliandis Angliæ &



glia & Franciæ Regnis successu felici-  
tum in componenda inter Ordinis Pri-  
mates de subordinatione regiminis u-  
niversalis controversia, per sapientiam  
tuam ad longum tempus stabilita. Sed *Clavũ*  
ab his curis te senium avocavit: quod *dimit-*  
*totum*, relicto regimine, in piorum o-  
perum, & maxime precum, devotione  
traduxisti. *Oratio magnum est humanæ*  
*infirmittatis solatium: ut autem mea ad cœ-*  
*los, ne sterilis sit, ascendat, doce me orare,*  
*prout præscribit*

S. BERNARDUS. ser. 3. de Epiph.

Oratio iusti cœlos penetrat. [*Ec. Oratio.*  
35.] *Oratio, inquam: non cuiuslibet,*  
*sed iusti. Nam qui avertit aurem su-*  
*am, ne audiat legem, oratio ejus erit*  
*execrabilis.*



31. Julij. Pridie Cal. Augusti.

B. ADAME, monasterii Langhei-*Floruit*  
mensis Præsul: qui celeberrimæ do-*anno*  
mūs structuram non tam fundamento 1132.  
saxorum, quàm virtutum, imposuisti.  
Quarum famā moti magnates novel-  
lam plantationem liberalibus donis  
auxerunt: tu vicissim in pauperes & pe-  
regrinos

Ec 2

regrinos



100 ANNI CISTERCIENS.

*Libera-  
lis in  
hospi-  
tes.*

*Omen  
finis est  
princi-  
pium*

*Obijt  
anno  
1577.*

*Christi  
præsen-  
tiâ con-  
tinuâ  
gaudet*

regrinos adeò benignus eras, ut passim  
cœnobium tuum diceretur publicum  
paupertatis hospitium. Nec deseruere  
hanc pietatem posterì, sed virtutum  
tuarum strenuissimi æmulatores, mo-  
derno regularis observantiæ flore de-  
monstrant, à quàm generosa radice o-  
riginem ducant. *Felices laborum pro-*  
*gressus plerunque deberi principijs, & tu*  
*in condendo cœnobio tuo comprobasti, & ex*  
*tritissimo adagio (Dimidium facti qui bene*  
*cæpit, habet) jam pueri discimus. Exordi-*  
*ar etiam ego actiones meas auspice Deo:*  
*toties nempe mihi gratulabor de fine, quo-*  
*ties hoc utar principio.*

B. MARIA de Satillon, monasterii  
Bellopratensis DEO dicata virgo: quæ  
purissimâ vitæ innocentiam, non secus  
ac vi magneticâ, Sponsum Virgineum  
tibi copulavisti: tam familiari quidem  
charitatis vinculo, ut sub amabilis pu-  
eruli forma tibi nunquam non præsens  
manifestè ostenderit, delicias suas esse,  
indulgere filiis hominum suam præ-  
sentiam. Quemadmodum verò una  
lex amoris est unio voluntatum, ita  
suam divinus ille Sponsus in tua pote-  
state esse voluit, ut ad impetrandos ab  
ipso quoscunque favores sufficeret, in-  
sinuare, quid optares. Nescio proinde,  
liceatne dicere, te mortuam esse, dum  
felix



felix anima, caduci corpusculi soluto  
 connubio, in æternos dilecti amplexus  
 transiit. *Quàm rarus favor est, visu DEI.*  
 corporeo Deum conspiciere: tam facilis, ju- præsen-  
 cundus, & utilis est mentis oculo intuitus tia.  
 Divinae ubique præsentia. Sit mihi diur-  
 nus nocturnisque hujus dulcissimi exerci-  
 tii monitor ille psalmi [15.] versus: Provi-  
 debam Dominum in conspectu meo semper,  
 quoniam à dextris est mihi &c.

S. BERNARDUS, ser. 69. in Cant.

Da mihi animam, nihil amantem,  
 præter Deum, & quod propter Deum Animæ  
 amandum est, cui vivere Christus non verè  
 tantum sit, sed & diu jam fuerit: cui spiritu-  
 alis fi-  
 gna.  
 studij & otij sit, providere Deum in cō-  
 spectu suo semper: cui sollicitè ambula-  
 re cum Domino Deo suo, non dico ma-  
 gna, sed una voluntas sit, & facultas  
 non desit: & ego non nego dignam  
 sponsi curâ, majestatis respectu,  
 dominantis favore, soli-  
 tudine gubernantis.







ANNI  
CISTERCIENSIS  
AUGUSTUS.

I. Augusti. Calenda.

Obijt  
anno  
1142.



Pro-  
phetiæ  
dono  
clarus.

EATE PETRE: qui  
per antiquum Mona-  
sterium Morerolæ in  
Hispania primus ex sa-  
cro Ordine Cistercien-  
si Abbas sanctissimè re-  
xisti, nominis tui claritatem extollen-  
tibus prodigiis, & Prophetiæ dono;  
quo inter alia Berengariæ, Hispania-  
rum Regina, diu sterili, nec sæcundi-  
tatem, nisi ex tuis ad DEUM precibus,  
speranti prolem varicinatus es, quæ in  
lucem edita, & in prodigii memoriam  
Sanctii desiderati nomine donata, su-  
is in Cistercienses favoribus abundè  
confessa est, illorum pietati se ortum  
& regnum referre acceptum. Obitum  
tuum illustravit gloriosa visio, qua pe-  
riclitanti Novicio mirabili splendore  
fulgens



fulgens, suppetias ferre conspectus es. *Vestes*  
 Apertissimum denique sanctitatis tuæ *prodi-*  
 argumentum fuere vestes; quæ cum *gys il-*  
 veneratione asservatæ, suo contactu *stran-*  
 dæmones morbósq; fugaverunt. De- *tur.*  
*prehendet & me aliquando hora, pericu-*  
*lis & angoribus plena: tunc, ô beate, ad Auxi-*  
*me descende, juxta trementem lumine tuo: lium in*  
*ut oculos claudente corpore, anima. ad cla-*  
*riatam diei æternæ admittatur.*  
*morte.*

Beati Monachi Alvastrensis cœno- *Anno*  
 bii, PETRE, OLAE, & TORDO: *1345.*  
 quos DEUS jucunda visione de im-  
 minente felicitate cœlesti securos fecit.  
 Beato enim Gerekino morti proximo *Electio*  
 tres nominum vestrorum initiales li- *illis re-*  
 teræ; aureo fulgore micantes, in aëre *vela-*  
 apparuerunt: quas ille agnoscens, sibi *tur.*  
 vobisque gratulatus est, quod charissi-  
 mos commilitones infra octiduum fe-  
 licissima patria sit iterum conjunctu-  
 ra. *Donate me gratiâ ita instituendi vitam*  
*ut. & ego vobis in celo conjungi merear.*

B. PETRONILLA, monasterii *Obijt*  
 de Parco Dominarum Conversa: quæ *anno*  
 à Bonitatis Divinæ muneribus matu- *1650.*  
 rè præventa, statim à cunis tam seriam  
 morum compositionem referebas, ut *Matus-*  
 & compares & adulti haberent in te, *ra ante*  
 quod imitarentur. Illecebras mundi *etatem*  
 adèò damnabas; ut lectuli vicem dura *virtus*



*Nimia  
afflicti-  
etatio-  
ne peri-  
clita-  
tur.* humus subiret, mollisque sindonis lo-  
co tenerum corpus ambiret catena, eā  
quidem acerbitate tormenti; ut sub fer-  
ri rubigine putrescens cutis, insinuato  
intrā vitalia vulnere, te ad ultimum  
vitæ periculum redegerit. Ope tamen  
cœlesti restituta sanitas te graviōribus

*Solici-  
tatur  
ad nu-  
ptias:* ter morum venustatem te formæ spe-  
cies ornaret; non paucorum juvenum  
vota te sponsam destinabant. Quibus  
accessit parentum voluntas, vim haud  
obscurè minitantium, nisi sponte in  
nuptias consentires. Et horum quidem  
*quas  
fugā  
decli-  
nat.* palam detrectare imperium, ingenuæ  
pietati tuæ piaculum grande videba-  
tur. Sed violenter abiupit deliberandi  
moras amor Sponsi divini: in quo re-  
positā omni fiduciā, clam paternas æ-  
des deserens, in Parco Sororibus Con-  
versis adscripta es. Post emissā deinde  
solennia Vota amorī hanc legem di-  
xisti; ut ab illo excluderetur nemo præ-

*Odio  
sui fla-  
grat:* ter te solam: odio fatali carni indicto;  
quam sinē remissione flagris, ciliciis,  
inediā cruciabas; pane etiam, quo so-  
lo propemodum utebaris, cineribus  
*& cha-  
ritate  
proxi-  
mi.* consperso. Vicissim charitatis explen-  
dæ pabula studiosissimè conquirens,  
nunquam lætior esse cernebaris, quā  
in laboribus, quos aliæ ob vilitatem,  
molestiam-




molestiamve, subterfugerant. Pio in-  
 super noctium furto, aliarum opera *In ju-*  
 peragebas, quò illis interdium quietiùs *vandis*  
 liceret obsequio divino vacare. Vitio *alijs in-*  
 alicui obnoxios, humilibus verbis de- *defessa.*  
 hortabaris: quæ si sperata non seque-  
 batur emendatio; tamdiu precibus cæ-  
 lum fatigasti, donec illud ad votum  
 tuum inflexeris. Non rarò etiam per  
 visum edocta es de obstinatorum in-  
 teritu, qui monita tua contemnebant.  
 Tanto charitatis ardori angusta nimis  
 erant monasterii septa: morbo & pau- *Erga*  
 pertate afflictis manum gestiebas por- *paupe-*  
 rigere. Cujus desiderii conscia Abba- *res est*  
 tissa, eam tibi curam demandavit: quæ *libera-*  
 ingruente summa annonæ penuria, *lissima:*  
 cum tibi jamjam præcipere cogitaret,  
 ut parumper manum retraheres, ma-  
 gna cum admiratione vidit; farris cu- *non si-*  
 mulos adeò non decrevisse; ut totum *nè pro-*  
 id, quod egeni asportaverant, horreis digio.  
 intulisse te, non illinc desumpsisse, ne-  
 mo non judicare potuerit. Quònam  
 intereà thesauros tuos reposueris, post  
 felicissimum obitum cellula tua ape- *Vera*  
 ruit; cujus tota supellex fuit corolla ex *pau-*  
 globulis precatoriis composita: reli- *pertas.*  
 qua nempe in cælum præmiseras. *Aut*  
*Divinis promissionibus derogare fidem,*  
*aut fateri necesse est, veram paupertatem*  
 E c 5 *parere*



Rerum terre-  
narum cōtēpt<sup>9</sup>. parere hujus ac futura vitæ summam fe-  
licitatem. Cur igitur non prompto animo  
te sequar, cum certus sim, me tunc cælo fo-  
re proximum, ubi terrenarum rerum ab-  
undantiam à me longissimè removero.

S. BERNARDUS, ser. 4. de Adv.

Christi imitemur, quoad possumus, Christum,  
imitā- qui sic dilexit paupertatem; ut, quam-  
da pau- vis in manu ejus essent fines terra,  
pertas. tamen non habuit, ubi caput reclina-  
ret... Quem & super Lazarum, &  
super civitatem flevisse, & in oratio-  
nibus pernoctasse legimus, risisse ve-  
rò, aut jocatum nunquam.



2. Augusti. 4. Nonas.

Floruit  
anno  
1150.  
\* de  
quo 27.  
April. B. STEPHANE, Prior Obacinae, &  
magni illius Stephani ibidem Ab-  
batis discipule, qui Obacinam, multā-  
que alia monasteria à se per labores  
miraculis plenissimos constructa, Ci-  
stercio subjecit. \* Et illæ quidem leges  
non eodem ab omnibus animo admit-  
tebantur; quòd, licet arctissimæ essent,  
assueto rigori vestro moderationem  
inducerent. Abrogabant enim crudam  
consuetudinem illam, quā ad tollen-  
dum de



dum de medio gulæ pruritum, omnes  
 recentes cibos a mensa excludebatis; *Mira*  
 non antè fami concedendos, quàm ca- *contra*  
 rie & vetustate corruptus sapor defici- *gulam*  
 set palatum demulcere. Quam viven- *pugna.*  
 di austeritatem etiam post susceptos  
 Cistercii ritus usque ad beatam mor-  
 tem constanter retinuisti. *Maximam vi-*  
*tiorum partem expugnavit, qui gulæ ha-*  
*benas induit. Tu exemplo me tuo incita, ut*  
*diligentiùs deinceps me in hoc bello exer-*  
*ceam.*

B. GUILIELME, Melliflui BER- *Obijt*  
 NARDI proles longè dignissima. Ad *anno*  
 illum te Anglia misit, alterum in te o- *1143.*  
 lim BERNARDUM receptura. Insu-  
 lam hanc maximè corporum candor  
 commendat: at Angelico Doctore pla-  
 cuit præ illo candor animi tui; quem  
 ideo consiliorum suorum, quæ secre-  
 tum postulabant, frequentem adhibuit  
 arbitrum. Indelebile mutui hujus a- *Scribit*  
 moris monumentum celebrabit sera, & *epistolā*  
 nunquam laudes BERNARDI taci *in im-*  
 tura posteritas, in prodigiosa illa epi- *bre sinè*  
 stola, quam illo dictante scripsisti in *imbre*  
 medio imbris sinè imbre circumquaq;  
 ex nubibus ruente, cùm tamen sub dio  
 sedentem ne gutta quidem tetigerit.  
 Cùm altero nimirum Moyse agebas,  
 qui liquidum elementum, revocato ex



Rubro mari miraculo, contra Orcinum Pharaonem (inundationis illius fabrum) pro temporario vallo iussit esse statarium. Aliis membranam pluvis rigari optabat Piiſſimus dictator,

\* de  
quo 29.  
Novēb. quas mox effudit nepos Robertus, \* è  
consulta temeritate desertam, hoc magnete reductus. Ex Patris amantissimi

Prim<sup>o</sup>  
Angli<sup>e</sup>  
infert  
Cisterc.  
Ordinē. mi sinu te patria rapuit, cunas, quas tibi dederat nascenti, Cistercio paraturum in noviter condito Rievallis monasterio: id est, seminario virorum, eruditione & sanctitate clarissimorum, qui per tria propè sæcula totam Insulam monasteriis, prodigiis, & glorioso tandem sanguine illustraverunt. Ab

Anglis ad Angelos denique transisti anno sanctissimi regiminis duodeci-

Post o-  
bitum  
glorios<sup>9</sup>  
appa-  
ret. mo. Non diu post obitum visitans Rievallē sanctus Wallenus, ad sepulchrum tuum, pro te precaturus, accesserat: cū inopinantem percellit suavissima musica, videtque te splendida veste (quam varii decoris gemmæ distinxerant) ornatum, per clauſtri ambitum procedere, præeunte innumera candidatorum caterva: cui de gloria tua læto, dixisti: hunc gemmarum & te comitantis turbæ numerum signum esse singularis in cœlo præmii, quod

ex studio



ex studio ac labore indefesso conver-  
tendi ad pœnitentiam peccatores fue-  
ris consecutus. *Utinam ego meam sal-* **Cura**  
*tem servare animam, & virtutum operi-* **salutis**  
*bus ornare studerem, & non majore cura* **animæ.**  
*foverem corpus, jam quidem perniciosissi-*  
*mum peccati instrumentum, mox futurum*  
*sagina bufonum, & fatens sterquilinium.*

S. BERNARDUS, ser. 6. de Adv.

*Quousq; igitur caro misera & insipi-* **Confo-**  
*ens, cæca, demens, & prorsus insana* **latiões**  
*caro, transitorias & caducas querit* **carnis,**  
*consolationes, imò desolationes, si forte* **sunt de-**  
*contingat repelli, & indignam judica-* **solati-**  
*ri hac gloria, magis autem nihilomi-* **ones.**  
*nò ineffabili in eternū cruciari pœna?*

(~~~~~)

3. Augusti. 3. Nonas.

**B**LAURENTI, Dunensis mona- **Floruit**  
sterii Converse, cultor eximie Au- **anno**  
gustissimæ cœlorum Regina: in cujus **1261.**  
amorem tanto devotionis æstu solebas  
inardescere, ut à sensuum usu diu alie- **Amat**  
nus, nihil præter illum casti amoris i- **tenerri-**  
gnem sentires. Qui cùm aliquando te **mè B.**  
sub ipsa refectione dulcissimo impetu **V.**  
occuparet, delegatus à magna Matre

E e 7

cœlestis



# 110 ANNI CISTERCIENS.

*que ei  
decade  
globu-  
lorum  
donat.*

cœlestis ephebus, dono decem globu-  
lorum recreavit, quos funiculo inser-  
tos, manu terere consuevimus, dum  
eidem sacratissimæ Virgini statas ad  
numerum preces persolvimus. Favor  
iste Marianæ clementiæ multis stimu-  
lo fuit, huic orandi modo maiore de-  
inceps pietatis studio incumbendi, ut  
pote quem scirent MARIÆ gratissi-  
mum esse. *Doce me tam devotè orare, ut  
dum globulos precatorios manus meæ ver-  
sant, mens illa divina mysteria revolvat,  
que in orationibus continentur.*

*Floruit  
circa  
annum  
1300.*

B. BARTHOLOMÆE, Prior Cla-  
ravallis: qui fraterna simul & paterna  
solicitudine, in spiritu humilitatis &  
mansuetudinis, sacram illam congre-  
gationem rexisti. Et quanquam soli-  
tariæ pietatis desiderium à publico ad-  
rerum divinarum contemplationem te  
violentiâ suavissimâ attrahebat; præ-  
ponderans tamen charitas otiosa esse  
non potuit, donec æternam tibi à la-  
boribus requiem mors imperavit. In-

*Amor  
erga su-  
perio-  
res.*


*grati & levis animi signum est, sinistra  
censura dijudicare superiorum, Dei apud  
nos vices agentium, labores. Tu fac, ut e-  
go sim ex eorum numero, qui illorum soli-  
citudinem pro merito æstimantes, amoris,  
venerationis, & gratitudinis majoris in-  
citamentum exinde arripiunt.*

S. BER-



S. BERNARDUS, ser. 53. in Cant.

Is, qui alijs præest in sollicitudine, vix <sup>Superi-</sup>  
 unquam; vel raro, vacat sibi; dum <sup>or aliis</sup>  
 semper timet sui penuriam facere sub- <sup>magis,</sup>  
 ditis: & non placere Deo, quòd com- <sup>quàm</sup>  
 muni utilitati propriam præfert qui- <sup>fibi vi-</sup>  
 etem, & contemplationis dulcedinem. <sup>vit.</sup>



4. Augusti. Pridie Nonas.

B. THOMA Lombardæ: qui in Supe- <sup>Obijt</sup>  
 ratensi Hispaniæ monasterio Ci- <sup>anno</sup>  
 sterциensem cucullam, simulque invi- <sup>1606.</sup>  
 ctum animi robur hæresi aliquando  
 opponendum, induisti. Postquam e-  
 nim satis altas apud te radices virtus <sup>Hæresi</sup>  
 egerat, in natalem Hiberniam rever- <sup>bellum</sup>  
 sus, arrepto Verbi Divini gladio, ex- <sup>indicit.</sup>  
 stirpandis sævientiū errorum zizaniis  
 omnes vires exeruiisti. Hauriebat ex  
 imperterrita constantia tua etiam ani-  
 mos populus waterfordiensis: quod <sup>Festum</sup>  
 tunc maximè obstupere malefani de- <sup>Corpor.</sup>  
 fertores, dum in solenniissimo Festo, <sup>Christi</sup>  
 quo per communem pietatis orthodo- <sup>solenne</sup>  
 xæ triumphum sanctissimum Domini <sup>agit.</sup>  
 Corpus adoramus, consuetā cæremo-  
 niā per omnia amplissimæ urbis com-  
 pita



## 112 - ANNI CISTERCIENS.

pita gloriosissimum Pignus circumfe-  
rebas, nemine contrà hiscere auso. E-  
*Pluri-* lisabethà deinde ( Anglicanâ illâ Me-  
*mos ad* deâ) è vivis raptâ, cives adeò in amo-  
*veram* rem Catholicæ veritatis accendisti; ut  
*fide re-* Regi potiùs obedientiam abjurare, vi-  
*ducit.* tæ & fortunarum pati iacturam, una-  
nimi consensu decreverint, quàm ab  
orthodoxæ Ecclesiæ unione discedere.  
Diutiùs in sævam pestem pugnavisses,  
*Peste* nisi charitatis fervor, per quem, con-  
*mori-* tempto mortis periculo, lue pestifera  
*tur.* laborantibus te impendebas, diem su-  
premium accelerâset: quam longè an-  
tè præcognitam non minore cordis tui  
lætitiâ, quàm piæ plebis mœrore obi-  
*Caput* isti. Apertum post plures inde annos  
*mortui* sepulchrum, caput adhuc omnino in-  
*incor-* tegrum, & spiranti simile ostendit: id-  
*ruptū.* que in sacrario repositum multo fide-  
lium accursu cultum fuit. *Mihi Medea*  
*totis viribus insectanda, erit propria vo-*  
*luntas, radix, ut hæresis, omnium malo-*  
*rum: utilius sanè bellum non geram.*

*Passus* B. MICHAEL, Martyr insignis sa-  
*circa* cræ militiæ Cisterciensis de Montessia:  
*annum* qui æstuans desiderio infideles ad do-  
*1350.* gmata Christianæ legis adducendi, an-  
tequam in publicum campum prodi-  
res, corpus diuturna afflictatione ad  
tormentorum patientiam obfirmâsti.

Ingenti




Ingenti deinde animo, sola Christi in  
 Cruce pendentis effigie armatus, cum  
 barbaris deorum simulachris congres-  
 sus es. At insanire te insani Gentiles *Nec*  
 arbitrati, ut in suos ritus transires, vo-*minis,*  
 luptatum illecebras, nisi consentias, *nec le-*  
 tormenta proposuere. Quæ tamen o-*nocinijs*  
 mnia cum generosè contemneres, in à fide  
 furorem versi te vivum concremarunt. *move-*  
 Idolis suis hanc se victimam litare pu-*tur.*  
 tabant; sed malè: nam neque suâ heca-  
 tombe gratius cœlo holocaustum de-  
 dissent. *Etiam aliquod martyrij genus*  
*est, Crucem cum Servatore nostro portare.* *Cruce*  
*Tu aufer à me noxiam trepidationem, quâ* *marty-*  
*levissimum hoc onus humeri mei formi-* *rium.*  
*dant, & immissum fortè à Deo, nimis im-*  
*patienter excutiunt.*

S. BERNARDUS, ser. i. in Pasch.

Neminem audiamus, fratres, non *Perse-*  
 carnem & sanguinem, non spiritum *veran-*  
 quemlibet, descensum à Cruce sua-*dum in*  
 dentem. Persistamus in cruce, mori-*cruce,*  
 amur in cruce: deponamur aliorum *exēplo*  
 manibus, non nostra levitate. Caput  
 nostrum deposuere viri justī, nos ergo  
 dignatione sua Angeli sancti depo-  
 nant.

5. Augusti





5. Augusti. Nonis

*Circa* **G**Loriosissima Instituti Cisterciensis  
*annum* Patrona MARIA: quæ hodierna  
 1101. die (ut constanti traditione à sanctis  
 majoribus nostris accepimus) à mo-  
 nachis, cum Abbate Alberico in Ar-  
 chicenobio Cisterciensi laudes tuas ca-  
 nentibus visa es in chorum descende-  
 re, eorūque cucullas, nigro tunc tin-  
 ctas colore, mutare in candidas. Hinc  
 albi Cisterciensium vestitus origo. Id  
 sive per visum solummodo, ut quidam  
 opinantur, sic intuentibus apparuerit,  
 sive per inauditum prodigium ita reve-  
 ra contigerit; summum est tuæ in hanc  
 sacram familiam benevolentiae argu-  
 mentum. Tu, ô Clementissima Domina,  
 MARI- interiorem animæ vestem effice in me can-  
 Æ pa- didam: non illam suis nequitijs mundus,  
 troci. didam: non illam suis nequitijs mundus,  
 nium non concupiscentia sordibus, non malignus  
 stygia pice inficiat. Tunc autem maximè  
 ad me miserum descende, cū ad Filium  
 tuum, Judicem meum vocabor: illi me re-  
 concilia, repræsentā, & commenda.

*Obijt* B. HILDEGUNDIS, Germaniæ  
*circa* monialis: quæ fructum tuæ in D. Jo-  
*annem* Baptistam devotionis sub vitæ  
 1219. finem lætissimè experta es; dum ille te  
 morti proximam dignatus est conso-  
 lari, &



lari, & ad cœlestem patriam deducere.  
*Maximum illum inter natos mulierum  
 meo nomine precare, ut & me sua in ago-  
 nis mei sudoribus visitatione dignetur.*


B. JOANNES Baptista à S. BER- *Floruit*  
 NARDO, Congregationis Fulienſis anno  
 lumen ſingulare, quod omni virtutum 1600.  
 ſplendore ad cœlū radiabat, ut humilitas  
 tua, in cruciatibus patientia, obedien-  
 tiæ alacritas, nemini non viſa fuerit i-  
 mago nobiliſſima genuinæ ſanctitatis.  
 Hæc denique lux etiam ultra monaſte- *Lux in*  
 rii limites ſeſe effudit ea nocte, quā ſe- *ei⁹ obi-*  
 licem animam ad cœlos emiſiſti: tam tu ap-  
 luculentus enim fulgor emicabat, ut *paret.*  
 accolæ, & tranſeuntes ad montis radi-  
 cem peregrini accurrerint, ſacram æ-  
 dem ab incendio erepturi. *Accende in*  
 corde meo illum ignem ſanctiſſimum, quo *Amor*  
 tota inflammatur domus cœleſtis: in amore *DEI.*  
 nimirum ſummi & per omnem æternita-  
 tem nunquam ſatis amandi Boni.

S. BERNARDUS, ſer. de S. Joā. B.

*Nōne Deo ſubjecta eris anima mea?* *DEUS*  
*Alioquin non ero lucerna ardens, niſi* *arden-*  
*toto corde, tota mente, & ex omnibus* *ter dili-*  
*viribus meis diligam Dominum De-* *gendus.*  
*um meum. Sola enim eſt charitas,*  
*quæ accendit ad ſalutem, ſola, quam*  
*infundit*



116 ANNI CISTERCIENS.  
*infundit, & inflamat spiritus.*



*6. Augusti. 8. Idus.*

*Obijt  
anno*

*1273.  
19. Ap-*

**B**. GUIDO, Superior Generalis Ordinis Cisterciensis, eo nomine III. post regiminis Prædecessores, XXIII. Vir eras zeli semper integri, & anteponeus ubique privatis communia: intentus studiosè, ut divina quàm decen-

*Cultui  
divino  
addi-  
ctus.*

*Ponti-  
ficibus  
charus*

*Laus  
DEI.*

quorum hic te inter Purpuratos retulit, titulo Presbyteri Card. S. Laurentii in Lucina. Porro Clemens IV. operà tuâ egregiè usus, Legatum te dixit ad Daniæ ac finitimæ regna, totamq; penè Europam. Post Concilium Vienneſe tandem sanctè morienti Gregorius X. indoluit, sed cœlum applausit. *Ne bestijs ingratioreſ pro beneficijs in nos Divinis inveniamur, unicum est, quod tanto Numini præſtamus obsequium, quo immensam illius bonitatem digna devotione laudamus. Fac, ne ſim in hoc opere negligens.*

B. G E-




B. GEZELINE, Anachoreta mirabilis: qui post diuturnam in disciplina cœnobitica exercitationem ad vetera Patrum Ægypti certamina anhelans, in vasta solitudine provinciæ Luxemburgensis, suscepti contra principes tenebrarum belli castra metatus es. <sup>Rigor vitæ supra vires humanas.</sup> Nullo utebaris tecto, præter cœlum; nulla omnino veste, nullo cibo, si crudas herbarum radices, & pro deliciis subinde quæsitæ quercuum glandes, excepero. Placebat S. Abbati BERNARDO vitæ tuæ rigor, nuditatem tamen non probabat: quamobrem tibi ex sua Claravalle amictum religiosum transmisit: quem quidem in reverentiam donantis induisti, sed rarissimè, nunquam persuadendus, ut à statuta semel austeritatis lege vel latum, ut dicitur, unguem recederes. Cùm denique tibi ex hac vita migrandum esse præscires, in proximi pagi Ecclesia SS. Viatico cibatus, in diu habitata eremo nemine præter cœlum spectante, animam Creatori tradidisti. Requiei tuæ <sup>Clarus miraculis.</sup> locus æde sacra ob miraculorum frequentiam fuit exornatus: quibus in dies crescentibus, Luxemburgum sacras exuvias intrâ mœnia recepit. *Desidiæ nostræ vitium est, quòd præ cælo terram amemus, quamvis certi, nos manentem civitatem*



Desiderium  
coeli. civitatem non habere. Erige tu oculos meos ad amplissima celorum habitationa, ut assuescat anima mea illuc pijs praevalere suspirijs, quo illam vocant & nobilissima origo, & aeternae felicitatis promissio.

S. BERNARDUS, ser. 4. de dedic.

Coelum  
est con-  
fuma.  
tio fe-  
licita-  
tis. O admirabilis domus, & dilectis tabernaculis, & atrijs concupiscibilibus praefenda! In tabernaculis enim gemitus est poenitentiae, in atrijs gustus letitiae, in te satietas gloriae. Haec infima est domus orationis, media expectationis, tu gratiarum actionis & laudis.



7. Augusti. 7. Idus.

Obijt  
anno  
1196.  
20. Ja. B. DANIEL, Abbas Camberonae, unde quaque magne, seu genus, seu institutio, seu denique regiminis felicitas spectetur. Progeniem duxisti à nobilissimo stemmate Gerardimontensi: religiosae vitae doctorem habuisti BERNARDUM, vi plusquam humana in animos dominantem: cujus iudicio dignissimus inter omnes visus eras regendae Camberonae. Ibi te Reges in enodandis rerum difficillimarum controversis non infra oraculi authorita-



authoritatem suspiciebant. Sobrietatem monasticam in summis negotiis ita colebas, ut famem nunquam, ne pane quidem sæpius solo mensam instruente, expleveris. Satiabat interea mentem lectio sacra: quam ne noctis tenebræ impedirent, digiti de se lucem spargentes pro lampade serviebant. Sensit denique tui per annos triginta duos continuati regiminis felicitatem Camberona, tum in celeberrimo flore regularis observantiæ, cum in bonorum temporalium affluentia, quæ in sinum etiam recusantis liberalitas magnatum congefuit. Laboribus tuis cum terra non haberet, quod dignè rependeret, emerito seni præmia cælum dedit. *Gratiâ, quâ olim apud reges terræ pollebas, nunc amplissimâ frueris apud regum Regem. Ab eo mihi unam illi fideliter serviendi gratiam impetra.*

*Sobrietati additus,*

*& lectioni sacræ.*

*Auget monasteriū.*

B. ANSULPHE, Clarævallis monache: qui adhuc tyro, divinæ Bonitatis singularem favorem dulciter experiri, & in cœpta salutis via confirmari meruisti. Sollicitus enim de tua & sociorum perseverantia, DEUM, ne sua vos ope destitueret, multis precibus & lacrymis obsecrabas. Eosdem aliquando gemitus cum anxie reciperes, vidisti coram te in suæ Crucis throno sublimem

*Floruit anno 1160.*



*Christo illi benedicat.* sublimem generis humani Servatorem, tibi quidem, ac sociorum alteri bene precantem: sed cum eandem gratiam pro tertio quoque peteres, tristitiam simul & iram spirantes oculos in eum contorquentem. Et is veluti suo ad sæculum reditu visionis tibi mysterium exposuit; ita tu per sanctam in piis operibus perseverantiam æternæ felicitatis bravium obtinuisti. Tam benigna tibi manu benedicientem Jesum ora,

Gratia  
DEI.  
neces-  
saria.

ut & mihi ad sanctissimos ejus pedes pro-  
voluto benedicat: id est, ut gratiam talem  
largiatur, qualem ipse novit ad salutem  
consequendam mihi adeo esse necessariam,  
ut absque illa sit actum de cælo.

S. BERNARDUS, ser. 5. de Ascen.


A Chri-  
sto lu-  
men  
gratiæ.

Nobis autem unde in his tenebris  
Veritas, unde charitas in hoc sæculo  
nequam, in hoc mundo, qui totus po-  
situs est in maligno? Putasne erit, qui  
intellectum illuminet; qui inflammet  
affectum? Erit utiq; si convertamur  
ad Christum, ut velamen de cordibus  
nostris auferat.



8. Augusti.





8. Augusti. 6. Idus.

**B.** ROGERI: qui à sancto Patriar-<sup>Obijt</sup>  
cha BERNARDO in Hispaniam <sup>anno</sup>  
cum beato Vitali Abbate missus, in e-<sup>1160.</sup>  
rectione monasterii Meyrensis tam fe-  
lix potensque opere & sermone fuisti;  
ut rudis antehac, & sacrorum ignarus <sup>Exem.</sup>  
Galleciæ populus, proximè ad primi-<sup>plø, &</sup>  
tivam veteris Ecclesiæ sanctitatem ac-<sup>doctri-</sup>  
cesserit: tam plebe, quàm magistratu <sup>nâ ru-</sup>  
sua bona ad pedes vestros, tanquam <sup>des in-</sup>  
Apostolorum, pia simplicitate certa-<sup>struit.</sup>  
tim abiciente. Quin imò non multum  
temporis elapsum est, cùm præter ali-  
os complures, qui Cisterciense Institu-  
tum amplexi sunt, supra viginti nume-  
ravit Meyra ex Principum Comitum-  
que prosapia natos. *Dociles nimirum fi-*  
*unt discipuli, cùm doctrina, quæ traditur,*  
*exemplo, quasi vivo quodam interprete,*  
*illustratur.*

**S. FAMIANE** (quod nomen tibi <sup>Obijt</sup>  
miraculorum fama imposuit, aliàs e-<sup>anno</sup>  
nim Quardus vocabaris) qui anno æ-<sup>1150.</sup>  
tatis octavo supra decimum relictis  
parentibus, & ampla hereditate, vitæ  
cursum à peregrinatione ad Aposto-  
lorum limina exorsus es, in eadem pi-  
etate denique finiendum. Sex annis

Ff

in hoc



## 122 ANNI CISTERCIENS.

in hoc labore consumptis, totidem alios institutioni vitæ sanctioris apud  
*Pre-* Anachoretam quendam in Galleſia  
*dicam* dedisti. Quo vivis erepto, aliquamdiu  
*vitam* Compoſtellæ ad Divi Jacobi ſepul-  
*ample-* chrum egisti excubias. Inde ad devia,  
*Etitur.* ſylvasque reverſus, quinque & viginti  
 annos herbis tantum & aquâ vitam ſu-  
 ſtentâſti. Cùm verò cognoviſſes, no-  
 viter adductum in Hispanias. *inde* *Ciſterc.* *Ordinē.* Cisterciensem paſſim laudari, æſtima-  
 ri etiam ab omnibus inter perfectiſſi-  
 ma Inſtituta; ejus amore in monaſte-  
 rio Urfariæ habitum ſenex tyro ſuſce-  
 piſti. Ut tamen aliquam prioris vitæ  
 ſpeciem retineres, te Abbas vicinum  
 cœnobio ſacellum juſſit incolere, pe-  
 regrinis illud frequentantibus ſacra fa-  
 cturum. Sed ea ipſa frequentia, quam  
 ſemper fugeras, mentem tibi injecit,  
 denuo Romam repetendi. At juben-  
 tibus per viſum Petro & Paulo Apo-  
 ſtolis mox Galleſium rediens, urgente  
*Fontem* per viam ſiti, è ſolida rupe icſtu baculi  
*è rupe* fontem excitâſti, qui in hodiernum ul-  
*produ-* que diem febri laborantibus ſanitatem  
*cit.* propinat. Reducem Galleſiani cives  
 ſumma cum lætitia exceperunt: ſed non  
 diu duratura: quippe cœlitus de inſtan-  
 te ex hac vita diſceſſu te audientes ad-  
 monitum, in ſuę triftitiæ lenimentum,  
 ut tanti



ut tanti hospitis cineres jure civitatis donarent, princeps templum in sepul-  
turam offerebant. Quo tu cognito, a- *Locum*  
lium extra muros locum cum omnium *sepul-*  
admiratione designasti: qui licet ante- *chro de-*  
hac fuerit obscurus; postquam autem *signat.*  
innumera ibidem patrata miracula  
Adrianum IV. Pont. persuasere, ut te SS. Ca-  
sanctorum catalogo, quarto post obi- *noni*  
tum anno, insereret, constructâ ingen- *adscri-*  
tis operis Basilicâ, manifestum fuit, te *bitur.*  
gloriæ tuæ præscium, hanc umbram  
elegisse, ex qua DEI & amicorum illi-  
us honor clariùs resplenderet. Non sinè  
gravi tristitia experior, petram pumice sic-  
ciorem esse cor meum: tu illud virgâ tima-  
ris Dei percute, ut in lacrymas lique scat,  
quibus diuturna peccatorum febris sane-  
tur.


S. BERNARDUS, de cõt. mūd. c. 14.

Absterget Deus omnem lacry- *Lacry-*  
mam. [Apoc. 21.] Felices lacrymæ, *marum*  
quas benigna manus Conditoris ab- *felici-*  
sterget: & beati oculi, qui in tali-  
bus liquefieri fletibus elegerunt, quàm  
elevari in superbia, quàm omne sub-  
lime videre, quàm avaritiæ, & petu-  
lantie famulari.

Ffz

9. Aug.





9. Augusti. 5. Idus.

*Obijt* S. W A L L E N E: qui parente Comite,  
*anno* S. & matre regina genitus, à vitrico  
*1160.* Davide Rege Scotorum liberaliter in  
*3. Aug.* aula educatus, in apparatu splendidis-  
 simæ vanitatis didicisti mundum con-  
 temnere: & in medio voluptatum æ-  
 stu venerem frigere docuisti. Cùm e-  
 nim ex illo genere quædam innoxium  
 in te naturæ donum, venustum fron-  
 tis pudicæ jubar, sibi destinasset in præ-  
 dam, & cum significatione flammæ  
 affectûs ingentis pretii annulum ti-  
 bi donavisset, ad rogum, commodè  
 tunc ibi succensum, damnasti invisam  
 mercem: rectè arbitratus, minorem es-  
 se jacturam, si hoc igne aurum, quàm  
 altero innocentia periret. Ut his peri-  
 culis caput subduceres, ad Divi Augu-  
 stini castra in monasterio S. Oswaldi  
 confugisti. Hic Sacerdotii simul ac mi-  
 raculorum potestate donatum, Kirka-  
 mienses Canonici in Priorem adopta-  
 verunt, insigni mox prodigio recreati.  
*Insi-* Nam cùm sacratissima illa nocte, quâ  
*di-* natum humano generi Servatorem fi-  
*as sibi* delium pietas adorat, Sacrum faceres,  
*stru-* post prolata Consecrationis verba, vi-  
*ctas ge-* sus es pulcherrimum Pusionem, aurea  
*nerosè* redimitum  
*vincit.*

*Cele-* Nam cùm sacratissima illa nocte, quâ  
*branti* natum humano generi Servatorem fi-  
*appa-* delium pietas adorat, Sacrum faceres,  
*rei in* post prolata Consecrationis verba, vi-  
*forma* sus es pulcherrimum Pusionem, aurea  
 redimitum



redimitum corona gestare manibus, & *Pueru-*  
 suavissimè amplecti. Aliàs cum sum-*li (hri-*  
 pturo sacrosanctum in sacrificio San-*stus.*  
 guinem Canonico grandis aranea in  
 Calicem esset illapsa, dubium consilii *Ara-*  
 jussisti, sinè metu veneni exhaurire sa-*neam*  
 crum vasculum: duplici prodigio feli *gluie-*  
 cem; dum & absque horrore fædum *ti vitæ,*  
 animal transmisit in stomachum, & *& sa-*  
 eodem die sinè incommodo per digi-*nitatē*  
 tum egrediens aspexit. Hujusmodi fa-*conser-*  
 cta admiranda cū omnium ore cele-*vat.*  
 brarentur, tibi que summas in regno  
 cathedras vox populi, & Principum fa-*Honorē*  
 vor eapropter destinaret: dimissā eti-*fugit.*  
 am hac præfecturā, in Warda, cœno-  
 bio Cisterciensium te abdidisti. Quod  
 indignè ferens frater germanus, vir po-  
 tens ac fervidus, tamdiu gravis Abbati  
 fuit, donec te ad Rievallem dimiserit,  
 sub S. Ailredi autoritate protegen-  
 dum. Sed quod aperta vi non potuit, *Demo-*  
 occultis machinis efficere conatus est *nis in*  
 inimicus: qui tibi adhuc tyroni persua-*fidias-*  
 sit; rigori sacri Ordinis vires tuas non *vincit.*  
 sufficere; adeoque meliùs facturum,  
 si derelictis orphanis te patrem restitu-  
 eres. Jamque discessurus pedem extra  
 cellæ limen extuleras; cum subita vi  
 raptus in angulo, in quo solebas ad o-  
 rationem procumbere, te positum in-



venisti. Quo prodigio confirmatus, mirabiles fecisti in sanctitate progressus, quorum intuitu sanctus Abbas te non multis post probationem annis *Mitis* monasterio Meylrosensi præposuit. *alijs, in* bi mitem tuum in omnes, præsertim *se rigi-* delinquentes, animum nemo fuit, qui *du.* non amaret: viceversa severitas, quâ & otiosum in te verbum castigabas, rapiebat omnes in admirationem. Inter hæc frequenter celum aspiciebas apertum, ibique jam vagientem in cunis, aut adoratum à Magis; jam post sævissimos cruciatus triumphantem JESUM contemplantaris. Quin & ipsius sacrosanctæ Triadis mysterium oculis tuis oblatum, licet cautissimè celares, aliquando tamen in suggestu divini spectaculi memoriâ absorptus, dum de alio rem gestam referre te credebas, de tua persona totum sermonem texuisti. Fueris in his planè admirandus: at ampliore stupefescendi materiam dedit benignitas tua in egenos. Quatuor eorum millia, fame urgente, circumcincta Meylrosam castrorum more obsidebant: quos modico farris acervo, vix unius vehiculi onere, per tres menses aluisti; eandem semper magnitudinis formam retinente cumulo, donec redeunte messe, & piâ obsidione solutâ, frumentum

*4000.*  
*paupe-*  
*res diu*  
*modico*  
*farre*  
*alit.*



frumentum, quasi jam abundè prodigioso munere perfunctum, cœpit paulatim decrescere. Alio tempore cum plorantibus ad monasterii fores nihil *Panis* esset in promptu, quod distribueres, *paupe-* præter panem, qui pransuris fratribus *ribus* jam erat appositus: illos tu persuasisti, *eroga-* ut dimidiam quisque partem miseris *tus*, è cederet. In cœlesti nimirum penario *calo* hunc reponebant. Nam recumbentes *reddi-* ad cœnam, miri candoris saporisq; *pa-* nibus mensam reppererunt instructam. Quod quidem incredibili egenorum, ac filiorum tuorum solatio sæpiùs fertur accidisse. Ceterùm in te plus aliquid homine etiam bruta agnoscebant. *E-* quus tuo usui destinatus neminem nisi *Equi* te sessorem admittebat, ferox, indomitus, vix patiens freni: sub te verò *mira in* le- *eum ob-* ni & placido gressu procedere solitus. *sequen-* Imò cum te infirmum propriis in sella viribus eniti non posse cerneret: toto corpore in terram demisso te excipiebat. Is denique, licet sub ultimos vitæ tuæ dies esset validissimus, recusato tamen pabulo statim emarcuit, domino supervivere renuens. Alius *Demo-* adhibendus erat modus domandæ in- *nem* fernali belluæ, tibi in templo oranti *fugat.* histrionica formarum varietate molestæ. Quam cum solo Crucis signo sæpe abegisses



abegiffes: collecto tandem omni viri-  
um suarum apparatu, militem squam-  
matâ loricâ terribilem mentitus, nare  
& oculis flammâs evomens, candens  
igne jaculum in te vibrabat. Opponen-  
da erat mendacio veritas. Quare tu ad  
Aram confugiens, sanctissimum Chri-  
sti Corpus pro scuto apprehendisti: à

*Morbi* cuius conspectu adeò evanuit; ut redi-  
*dolores* re deinceps nunquam præsumpserit.

*à Deo* Hujus denique belli & laborum finem  
*petit.* denunciavit acutis doloribus te exagi-  
tans febris: quam ideo à DEO petiisti,

*Laguës* ut terreni pulveris nævos hic ignis de-  
*sanat* coqueret. Sed ne vel ille languor à be-  
*alios.* neficiis in filios vacaret, quatuor ex iis  
jam penè conclamatos datâ Benedicti-  
one jussisti è lectulo surgere sospites.

*Literas* Alter felicissimæ migrationis nuncius  
*è cælo* fuit epistola, à Christo & ejus Virgine  
*accipit.* Matre transmissa, quæ de mortis ho-  
ra & salute æterna te certiore reddi-

*Mira-* dit. Corpus solenni parentatione tu-  
*cula* mulatum, non funus fuit, sed asyllum  
*post o* infirmorum, ab omni morborum ge-  
*bitum.* nere liberatorum: qui tam importunè  
accurrebant; ut ad conservandam qui-  
etem monasticam, illis occludi januas  
oportuerit. Dum autem peregrinis ne-  
gabatur accessus, tua se sollicitudo in  
domesticos effundebat: quibus per vi-  
siones



fiones gloriosas in variis necessitatibus  
adfuisti. Jucundum iis spectaculum *Corpus*  
præbuit post quadraginta & octo an- *manet*  
nos integrum, & dormienti, quàm *48. an-*  
mortuo similis, sacrum corpus. Sola *nis in-*  
cerata syndon tumbæ injecta in cine- *corru-*  
res defluerat, ne ipsa hunc thesaurum *ptum.*  
diceretur à corruptione conservâsse.

*Epistolam mortis nunciam universo hu-* Mortis  
*mano generi scripsit jam olim Deus: cui memo-*  
*funera quotidiana subscribunt. Felix ero,* *ria.*  
*si illam ita legero ac relegero, ut ad hanc*  
*subscribendi necessitatem nulla me hora*  
*imparatum inveniat.*

B. U R R A C A: quæ cum illibato *Floruit*  
virginitatis flore fecunditatem prolis anno  
desiderans, totum assem hereditatis *1200.*  
paternæ ad construendum monasteri-  
um B. M A R I Æ de Renunzo profudi-  
sti: atque ut verè matrem te scires, ad-  
ductæ ex Huelgenfi Parthenone Ci-  
stercienses filia te Abbatissam sibi im-  
posuere, quibus cùm plurimas sub san-  
cta gubernatione addidisses, laborum  
acceptura mercedem felix anima, ter-  
renum corporis habitaculum reliquit.


*Tu ex opibus tuis domum Divinæ majesta-* *Corpus*  
*ti condidisti: doce me omnes facultates me-* *templū*  
*as ita impendere, ut corpus meum efficiam* *DEI.*  
*tale habitaculum, in quo mansionem face-*  
*re Deus non dedignetur.*



Corpus  
coope-  
ratur  
in bo-  
num

O quàm verum locutus est, qui dixit:  
Diligentibus DEUM, omnia co-  
operantur in bonum! [Rom. 8.]

*Valet diligenti animæ corpus suum in-  
firmum, val. t. & mortuum, valet &  
resuscitatum. Primò quidem ad fru-  
ctum pœnitentiæ, secundo ad requiem,  
postremò ad consummationem.*



10. Augusti. 4. Idus.

Floruit  
anno  
1215.

Here-  
ticos  
impu-  
gnat.

B. GUIDO: qui ex Abbate Vallium  
Sernay in Episcopum Carcassonæ  
assumptus, & ab Innocentio III. ade-  
radicandos Albigenſium errores in A-  
quitaniā miſſus, multos labores pro  
Eccleſia exantlaſti. Et quamvis in il-  
lam Expeditionem plures alii fuerint  
deſtinati: nullus tamen repertus eſt,  
qui tam generoſè contempſerit pericu-  
la, aut tanto charitatis ardore devios  
reduxerit ad ſalutem. Ita ut à piis co-  
natibus non niſi ad mortis imperium  
deſtiteris. *Pugnanti mihi contra hoſtes  
animæ tu præbe vires: cælum enim, pro  
quo laborandum eſt, ideo corona vocatur,  
quòd non niſi legiimè certantibus detur.*

B. L. A. U.



B. LAURENTI, Converse Clare-*Floruit*  
 vallis: quem mellifluus BERNARDUS *anno*  
 non in vita solum, sed etiam in cœlo *1155.*  
 beatus summopere dilexit: ac seu in-  
 venit seu fecit idoneum, ad peragenda  
 suo nomine diversa negotia apud ter-  
 rarum principes. Prout statim post e-  
 jus sanctissimum obitum à Philippo  
 Priore (juxta BERNARDI adhuc su-  
 perstitis mandatum) in Siciliam ad re-  
 gem Rogerium missus es. Audita verò  
 regis morte, cum inops consilii Romę  
 hæreres, sancti Patris opem non fru-  
 stra implorasti. Nam in splendore am-  
 plissimæ lucis tibi apparens, iter profe-  
 qui jussit, felicem reditum ad Claram-  
 vallem pollicitus. Vaticinio eventus  
 respondit. Successor enim Rogerii te  
 multo auro ad perficiendam templi  
 Clarævallis fabricam, Romani in-  
 gentis speciei bobus, donavere: quæ Per  
 omnia per media prædonum, Italiam prædo-  
 latè infestantium, pericula, incolumis *nes il-*  
 in Claravalle deposuisti. Eâdem fortu-  
 nâ usus es in certamine contra infero-  
 rum prædonem, te horribilis monstri  
 formâ aggressum, fatentemque, se il-  
 lum esse, qui innocentem Jobum exa-  
 gitavit. Unicus ictus hoc bellum ab-  
 solvit; dum te Crucis signo frontem  
 muniente, turpis larva evanuit. Extre-

*S. Ber-  
 nardus  
 illi glo-  
 riosus  
 appa-  
 ret.*

*lesus  
 transit.*




mos vitæ annos in continuis ad dilectissimi parentis tumultum vigiliis impendisti: tam tenera sacri amoris dulcedine, ut locum, in quo solebas ad orationem procumbere, lacrymarum in pavimento relicta vestigia indicaverint. Formidabilis esse non desinit infermitati humane malignus serpens. Sed tu mihi arma ostendis, quibus si non segnier illum aggrediar, multas mihi victorias audeam polliceri.

S. BERNARDUS, hom. 4. sup. Miss.

Regnū  
Christi  
in ani-  
ma.

Quis ex vobis est, qui juxta interpretationem nominis Jacob, supplantet diabolum de corde suo: luctetur cum vitijs & concupiscentijs suis: ut non regnet peccatum in suo mortali corpore; sed regnet in eo Jesus: & nunc quidem per gratiam, in æternum per gloriam?



II. Augusti. 3. Idus.

Obijt  
anno  
1206.

DANIEL, monache Hemmenrodenensis: qui ad conservandam innocentiam, augendūque robur spiritūs, carnem, velut sævissimum utriusque hostem



hostem, severa simul & continua castigatione sub jugum misisti. Unde vitam Angelicæ puritati parem in te amans cœlum, multis te donis affecit. Quæ tamen alto silentio suppressisset humilitas, nisi linguam obedientia solvisset. Hac jubente, fassus es: frequens tibi esse cum Christo, Cruci suæ affixo colloquium: qui cùm aliquando tibi promisisset, se, quidquid peteres, datum; id unicum te rogavisse, ut lacrymas in potestate haberes, quoties aut illius amarissima Vulnera, aut mundi scelera in memoriam redirent: & hanc gratiam pectori tantam afferre lætiti-  
*Donum lacry-  
marum  
petenti  
à Chri-  
sto con-  
fertur.*

am, ut rerrena omnia tibi videantur felle amariora. Id sanè moriturus vel maximè ostendisti; dum animam in dulcibalneo natantem, psallens & jubilans ad æterna gaudia transmisisti. *Aperi tu mihi fontem miserationis divinæ, & ex illo imple cor meum: ut erumpat aliquando tandem lavacrum peccatorum meorum, à me tot aridis gemitibus desideratum.*

O sacrosanctum Diadema Regis æterni Christi J E S U! quod olim Judæorum insanus furor (aut magis peccata mea) ex horrentibus spinis contextum, Divino Vertici crudeli violentia impressit: ac duodecimo inde sæculo




Principum illo sanctissimo, Ludovico Francorum Rege, ex Palæstina translatum, hodierna die non minore pompa quàm pietate Parisiis susceptum est. In cujus Susceptionis perennem memoriam sacer Ordo Cisterciensis, primum in Regno Franciæ, postea per totum Ordinem, solenne festum in-

stituit *Sed quid agitis sævissimi spinarum Christi cuspides? cur laceratis innocentiam, & nobis parcitis reo? mihi debentur hæc vulnera, debita. scelus ego patravi, in me convertite tela: laniate hoc noxium caput, donec saltem pro sanguine lacrymas exprimatis.*

S. BERNARDUS, ser. 50. de divers.

Christi corona diver-  
sa. *Videant eum peccatores in corona miserie, id est spineæ, & compungantur. Videant eum filie Sion, animæ affectuosæ, in corona misericordiæ, & imitentur. Videbunt eum impij in corona justitiæ, & peribunt. Videbunt eum sancti in corona gloriæ, & æternaliter gaudebunt.*



12. Augusti. Pridie Idus.

Circ. a. 1211. **B**UDEWOLTA, monialis S. Walburgis prope Coloniam: quæ in limine vitæ mortalis digito, ut dicimus, monstra-



monstravisti, quo duce ad conservan-  
dam innocentiam usa fueris. Ultimum  
enim spiritum exhalatura, manum ex-  
tendens: Ecce! ajebas, charissimæ so-  
rores, adest sub specie pulcherrimi ju-  
venis Angelus meus, animam meam  
rectâ ad cœlum viâ deducturus. Si &  
ego nunc Angelo meo, pia monita inspiran-  
ti obsequens, & pro fideli patrocinio gra-  
tus fuero, eandem mihi procul dubio feli-  
citatem in morte non denegabit.

*Angelus ad-  
est mori-  
enti.*

Beati CLARAVALLENSESMO-  
nachi & Conversi: quorum exuvias o-  
lim sanctissimus Parens vester ex vete-  
ri monasterio ad novum cœmeterium  
inter pios cantus, & gratulatorias la-  
crymas, transportavit. \* Cùm verò  
numerus vester jam ultra nongentesi-  
mum excrevisset, Philippus XXI. Ab-  
bas, assistentibus Archiepiscopo Lug-  
dunensi, & Episcopo Othoniensi, rur-  
sum è terræ sinu elvatas, in singulari  
Sacello, Comitum Flandriæ dicto, col-  
locavit: \* ubi in hodiernum usq; diem  
vestra apud DEUM merita multis mi-  
raculis declarantur. *Jungite, ô felices a-*  
*nimæ, vestras pro me inter hujus vitæ pe-*  
*ricula adhuc fluctuante, preces: juvate,*  
*ut qui desidero gloriosè vobiscum resurge-*  
*re, nunc è desidiæ meæ somno resurgam.*  
*Non ero gloriæ particeps, ni fuero laboris.*

\* anno  
1148.

\* anno  
1269.


*Colla-  
borādū  
conre-  
gnare  
volēti.*

S. B. E. R.



Beati  
in coelo  
nostrū  
advētū  
deside-  
rant.

*Festinemus, obsecro, dilectissimi, festi-  
nemus: tota nos multitudo curiae co-  
lestis expectat. Exultare Angelos fe-  
cimus, quando conversi sumus: profi-  
ciamus, & festinemus complere de no-  
bis eorum letitiam.*



13. Augusti. Idibus.

Floruit  
anno

1425.

**B.** MARTINE de Logroño, Prior  
monasterii Montis Sion: quod mu-  
nus adeò tua refugiebat humilitas; ut  
illud in te recipere non ante acquie-  
Præfere-  
renuit. ris, quàm tibi Reformator Generalis  
promiserit, se de minoribus noxis, si  
quas ratione officii te incurrere con-  
tingat, pro te Judici DEO responsu-  
rum: de gravibus nempe te conscientia  
& puritas absolvebat, demebátque de  
futuris metum diuturna virtutum ex-  
exercitatio. Imponenda erat tali funda-  
mento nobilissima Reformationis, eo  
tempore inchoatæ structura; quæ Or-  
dinem Cisterciensem primævo splen-  
dori per omnem latè Hispaniam resti-  
tuit, & jam in tertium usque sæculum  
felicissimè conservat. *Doce me pro levio-  
ribus*

Refor-  
matio-  
nem in-  
ter pri-  
mos  
promo-  
vet.



ribus peccatis, in quæ per incuriam meam  
singulis penè momentis impingo, esse soli  
cium: quantum enim malum sit, illa vili-  
pendere, dies magna docebit, quâ Iudex  
supremus otiosa etiam verba vocabit ad  
penam.

Fuga  
peccati  
venia-  
lis.

B. BERNARDE, Clarævallis mo-  
nache: cui cum nequissimus everfor in-  
nocentiæ, infernalibus spurcitiarum  
faculis adeò esset importunus, ut in  
pertinacis mali remedium unus place-  
ret ad sæculum reditus, in quo plenis  
buccis infame virus ingurgitares. Hor-  
tatu tamen Prioris è cœlo petiisti au-  
xilium: quod eadem mox vespera præ-  
stò fuit. Dormienti enim visus est vir  
procerus adstare, & invisum ulcus, tot  
gemituum causam, ferro recidere, &  
cani, quem adduxerat, devorandum  
projicere. Ex quo momento ab illa pe-  
ste immunis, illæsum florem sepulchro  
intulisti. Novit turpissima inferni vom-  
ica, quantum displiceat purissimis Dei ocu-  
lis execrandæ illius sordes: omnes proinde  
astus adhibet, ut summum animæ castæ  
decorem sua fuligine deturpet. Fuit, qui  
asserere non dubitavit: idem esse, compla-  
cere sibi in desiderijs honestati contrarijs, ac  
ejectum à damone stercus ore excipere. Ec-  
quis non horreat? quis non fædo lurconi  
ad fimeæ porcini amorem sollicitanti hunc  
triviale

Floruit  
anno  
1222.

Gravi-  
ter ten-  
tatus,  
libera-  
tur per  
visum.

Remed-  
ium  
contra  
tenta-  
tiones.



138 ANNI CISTERCIENS.


*triviale* versum pro umbone obiciat, dicatque: Te cum turpissima pice tua  
Exeor, averfor, detestor, abominor, odi?

S. BERNARDUS, hom. 1. sup. Miss.

Humi-  
litas  
Mariæ  
imitan-  
da.

*Non omnium est virginitas: multo  
tamen pauciorum est cum virginita-  
te humilitas. Si igitur virginitatem*

*MARIÆ non potes nisi mirari,  
stude humilitatem imitari, & sufficit  
tibi. Quod si & virgo es, & humilis  
es, quisquis es, magnus es.*



14. Augusti. 19. Cal. Septemb.

Obijt  
anno  
1167.

B. AMALRICE: qui Institutum Ci-  
sterciense in monasterio Caroli lo-  
ci juvenis amplexus, per virtutum vi-  
am ad Abbatialem dignitatem, inde  
ad Episcopatum Sylvanectensem as-  
cendisti: utrobique muneris tui admi-  
nistrator vigilantissimus: unde meritò  
boni Pastoris mercedem apud superos  
recepisti. Nec indonata erit in cælo vir-  
tus, nec vitia impunita. Conabor ego, ut  
cùm ad grandia merita infirmitati meæ  
aspirare non liceat, pro viribus saltem  
demerita fugiam: nam & hic labor præ-  
mij non vacuus erit.

Opera  
defini-  
unt  
merce-  
dem

Beati



XIV. AUGUSTI. 139

Beati quadraginta Monachi Magi-  
ensis cœnobii in Hibernia: quos unâ *circa*  
cum Abbate furentes hæretici capite *annum*  
truncârunt. Aberat à monasterio & 1591.

cæde cellerarius, vir senex, & in glori-  
osissimam cœli Reginam admodum  
pius. Qui visa tam cruenta strage, vo-  
bis quidem martyrii lauream gratula-  
tus est; sed interim inter pias lacrymas  
doluit, in solenni ssimo pervigilio su-  
peresse neminem, qui scandentis super  
sidera Virginis triumphum solito can-  
tu celebraret. Hæc dum ille tristi ani-  
mo volveret, vos reassumptis capiti-  
bus, Vespertinas preces tam suavi mo-  
dulatione cantâstis; ut jam vobiscum  
in cœli gaudiis lætari pius spectator si-  
bi videretur. Mirabatur ille prætereâ  
rubentem circulum singulorum guttu-  
ra cingentem, quâ nempe tyrannorum  
enses transierant: sed & palmas coro-  
nâsque, commune omnium victorum  
suum sibi pæana canentium decus. At  
vos nobili musicâ ad finem perductâ,  
æterno Festum júbilo acturi, corpo-  
ris exuvias terræ, cœlo animas trans-  
scripsistis. *Utinam arido pectore meo illa-*  
*beretur unica scintilla devotionis, quâ vos*  
*sub prodigiosa psalmodia arsisistis! neque e-*  
*nim ad Deum ascendit, nisi accensum ora-*  
*tionis thymiama.*

Post  
marty-  
rium  
Vespe-  
ras ca-  
nunt.


Devo-  
tio in  
oratio-  
ne

S. B E R-



S. BERNARDUS, de dil. Deo. c. 12.

Tria genera laudantium Deum. Est, qui confitetur Domino, quoniam potens est: & est, qui confitetur Dño, quoniam sibi bonus est: & item, qui confitetur, quoniam simpliciter bonus est. Primus servus est, & timet sibi: secundus mercenarius est, & cupit sibi: tertius filius est, & desert Patri. Itaq; & qui timet, & qui cupit, utriq; pro se agunt: sola, quæ in filio est, charitas non querit, quæ sua sunt.



15. Augusti. 18. Cal. Septemb.

Festum Assumptionis Mariæ. Augustissima cœli terrarumque Imperatrix MARIA: quæ hodierna die sideribus invexisti triumphum, ad cuius pompam tota æternitas conquistavit ornatum. Eburneo Virginitatis curru sublimis fœcunditas, ad cœleste Capitolium ferebatur, solium occupatura, quod solo DEO esset inferius. nec tantum sub pedibus tuis fulgebat cum sole luna, sed orbis universus tuo partu redemptus, Liberatrici suæ applaudebatur. Jubilabat cœlum, desertorum spirituum ruinas ex tuis spoliis restauraturum. Solum fremebat contritum Virginco



Virgineo calcaneo Serpentis caput, totas animarum myriades è suis per te faucibus eruendas, velut perpetuam triumphii appendicem, videns, & frustra invidens. Ad universalem hunc <sup>quod</sup> orbis Christiani jubilum suam quoque <sup>singu-</sup> symbolam jure meritissimo confert S. <sup>lari de-</sup> Ordo Cisterciensis, innumeris benefici- <sup>voitione</sup> ciorum donis tibi devinctus. Utpote <sup>cele-</sup> quæ in Fundatore Roberto per annu- <sup>brat</sup> lum prægnanti ejus matri porrectum, Ordo inviolabili amoris fœdere, nondum Cister- natum Cistercium tibi copulavisti. A <sup>cien-</sup> te candidam vestem Albericus, cingulum Stephanus, chirothecam Amædeus, Gualterus Birbachius auream Cru- <sup>ob in-</sup> cem, Fastradus Gen. VII. Immaculati <sup>gentes</sup> uteri tui partum ad amplexus & oscu- <sup>favores</sup> la suscepit. Omnem excedunt nume- <sup>ab ea</sup> rum glorioſæ apparitiones, quibus jam <sup>acce-</sup> visa es adesse moribundis, jam meten- <sup>ptos.</sup> tium sudores detergere: alios ad susci- piendum Ordinem invitare promissis, alios ne illi nocerent, minis & suppliciis abstertere: aliàs habitu Cisterciensi ornata juvare orantes, aut suggerere precum formulas, quibus coli delicta- reris. Quin etiam plures in intima cœli adyta deducere dignata es, ibique ostendere, quo gratiæ loco apud te sint tui clientes. Hunc ipsum favorem ex-  
 periri



*Contigit  
hac ap-  
paritio  
circa  
annum  
1215.*

*Sub  
pallio  
Mariæ  
Cister-  
cienses  
in celo  
cernun-  
tur.*

periri meruit felix ille Conversus, to-  
ta mentis devotione tibi addictus. Is  
cùm aliquando spe obtinendæ cœle-  
stis patriæ inter orandum solito magis  
incaluisse; subito raptu se vidit in me-  
dio supernæ civitatis consistere. Ubi  
oculos per omnia Beatorum subsellia  
circumferenti, summus in tanta læti-  
tia dolor occurrit, quòd nullum de fa-  
milia Cisterciensi in illo felicitatis lo-  
co deprehenderet. Itaque ad sanctissi-  
mos pedes tuos provolutus, anxie de  
hac absentia questus est. Quem tu in-  
speratâ mox lætitiâ perfudisti, expli-  
cato per spatium immensum pallio,  
sub cuius alis exultantes utriusq; sexus  
catervas incredibili gaudio aspexit, ac  
sibi redditus, Abbati suo recensuit. Ut  
tam exquisitæ benevolentia gratum  
tibi animum S. Ordo exhibeat, quot-  
quot ab origine sua erexit Basilicas,  
sub invocatione gloriosissimi nominis  
tui voluit esse sacratas, suspensa ubiq;  
in Ara primaria, hodierni triumphi ef-  
figie. Sed ut hæc antiquissimæ pieta-  
tis monumenta sileant, Matrem te Ci-  
sterciensium esse, tuo te Lacte convin-  
cet vel solus BERNARDUS, hæte-  
nus præter Æterni Patris tuumque U-  
nigenitum, Uberis Virginei collacta-  
neum nullum agnoscens. Cujus mel-  
lissimis



litissimis verbis (utinam non nimis impari devotionis affectu!) te nunc alloqui, & humili confidentiâ rogare præsumo: *Ut per te accessum habeamus ad filium, ô benedicta in ventrix gratiæ, genitrix vitæ, mater saluæ: ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis... Fac, ô benedicta, per gratiam, quam invenisti; per prærogativam, quam meruisti; per misericordiam, quam peperisti: ut qui te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis & miseriæ nostræ, te quoque intercedente participes nos faciat gloriæ & beatitudinis suæ, Jhesus Christus Filius tuus, Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. [serm. 2. de Adv.]*

B. MARIA, monialis S. Clementis in Hispania, ætate quidem juvenis, sed virtutum maturitate provecta, quæ cum pridie hujus festi graviter ægrotares, ardentibus suspiriis Matrem misericordiæ rogavisti; ut ipsâ horâ, quâ gloriæ quondam suæ thronum conscenderit, te ex carnis ergastulo evocaret. Non solum annuit pio desiderio Virgo clementissima; sed sub primum auroræ diluculum, comitante beatarum Virginum choro, spectabilis adfuit, & lætantem animam secum in cœlos eduxit. *Omniū gratiarum fontem esse Mariam, à cœlesti nuncio docemur, qui illam*

Affectu  
devoti-  
onis  
plena  
oratio  
ad MA-  
RIAM.

Obijt  
circa  
annum  
1600.



qui illam Gratiâ plenam salutavit. Sed una hæc feliciter moriendi gratia reliquas omnes superat. Hanc tu mihi impetra.

*Floruit circa annum* B. CONRADE, Converse Heisterbacensis: qui in simplicitate cordis fideliter DEO serviens, occultas aliorum cogitationes sæpe per revelationem ad proximi salutem cognovisti:


*Dorso pigre psallentis serpens insidet.* atque inter alia, ut sub obsequio divino pigri discerent somnum excutere, dæmonem vidisti instar serpentis in humero eiusmodi endymionis haud rarò quiescentem. Cùm autem te solitarii aliquando gravis infirmitas obruisset, deficiente ope humana, de animæ salute anxius, Christum Cruci affixum consolatorem habuisti: qui etiam te monuit; in subitis periculis totam spem in sanctissima ejus Passione securè reponere. Morti tandem vicinus, quònam te illa vocet, Angelorum cantus edocuit. Doce & me in usu promptèque habere istam fiduciam: quam nempe pariet frequens, & pia Passionis Dominicæ meditatio.

*Jubeatur in Passiõe Christi sperare* S. BERNARDUS, s. 2. in Cena Dñi. Habeamus eorum, quæ contemptibilia Christo sunt illata, continuam, & indefinentem memoriam: non utiq; otiosam, non tepidam, non torpentem: sed compassionis

*Utilitas ex memoria Passiõis* Hæc sunt illata, continuam, & indefinentem memoriam: non utiq; otiosam, non tepidam, non torpentem: sed compassionis



*compassionis ardore super omnia plurimum delectantem, & imitationis privilegio omnia impetrantem. Unde Propheta: Delectare in Domino, inquit, ut spreto mundi omnium vitiorum jucunditate, suavior ejus recordatio sit: & dabit tibi petitiones cordis tui, non carnis.*



16. Augusti. 17. Cal. Septemb.

**B. BONIFACI** Clarævallis Conver. *Floruit*  
*se: qui geminum mihi virtutis im-* circa  
*tandæ speculum exhibes: Obedientiæ* annum  
*alterum; quam in rebus etiam levissi-* 1172.  
*mis deliberatè transgredi, reputabas*  
*inter delicta gravissima: alterum puri-*  
*tatis; quam in animo & corpore te in-*  
*gerrimam conservasse testati sunt cœ-*  
*lestes Genii, qui tibi ex hac vita migra-*  
*turo in magno numero & splendore*  
*spectabiles aderant. Quàm longè aliter*  
*multa agerem, si Angeli mei præsentiam,*  
*quæ nullo momento me deserit, mente sem-*  
*per revolverem!*

**B. ATHANASI** de Villa Gomez, *Obijt*  
*monasterii Nucalensis monache: qui anno*  
*per insolitam in morte lætitiā, con-* 1580.

Gg


scientiæ



*Odor* scientiæ tuæ puritatem fecisti manifesta-  
*suavis* tam. Aliquot deinde post obitum an-  
*etum* nis tua apud DEUM merita declara-  
*lo exit.* vit peregrinæ suavitatis odor, non ex  
 Arabia nempe, sed Patria felice, missus,  
 qui de sepulchro tuo egrediens, totum  
 cœnobium implevit. Hortus, in quo flo-  
 res odoriferi, cœlôq; gratissimi nascuntur,  
 est cor humanum. Areolam hanc meam  
 tibi committo; insere talia germina, que  
 acceptum Deo & hominibus odorem spar-  
 gant.

S. BERNARDUS, de dil. Deo. r. 3.

*Quinā* Gaudet sponsus cœlestis talibus odora-  
*odores* mentis, & cordis thalamum frequen-  
*Sponso* ter libentèq; ingreditur, quod ejus-  
*cœlesti* modi refertum fructibus, floribûsq; re-  
*placeât* spersum invenerit: ubi suæ videlicet  
 aut Passionis gratiam, aut Resurrecti-  
 onis gloriam, sedula inspicit cogitati-  
 one versari.



17. Augusti. 16. Cal. Septemb.

*Floruit* B. ADOLPHE: qui triplicem perso-  
*anno* nam in hujus mundi theatro susti-  
*1822.* nuisti; sed gradatim semper meliorem.  
 Prima fuit Canonici majoris Ecclesiæ  
 Colonia-



Colonienſis; vel ideo bene acta, quia  
 pericula lapſus prævidendo cavifti. E-  
 am verò perſonam ut exueres, te per-  
 ſuaſit monachorum in Campo MA-  
 RIÆ ſemel duntaxat inſpecta diſcipli-  
 næ regularis obſervantia: quæ tibi præ  
 mundi deliciis adeò repentè placuit;  
 ut eadem mox horâ monachum indu-  
 eris. Ultimam vitæ ſcenam in cathe-  
 dra Eccleſiæ Oſnaburgenſis abſolvifti,  
 ad eam dignitatem generis & virtu-  
 tum nobilitate provectus. Solenne il-  
 lud, *Actum bene*, feliciùs, quàm ſuis o-  
 lim Roma hiſtrionibus, cœlites accla-  
 mârunt, poſtquam mors conſueto e-  
 pilogo finivit comœdiam. *Suam cui-  
 que perſonam Deus imponit. Felix, qui it-  
 lam ſic agit, ut vitæ hujus breviffima fa-  
 bula tranſeat ad letam, non tragicam æ-  
 ternitatem*

*Pio mo-  
 nacho-  
 rû exē-  
 plo con-  
 verſus.*

B. LUDO, Converſe Hemmenro-  
 denſis, unam eandemque ob cauſam anno  
 DEO & hominibus chare, ac dæmoni 1200.  
 bus formidabilis, ob animi nempe &  
 corporis incorruptam puritatem. Tu-  
 um in ſpiritus malignos dominium  
 magno ſuo bono expertus eſt infirmus  
 quidam, te præſente, animam agens.  
 Videbas enim circa illum volitantes  
 corvos, & alia monſtra, vel ſolo colo-  
 re ſatis terrifica. Sed in Herculem ni-


*Dæmo-  
 nes vi-  
 det, &  
 fugat.*



mirum inciderant, prædæ, cui inhia-  
verant, vacua à te relegata ad suas te-  
nebras. *Callidissimo cum hoste confligen-*  
*dum est homini cæco & infirmo. Impar u-*  
*ique certamen. Ab hoc uno tamen pendet*  
*victoria, ut negetur consensus. Quàm fa-*  
*cilia sunt hæc arma! quàm horribilis pena*  
*manet, jugum turpissimæ servitutis spon-*  
*taneâ prorsus insaniam amplectentem!*

S. BERNARDUS, ser. 3. in XL.

In ten- *Qui sumus nos, aut quæ fortitudo no-*  
tatione *stra, ut tam multis tentationibus re-*  
recur- *sistere valeamus? Hoc erat certè, quod*  
rendū *querebat Deus: ut videntes defectum*  
est ad *nostrum, & quòd non est nobis auxili-*  
DEUM *um aliud, ad ejus misericordiam tota*  
*humilitate curramus.*



18. Augusti. 5. Cal. Septemb.

Passus **B.** CORNELI, monache S. Salvato-  
anno ris Antuerpiensis: qui illinc in Ze-  
1572. landiam missus, monasterio in urbe  
Zirikzea sito, titulo Prioris per aliquot  
annos laudabiliter præfuit. Cùm au-  
tem deploranda illa Fidei orthodoxæ  
eversio majorem Belgii partem depo-  
pularetur, desertorum impio furore  
etiam




etiam in te sciviente, invicto animo  
contumelias, vulnera, & ipsam deniq;  
mortem gloriosus Martyr toleravisti. Satiùs  
Parem mihi fortitudinem à Deo impetra est pati  
contra haresum caput, malignum demo- quam  
nem, ut promptior sim ad ferenda marty- peccare  
rum tormenta, quàm admittendas vel se-  
mel illius suggestiones.

B. A D A M, Morinensis Episcopo: *Clavũ*  
quam Ecclesiam cùm sedecim annos dimisit  
gubernasses, gloriosius in illa die ma- anno  
gna te sub cuculla, quàm tiara, ad vi- 1229.  
tam rediturum ratus, filiorum B E R-  
N A R D I numerum in Claravalle pri-  
mum, dein in cœlo auxisti. Ita nimi-  
rum est: resurrectionis gloriam hujus vi-  
tæ laboribus mercamur. Ibi demum ap-  
parebit, quanta vanitas fuerit, carnis il-  
lecebras perditè amavisse.

S. BERNARDUS, ser. 6. de Adv.

Si Christi membra volumus inveniri, <sup>Corpo-</sup>  
sequendum est sinè dubio Caput no- <sup>ris cura</sup>  
strum: ut videlicet prima nobis repa- <sup>aliò re-</sup>  
randarum sit sollicitudo animarum: <sup>servan-</sup>  
corporis verò curam illi tempore re- <sup>da.</sup>  
servemus, & differamus in illum di-  
em, quo reformandi corporis gratiâ est  
venturus.





19. Augusti. 14. Cal. Septemb.

Cōtigit  
anno  
1538.

S. THOMAS, Cantuariensis Archiepiscopus: quem Henricus II. Angliæ Rex diu exagitatum, tandem per satellites suos anno 1170. ad Martyrii palmam promovit: hac verò die post 368. annos Henricus VIII. monstrum illud impietatis, dum publico edicto sacras tui corporis exuvias è sepulchro, innumeris miraculis glorioso, extrahi, & in cineres redigi iussit, geminavit coronam. Ridebas nempe stultissimam tyranni insaniam, his flammis novos tibi splendores addentem, sibi intereà struentem rogam, quo scelestos furores æterno ardore luet, nunquam eluet. *Ad cineres tuas ego me sisto supplicem, rogans, ut animi tui adjutus robore, de duplici hoste animæ, mundo & demone, duplici laureâ ornatus moriar.*

Floruit  
anno  
1150.

B. GUERRICE, Abbas Igniacensis: quem admirabilis ille Piscator hominum BERNARDUS in captura Leodiensi, inter alios plusquàm triginta, genere & doctrina claros, Tornaco ad Claramvallem adduxit, effigiem in te suam vivis coloribus expressurus. Et ne perita artificis manus erraret, prima lineamenta cœlum duxit, Angelis sub nocturna



sub nocturna psalmodia ad lectionem  
eunti tibi candidam vestem induere *veste*  
visis. Octavo post probationem anno *candida*  
te sanctus Parens monasterio Ignia- *ab An-*  
censi, Filia sibi prae cæteris dilectæ, de- *gelo in-*  
dit Patremfamilias. Hic inter se gravi *duitur.*  
duello certabant honor, & animi de-  
missio; cum tu opere & sermone refer-  
res Præsulem omnibus numeris abso-  
lutum, ac vicissim humilitas se tali of- *Ejus*  
ficio reputaret inidoneam: neque pa- *humili-*  
teretur, ut inter penè continuos mor- *litas:*  
borum cruciatus aliquid de consueto  
Ordinis rigore, aut exhortationum la-  
bore remitteres. Quas tanta styli sua- *doctri-*  
vitate profundebas; ut postmodum *na:*  
mellisui Doctoris permixtæ sermoni-  
bus, pro iisdem habitæ fuerint, donec  
filiorum tuorum opportuna sedulitas  
genuinum auctorem prodiderit. Id-  
ipsum autem impeditum ibat humili-  
tas. Morti enim proximus, cum excus- *puri-*  
sis omnibus conscientia angulis, nihil *tas cō-*  
deprenderes, quod te gravaret, nisi *sciētia.*  
declamatos à te sermones absq; facul-  
tate Superiorum Ordinis, publici juris  
factos: codicem illum afferri, & ignis  
pabulum esse iussisti. Phœnicem fuisse  
illa tua scripta dixerim: quæ nempe  
è suis cineribus, anticipatâ transcripti-  
one redempta, modò per omnium pi-



Inno-  
centia  
ra-  
ra.

Con-  
fessio  
con-  
scientiæ.

etatis & doctrinæ amantium ora cir-  
cumvolant. Testes post obitum tu-  
um fuere, qui omnia cordis tui arcana  
pernoverant, vix potuisse te innocen-  
torem mori, si te primum à suscepto  
sacro Baptismate momentum rapuif-  
set. Quoties heu! defleo miserræ conscien-  
tiæ meæ densissimam noctem, & clamo ad  
Dominum, ut illuminet tenebras meas!  
Tu me in hac obscura sylva cespitantem  
adjuva; præfer cæcipienti divinæ gratiæ  
lumen, quo peccata mea verè agnoscam,  
agnita dignè castigem; neque discussionem  
hanc differam in illam diem magnam, &  
amaram valde, quando omnia cordis ab-  
scondita cum horribili confusione profe-  
rentur in lucem.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Adv.


Confel-  
sio im-  
petrat  
Justifi-  
cationem.

Nihil, quod in se est, Deus à nobis  
exigit amplius; tantum dicamus ini-  
quitates nostras, & justificabit nos  
gratis, ut gratia commendetur. Di-  
ligit enim animam, quæ in conspectu  
ejus & sine intermissione considerat,  
& sine dissimulatione dijudicat se-  
metipsam.



20. Augusti





20. Augusti. 13. Cal. Septemb.

Felicibus Patriæ supernæ civibus, ac  
flentibus exilium suum mortalibus,  
dulcissimum & venerabile nomen,

## BERNARDE:

Cujus hodierna die gloriosam in cœ-  
los assumptionem totus Christianus  
Orbis, sed præcipua pietate filii tui re-  
colunt. Ad quam pro merito tuo, &

voto meo dignis celebrandam præ-  
coniis, vel tuâ, vel Angelicâ linguâ o-  
pus haberem: sed quia neutrius copiam  
sperare, nec tacere licet; suscipe, quod  
ad sanctissima vestigia tua humiliter  
adrepens amoris affectus impolito sty-  
lo profundet. In recentendis elogis  
tuæ sanctitatis, sequar insignem cultor-  
em tuum, [a] qui magno scriptorum  
tuorum Operi hoc laudis tuæ compen-  
dium præfixit, per hoc festivæ solen-  
nitatis octiduum materiam pię medi-  
tationis mihi præbiturum. Is itaq; no-  
tissimo, etsi non summo honoris titu-  
lo inprimis te salutat

S. R. E. DOCTOREM  
EXIMIUM, MELLIFLUUM,  
THEODIDACTUM.

Egregii, id est, supra alios eximii Do-

G g 5

ctoris

Obijt  
anno  
1153.

[a] Ja.  
Merlo  
Horst.



ctoris prerogativam tibi assignavit  
Innocentius III. dum formulam Orati-  
onis inter publica sacra dicendæ dicta.

[b] *año* vit [b] Mellifluum te esse nemo nega-  
1201. vit hactenus, nisi plusquam avernali

felle corruptus. Theodidactum clama-  
bunt quercus & fagi, si homines ob-  
mutescant: sub quarum umbra cele-  
stem eloquentiæ rorem hausisti. Non  
enim plus temporis, quam paucos pu-  
eritiæ annos, jubente piissima Matre,

[c] *año* tis, consumpsisti. [c] In quo studio  
*et at. 11.* serenissimi ingenii lumen tam felices  
radios concepit; ut divinam facun-  
diam tuam, equali ubique alveo fluen-  
tem, admirarentur omnes, imitari co-  
ærentur multi, assequatur nemo. Soli-  
citaverat animum tuum primis in Ab-  
batiali munere annis non levis anxie-  
tas, ne novellum gregem, minus ido-  
neo Verbi divini pabulo nutires. At

*Docere* sustulit hunc timorem Sapientia DEI  
*jubetur* Incarnata: quæ sub forma speciosissi-  
*à Chri-* mi pueri te alloquens, securum fecit;  
*sto.* placere divinæ majestati labores tuos,

eosque fructum uberrimum germina-  
turos. Confidentiùs inde stylum du-  
cens, primum ex fecundissimo inge-  
nio partum emisisti, Explanationem  
Legationis Angelicæ, qua *Missus est ad*

MARIAM



MARIAM Redemptionis humanæ  
 Nuncius: qui in tua dissertatione vix  
 suomet ore melius Oratoris personam  
 egisset. Cùm de Deo diligendo loqueris,  
 tot faces spargis, quot verba. Eugeni-  
 um tuum *Considerare* docens, Magistri  
 Pontificum Pileo te coronas. Dum Mi-  
 lites Templi alloqueris, belli ducem:  
 dum adhortaris Episcopos, Prælatos,  
 Clericos, Monachos; omnium te pro-  
 bas Mystagogum. De *Gratia & libero*  
*Arbitrio* scribens, novo Manicheo (Cal-  
 vino) novum opponis *Augustinum*. In  
 enucleandis Scripturis, adæquas eru-  
 ditionem *Hieronymi*: in Sermonibus  
 panegyricis, exscribis suavitatem *Am-  
 brosi*; gravitatem utriusque *Gregorij*:  
 ascendis ad majestatem Magni Leonis;  
 profundis aurea *Chrysostomi flumina*.  
 Doctor Angelicus *Thomas* palmam ul-  
 trò concessit, cùm sacri Epithalamii  
 tuitelam rogaretur pertexere; fassus,  
 neminem, nisi tuo spiritu viventem,  
 dignè in styli tui labores successurum.  
 Etiam ego aliquid de tuo spiritu, O Doctor  
 optime, desidero; non quo doceam, sed qua  
 tam dulci facundia doces, & sanctissimo  
 exemplo confirmas, opere complere discam.  
 Securius certè moriar, si aureos Humili-  
 tatis gradus frequentius, quam Maronis  
 carmina scandam.

Præter  
 Episto-  
 las, &  
 Sermo-  
 nes per  
 annum  
 extant  
 ejus in-  
 dubia  
 Opera  
 XVI.

Omnium  
 Docto-  
 rum  
 dotes in  
 se unum  
 collegit

Quid  
 ab hoc  
 Docto-  
 re dis-  
 cendum?



*Obijt* B. HUGO, Monasterii Tennenba-  
*anno* censis, aliàs de Porta cœli monache:  
 1264. qui proclivem in vitia indolem lubri-  
*Mores* Ducis de Zeringen adeò corrupisti; ut  
*in aula* præcipiti cursu in interitum ruisses, nī  
*corrū-* superi frenum iniecissent. Initium sa-  
*pit.* lutaris remedii morbus fuit: quo pro-  
 stratus, ultimam in singula momenta  
*Terre-* horam expectabas. Cū subito stabu-  
*tur vi-* lum, in quo jacebas, impletur dæmo-  
*sione:* num spectris, vespertilionum more te-  
 cto & parieti adhærentibus. Tanti ter-  
 roris causam non malè ad peccata tua  
 referens, eadem intensissimo cordis  
*pœnitet* dolore detestari cœpisti, ac simul ad  
 cœlites emittere gemitus, lacrymas, &  
 amplissima promissa vitæ melioris.  
*confor-* Successit illico huic pluvie serenus aër:  
*tatur,* per quem advolans Angelorum prin-  
 ceps, monstra infesta suo fulgore ab-  
 egit. Spe ergo salutis indubiæ conce-  
 pta, Abbatem de Porta Cœli Conra-  
 dum accersisti: à quo ad monasterium  
 lecticæ subsidio deportari jussus, rece-  
*zyroci-* pta statim sospitate, Cisterciensem ha-  
*nium* bitum obtinuisti. Hic iterum fraudi-  
*ingre-* bus suis effecit spiritus nequam, ut la-  
*diur.* borum tædio ad vomitum redire jam-  
 jam cogitaveris. Sed per visum à fra-  
 tre germano, olim defuncto, melius  
 sapere



sapere didicisti. Illius quippe monita  
 tam vehementem in animo tuo pepe- *Amat*  
 rerunt solitudinis amorem; ut per 55. *solitu-*  
 annos in Ordine expletos ter dunta- *dinem.*  
 xat, obedientia cogente, monasterii  
 septa fueris egressus. Jámque Sacerdo-  
 tio marurus (inferiores enim Ordines  
 ante ingressum receperas) repentino *Prodi-*  
 timore correptus es, apparente in ma- *gio pre-*  
 nu tua litera S, quam tristis vates Se- *eñte fit*  
 pulchrum interpretabaris. Quidam ve- *Sacer-*  
 rò pius senex eo anno te Sacerdotis of- *dos:*  
 ficio sanctè functurum prędixit. Cujus  
 vaticinii veritatem tua pietas compro-  
 bavit; dum sacrosancta mysteria mo- *Piē ce-*  
 rosè quotidie & amorosè tractabas: *lebrat*  
 quod totius corporis compositio, & *sacrum*  
 lacrymæ prodebant. Singulis præte-  
 reà diebus horario orationum penso  
 psalmos omnes Regii Cantoris adjun-  
 xisti. Pari pietatis fervore communem *Se dirē*  
 Ordinis rigorem augebas spontaneis *affligit.*  
 cruciatibus; ferreum catenæ cingulum  
 non antè deponens, quàm rubigine  
 exesum, ultrò à carne fuerit avulsum.  
 In cujus tamen doloris vicem à D E O *Morbū*  
 impetravisti afflictionem magis acer- *à Deo*  
 bam ex continuo renum morbo pro- *petit.*  
 venientem: cui etiam deniq, fuisti im-  
 mortuus. Accessit ad patientiæ am-  
 pliorem materiam perpetua, etiam in  
 G g 7 morbis,



*Cœlesti-  
um vi-  
sionum  
solatijs  
gaudet.  
ad ali-  
orum  
salutē,* morbis, à vino, & carniū esu absti-  
nentia. His virtutum insigniis longa  
consuetudine firmatis, frequentia me-  
ruiſti de cœlo solatia. More solito no-  
ctem festo Pentecostes præviā oran-  
do in Ecclesia transigebas: sub cuius  
medium vidisti Servatorem nostrum  
in Aram descendere, & per ordinem  
monachos, conversosque omnes Ten-  
nenbaceses suomet sanctissimo Cor-  
pore cibare: jubere deinde, ut ab An-  
gelo cunctorum nomina libro vitæ in-  
scribantur. Inter hæc autem de cuius-  
dam fratris, non satis in opere divino  
seduli, salute dubitanti, rursum Chri-  
stus etiam illius electionem promisit.

*Græmē.  
lationē* Alterius in sectanda perfectione socor-  
diam jucunda apparitione Regina cœ-  
litum manifestavit: quam conspexisti  
sedentibus ad frugalem mensam fra-  
tribus insulsum cætera cibum, infuso  
cœlesti nectare, dulcorare, uno solum  
conviva omisso. Eadem die cum sin-  
guli post decantatum *Salve Regina* ad  
aque lustralis asperſionem accederent,  
se denuo videndam exhibuit, omnes,  
præter unicum, sacro illo rore perfun-  
dens. Ex quo tristi omine non parum  
anxius, non desisti monitis animum  
illius, & precibus cœlum fatigare; do-  
nec utraque visione redeunte, tam in  
templo

*Eū, &  
alios B.  
V. aquā  
lustra-  
ti asper-  
git.*



templo quàm mensa spectavisti com-  
 munis favoris participem. Dum vires *Obli-*  
 per ætatem adhuc essent validæ, te ad *berali-*  
 œconomia laboribus, ob vitæ morumq; *tatem*  
 perspectam integritatem idoneum an- *in ege-*  
 te alios, Abbas Pistrinæ præfecit: po- *nos offi-*  
 tius dixerim, egenis dispensatorem li- *cio pri-*  
 beralissimum dedisse. In eos enim tua *vatur:*  
 charitas tam prodiga fuit; ut Abbas  
 te, velut stupidum dissipatorem (per  
 injuriam insigante invidia) amove-  
 rit. Sed tum denuum facti eum poeni- *mox re-*  
 tuit, postquam sub avara aliorum ma- *stitu-*  
 nu supra consuetam horrea doluit ex- *tur.*  
 hauriri, quæ tua scilicet prodigalitate  
 diraveras. Eo tempore ad fruges agri  
 visendas exire jussus, fronti primùm *Equus*  
 tuæ signum Crucis impressisti: eodem *renuēs*  
 deinde & equum muniturus, sed tur- *signū \**  
 bulenta agitatione renuentem, cursui *corruit*  
 suo permisisti: qui revertentem te subi-  
 to lapsu, innoxio tamen, destituēs, e-  
 marcuit. Jam octogesimum tertium  
 ætatis annum numerabas: cum sub o-  
 nere tam gravi fatiscientes artus, præ  
 foribus mortem esse ostendebant. In  
 ipso igitur sanctissimi Patris BERNAR- *Mortis*  
 di solenni festo, postquam inter solito *horam*  
 ardentiora suspiria Sacrum in aurora *præno-*  
 dixeras, paulò ante meridiem petisti *scit.*  
 à stupentibus, ut exitum tuum S. Oleo  
 munire



munire festinarent. Vix ad finem per-  
ductis cæremoniis ac precibus, facies  
tua mutari, & instar faculæ ardere cœ-  
pit, te ultima hæc verba proferente:  
*SS. Trinitas, tuum famulum in angustiis  
positum ne derelinquas.* Sub quibus pia  
anima in cœlum evolavit: ibi autem  
te felicem lætari, variæ de tua gloria  
revelationes, & facta ad tumulum mi-  
racula testantur. *Claudant, te opitulan-  
te, etiam meæ viæ epilogum hæc verba: &  
ut confidenter illa eloquar, impetra mihi  
sincerum tuum de peccatis meis dolorem,  
veram ad Deum conversionem, & in bono  
perseverantiam.*

*Obijt* B. PETRE Pot, felix ac celebris a-  
*anno* more in mellifluum BERNARDUM:  
*1260.* qui nimirum ejus solenni festo vitam,  
*Amat* nuptiale fœdus, foundationem mona-  
*S. Ber-* sterii S. Salvatoris Antuerpiæ, suscep-  
*nardii:* tionem habitûs Cisterciensis, ac deniq;  
*& B.V.* longum æternitatis iter es auspicatus.  
Alterum horoscopi tui fortunatissi-  
mum sidus Virgo fuit Deipara: cujus  
pulchritudinem, qua nunc cœlos glo-  
riosa illustrat, sæpe inter orandum in-  
tueri meruisti. Te porrò sidus propi-  
*& ege-* tium ac prodigiosum experti sunt pau-  
*nos.* peres: quibus ut pro piissimo commi-  
serationis affectu succurrere posses; fru-  
mentum sub manibus erogantis au-  
gebatur.



gebatur. Non minimum est inter felicitatis humanæ vota, stemma perenni heredum successionē, quasi immortalitate quadam donare. Hac tu gemina gloriaris. Quamdiu enim stabit Cistercium, plena erit sacra Domus à te erecta filiis BERNARDI, qui te alterum ab eo Patrem celebrabunt. Honoris deinde pars non inferior est; quòd in hodiernum usque diem superstites sint plurimi, Principum, Ducum, Marchionum, Comitum titulis clari, qui suæ stirpis originem à te se accepisse fatentur. *Felix erat sub illustri hoc si- dere, Bernardo, ortus tuus, felicior vita, finis felicissimus. Utinam tam beatus essem & ego, ut veluti vitæ meæ horizontem sub eodem sidere constitui, ita in ultimæ luctæ caligine propitiis ille splendor mihi illucescat.*

Duplex  
glorio-  
sa poste-  
ritas.

S. Bern-  
nardi  
patro-  
cinium


S. BERNARDUS, f. 3. de SS. Pet. & c.

Studeamus, fratres, vivere vitâ iustorum; sed morte eorum mori multò magis desideremus. Sapientia enim iustorum novissima præfert; ibi nos iudicās, ubi nos invenerit. Omnino necesse est, vitæ præsentis finem futuræ cohære-  
re principio; nec ibi tolerabilis dissimilitudo est.

Ex fine  
hujus  
vitæ pē-  
det ini-  
tium  
futuræ.

21. Augusti.





21. Augusti. 12. Cal. Septemb.

Alterâ hâc die te, Pater sanctissime, venerabor ut

MARIÆ DEIPARÆ  
CLIENTEM INTIMUM.

*vide 13.* *Maj.* SI lingua mea illo Lacte maderet,  
quo te M A R I A, Matrem se mon-  
stratura potavit, altius aliquid Clie-  
nte proferret. Sed magnæ Matris oracu-  
lo standum est. Cùm enim Spiræ ad  
salutationem piissimam, *Salve Regina,*  
anno 1146. à te (ut multi non dubitant) inven-  
tam, devotam illam clausulam addi-  
distes: O Clemens, ó pia, ó dulcis virgo Ma-  
ria: ex ejusdem Icone, audiente omni  
populo, dulcis echo insonuit, *Salve*  
*Bernarde.* Filium te appellasset, nisi U-  
bera Virginea, & Materni cordis amo-  
rem, tam Unigenito suo, quàm clien-  
tibus vellet esse communia. Quale au-  
tem nomen inveniam summæ digna-  
tioni, quâ Virgo sacratissima totius  
universi pretium, & unicas delicias su-  
as, in sinu tuo disfluviandas non se-  
mel tantum reposuit? Porro si quis a-  
moris istius argumenta clariora desi-  
derat; scriptorum tuorum mella degu-  
stet: ex quibus nisi cor suum sentiat in  
amore



amorem MARIÆ liquefcere, definat  
 credere, fe effe hominem. Transfiliat  
 tamen ftudiofus lector lamentabilem  
 MARIÆ Lamentationem: quifquis  
 enim mellifluum nomen tuum illi fer-  
 moni præfixit, ftupiditatem potiùs fu-  
 am, quàm BERNARDUM, lectori  
 propofuit. Epiftolam deinde ad Can. Epift.  
 Lugdun. legat cum fale. Præponit illa 174.  
 Ecclefie iudicium (an non meritò?) im-  
 maturæ quorundam, & quid coleret  
 ignaræ devotioni: Honor, ais, Reginæ ju-  
 dicio diligit, virgo regia falfo non eget  
 honore, veris cumulata honorum titulis,  
 infulis dignitatum &c. Exceretur deni- v. Ep.  
 que infanum illum chamæleontem, 298. ad  
 Nicolaum (quo ad fcribendas epift. Eugen.  
 las aliquamdiu ufus fueras) conantem  
 impudenti mendacio maculam gloriæ  
 tuæ afpergere, quam nescio quis fom-  
 nians in tuo jam in cœlis beati pectore  
 re viderit, indelebile futuram suppli-  
 cium; quòd Virgineæ Matris Concep-  
 tionem non docueris ab omni macula  
 fuiſſe immunem. In barathro quæ-  
 rendæ ſunt ignominia, non in cœlo;  
 ubi à liquidiffima puritate divini lu-  
 minis abſorpta omnia, unumquæ cum  
 Deo, maculam ferre non poſſunt, ni-  
 ſi furore impio illa ſimul ſupremo Nu-  
 mini affingatur. Ego te melius aſpicio  
 febrī

vide  
 Bellar.  
 de ſcrip-  
 tor. Ec.

v. Ep.  
 Eugen.

Fabula  
 inſulſa  
 de S. B.



febri decumbentem, & Salutem infirmorum MARIAM, comitantibus SS. Benedicto, & Laurentio, porrectâ medicâ manu te à languore liberantem:

Amor  
erga B.  
V.

*Simulque per utriusq; amores rogo, ut me gravissimè languidum, illius miserationi commendes. Doce me illam tuo amore amare, quemadmodum ex Conversis tuis aliquem in fide dubium, jussisti tua fide ad S. Eucharistiam ingenti suo profectu accedere.*

Obijt

anno

1141.

Vani-  
tati de-  
dita:

Fratres  
invisit:

B. HUMBELINA, unica soror & cura ultima BERNARDI: quæ post Tesselini parentis obitum nobili viro nupta, quàm virili animo germani fratres mundi vanitates calcaverant, tam foemineo tu iis inhærebas. Multa de Clarævallis sanctimonia inaudieras, sed visui hætenus incomperta. Itaq; quantum desiperent illi orbis exules, ex opposito demonstratura, omnem mundi muliebris fastum induta Claravallensem petisti. At longè aliter cecidit hujus belli alea: cùm te inprimis Andreas ad monasterii portam, suæ custodiæ demandatam, non jam sororem, sed stercus pretiosè involutum, & rete diaboli salutaret; sanctus Abbas ne conspectu quidem dignaretur: donec te consiliis ejus parituram non solum verbis, sed multis etiam lacrymis promissisti.



promisisti. Tum denique ad te descen-  
dens, solâ præsentia efficacissimè per-  
suasit, quod erat suaturus. Eum namq;  
olimè paterna domo discedentem vi-  
debas elegantis formæ juvenem; tunc  
verò penè vivum cadaver. Cùm dein  
ille de hujus vitæ brevitate, quam se-  
quitur immensa æternitas, differeret:  
arduam ad cœlos viam per spinas, non  
voluptatum rosas aperiri: ipsum DEI  
Filium in Crucis, non plumarum le-  
ctulo mortem elegisse: jam ipsa opta-  
bas exesi vultûs pallorem, quem antè  
in germano horrueras. Matris deniq;  
vivam ita tibi refricavit memoriam:  
ut heroicæ illius virtutes statim in te  
cum omnium admiratione reluxerint.  
Illico abjecta vestium pompa: & au-  
rum in hæc superbiæ irritamenta pro-  
digi solitum, pauperes omne aufere-  
bant. Tempus, quod antè lusui, jocis,  
choræis, diu noctûque precibus, & sa-  
cræ lectioni datum. Tam piam meta-  
morphosin veneratus tandem & ipse  
maritus, ultrò te ad monasterium Ju-  
lejum, vel ut alii vocant, Villetum di-  
mitit: quod brevè in alteram Claram-  
vallem convertisti; prima, quæ obser-  
vantiam Cisterciensem (ut vero simil-  
imum est) foeminis tradidit; cùm an-  
te hac simpliciter Divi Benedicti legi-  
bus sub

*S. Ber-  
nardi  
præsen-  
tia, &  
collo-  
quio in  
aliam  
mutata*

*matris  
virtu-  
tes imi-  
tatur.*

*Mona-  
sterio se  
inclu-  
dit.*



## 166 ANNI CISTERCIENS.

bus sub directione Molismi illæ moniales vixissent; quod ex obitu tuo manifestè conjicitur. Postquam enim per

*Fratri* viginti annos austeritate affligendæ  
*sancti-* carnis, humillima infra omnes abjecti-  
*tatem* one, assiduitate in diurnis nocturnisq;  
*affecu-* precibus, vivam fraternæ sanctitatis  
*ta:* imaginem expressisti; imminentem ex  
 fatali ægritudine mortem prævidens,  
 id periculum quantocyùs intimari ius-  
 sisti BERNARDO: qui promptè re-  
 liquos germanos adducens, suavissimo  
 verborum suorum nectare fugientem  
 animam ad eò revocavit, ut securi de  
 illius noctis periculo ad quiescendum  
 omnes secesserint, relicto uno Petro,  
 emerito sene Molismensi, qui cœnobi-  
 o Villetano multis jam annis ad con-  
 scientiæ moderationem præerat. Sed  
 is fortè ex vigilatis aliquot noctibus  
 lassus, pedem cubili extulerat. Cum  
*sanctè* attonito Angelus occurrit, monetque,  
*mori-* ut ad te mox morituram sinè mora re-  
*tur.* vertatur; se interea etiam reliquos vo-  
 caturum. His celeriter lectulum cir-  
 cumstantibus, ultimum vale illis psal-  
 mi verbis dixisti: *Lætata sum in his, quæ*  
*dixisti mihi, in domum Domini ibimus.*  
 Atque ut germani quoque tecum de  
 felicitate tua lætarentur, statim BERNARDO,  
 quantum sanctissimis illius  
 monitis



monitis deberes, gloriosa apparitione ostendisti. *Ita nempe certissimum est, de quo ipsemet sanctissimus Germanus, & in morte præsens Patronus tuus, gloriatur* (serm. 22. de divers.) *filiorum suorum animas de manibus suis ad cælum evolare liberrimas. Tu meas perfer ad illum preces, & unâ mecum obsecra, ne me in ultimis angustiis meis deserat.*


B. HEYDENRICE, Abbas Zedlitzii in Bohemia: cujus monasterii gubernatio cū nomen tuum effecisset celeberrimum, à Waldsassenibus postulatus, Paternæ domui fuisti præpositus. Hoc tamen clavum non nisi per bimestre retento, ad filios reversus, ultra quadraginta annos in summa sanctitate, & omnium bonorum incremento Abbatiale munus administravisti: Deo scilicet, cui omnia committebas, virtutibus tuis, ut clariùs lacerent, annorum seriem æquante. *Millies deceptam se deprehendit humana sapientia, quæ neglectâ Dei providentiâ in fabricatis à se consilijs confidit. Contrarium ut agam, id est, ut in solius Dei verè paterna dispositione quiescam, me doces*

S. BERNARDUS, ser. 5. in vig. Nat.

Crede ergo te Deo, committe te ei, *ja- In Deū fiducia.*  
Et in eum cogitatum tuum, & ipse te enutriet



enutriet: ut fiducialiter, & fideliter  
 dicas: Dominus sollicitus est mei: neq;  
 enim hoc sapiunt homines amantes  
 seipsos, homines scioli, & solliciti pro  
 seipsis, curam carnis perficientes in  
 desiderijs.



22. Augusti. II. Cal. Septemb.

*Vix  
 habet  
 in hoc  
 genere  
 sibi pa-  
 rem.*

Tertia hac die triplicem triumphum  
 tuum ex ter gemino hoste conside-  
 rans, te, fortissime athleta BERNAR-  
 DE, in primis suspicio

## TERROREM DÆMO- NUM.

*Circa  
 annum  
 1130.*

PRælusisti huic in principes tenebra-  
 rum imperio quinque annorum pu-  
 erulus: dum pellendo capitis dolori  
 strygem, carmen magicum adhibitu-  
 ram, indignans abegisti; jam tum na-  
 turali quodam impetu superstitionem,  
 velut serpentis antiqui foetum, execra-  
 tus. Sed sponte agnovit hoc domini-  
 um malignus: ad te enim cum duæ  
 foeminae ducerentur, ab infessoribus  
 infernalibus liberandæ: in ipso itinere  
 hospitium suum alter deseruit; falsus,  
 nequicquam se tuæ potestati resistere,  
 quem



quem olim juvenem nullis machinis  
 de innocentia dejicere valuerit. Arma  
 ad domandos demones, Herculeis for-  
 tiora erant res quælibet tuo contactu  
 sacratæ. Expertus id Pontius Bellæval-  
 lis Abbas, qui Stolâ, tuâ quondam in  
 Sacrificio veste, garrulum veteratorem  
 ad infernale spelæum religavit. Hujus  
 prodigiosæ virtutis non ignari filii tui,  
 capillos, & ejusmodi alia studiosè as-  
 servabant. His cum dente in Daniam  
 asportatis Eskylus, regni Primas, ali-  
 quot de expulso nequissimo hoste nu-  
 meravit victorias. Alter in Italia Ab-  
 bas turpem mimum è scœmina eodem  
 remedio proscripsit, quamvis obstina-  
 tum, & cur cedere nollet, Gozevini  
 Generalis mandato se inter sannas ex-  
 cusantem, quo tibi nimis numerosa ad  
 tumultum miracula interdixerat. Diffi-  
 ciliior ad jussu tua fuit, quam in Mediola-  
 nensi scœminâ domicilium fixerat. Sed  
 & is suas repetiit tenebras, postquam  
 præsentem sub Panis sacrati forma Ju-  
 dicem illi suum opposuisti. Ibidem a-  
 lius simulatâ fugâ, eodem die pristina  
 sedi dominari ausus est. Hunc Cremonæ,  
 licet Syrulum Bernardulumq; de-  
 terrimus sannio rideret, appensâ pau-  
 corum verborum schedulâ, in exilium  
 relegavisti. Eundem spurcissimum ca-

*Iescio,  
 & ab-  
 senti  
 cedunt  
 demo-  
 nes.*

*Mira  
 mali-  
 gni a-  
 stutia.*

*Fuga-  
 tur Ex-  
 chari-  
 stia:*

*& sche-  
 dulâ.*

Hh

nem



*Accu-  
santem  
refellit.* nem Nannetis baculo prohibuisti, ne  
ad mulierem, inauditâ petulantia diu  
vexatam porrò accederet. Tot præliis  
subactus spiritus mendax, non veritus  
tamen est, te gravi morbo laborantem  
coram Christo Iudice reum agere. At  
ubite sacratissima Passionis Domini-  
cæ arma in se vibrantem vidit: suo se  
silentio turpis Rhadamantus damna-  
vit.

Si fictæ pietatis larvam exuat, tru-  
culentior ipso dæmone salutis hostis  
est hæresis. Quam cùm tu, invicte ve-  
ritatis assertor BERNARDE, non se-  
mel contuderis, extollo te hodie ut

## HÆRETICORUM MALLEUM.

*Argu-  
rias A-  
bailar-  
di ex-  
plodit:  
ipsum-  
que cõ-  
vertit.* Primam in hæreses pugnam tibi ob-  
tulit Petrus Abailardus: qui cùm te ad  
singulare certamen coram celebri con-  
ventu subeundum Senonas vocavisset,  
confusâ repentè memoriâ, expertus  
est, quàm infelicer præsumpserit va-  
na sua dicacitate simplicitatem tuam  
obruere. Utcunque autem ad omnia  
sacræ potestatis fulmina immobilem,  
uno tandem colloquio non solum ad  
palinodiam, sed etiam (quod maxime  
quærebas) ad meliorem vitam persua-  
sisti: quam in monasterio Cluniacensi  
laudabili



laudabili exitu senex finivit. Hujus *vide e-*  
discipulus, pejor magistro, Arnaldus *pistolas*  
de Brixia, spargebat crassissimos erro- *Bern.*  
res per Italiam: jamque Romam con- *195. 196.*  
tra Innocentium armaverat. Quem *ubi il-*  
tu stylo insecutus Romam primùm, de- *lius vi-*  
inde Constantiam exturbasti. Sed is de- *ta &*  
nuo venenatum caput erigens, factio- *dogma*  
nibus subdolis tantum potuit; ut po- *descri-*  
puli Romani furiis cedere noviter ele- *bitur.*  
ctus Eugenius, & Vaticanum in Fran-  
cia quærere coactus fuerit. Hic pro fi-  
lio simul, & communi orbis Christia-  
ni Parente arma stringens, acri graviq;  
epistola Senatum populumq; Roma- *epistola*  
num eò adduxisti: ut, licet serò, serò *191.*  
tamen Pontifici sese submiserit. Non-  
dum pacata erat Italia: cum in Gallia *Henrici*  
Petrus Tolosanus detestabili furens in- *Tulosa.*  
fania, parvulis sacrum Baptisma, tem- *errores*  
plis, & Imaginibus honorem, Defun- *oppr-*  
ctis orationes fidelium, Christi in Ev- *mit:*  
charistia præsentiam negans, noxium  
virus longè latèque diffudit. Cujus op-  
primendi spem unam in te reposuere  
probi omnes. Nec defuisti rogantibus:  
sed Apostolico armatus zelo falsa do-  
gmata scripto inprimis & verbo con-  
futasti: rudem verò plebem, impostor-  
is nefarii fraudibus circumventam,  
miraculorum lumine ad agnitionem  
H h 2 veritatis



*Trini-  
tarios  
hæret.  
expu-  
gnat.*

veritatis adduxisti. Plus aliquantum negotii faceſſebat Gilbertus Porretanus Episcopus: qui mortali oculo SS. Trinitatis arcanum penetrare præsumens, aliquid in DEO videre se credebat, quod non eſſet DEUS. Is inventis à se loquendi subtilitatibus mordicus inhærens, post multas tandem decertationes, in Concilio Rhemenſi opinionibus ſuis rejeſtis, in gratiam rediit Eugenii Pontificis.

Agmen hostile claudant auctores, ac fautores ſiſſurarum in Republica Chriſtiana: utrique à te, Apoſtolice Sedis Defenſor inelyte, debellati, exclamare coguntur, te fuiſſe

### SCHISMATICORUM FLAGELLUM.

*Anno  
1130.*

*uſque  
ad añ.  
1138.*

Sæviffimæ tempeſtatis origo fuit ambitio Petri Leonis: qui poſt Innocentium III. aliquorum ſuffragiis intruſus, aſſumpto Anacleti nomine, per rapinas, ſacrilegia, & latrocinia vendicare ſibi Pontificatum conatus, totum orbem in partes diſtraxit. Octo annis graſſata eſt hæc peſtis: quo tempore in diverſis Conciliis, ad vocis tue oraculum ſuſpenſis Eccleſiarum, reſignorumque principibus, aſſertus Innocentius, in Aquitania proſtratus.

*nà cum*



nà cum instigatore suo, Gerardo Engolismensi, Dux Guilielmus: victus, te yaticinante, Lotharii Cæsaris armis Rogerius Siciliae Rex: ipse tandem in-  
 auspicatus Pontifex pavenda morte sublatus, eique succedens Victor à te victus, & ad Innocentii pedes abiectus. Nec immeritò te tunc ex Urbe egredientem plebs clamore publico Pacificatorem Orbis, Ecclesiasticae Libertatis vindicem, Patre Patrem, salutavit. Tot, ac tantorum hostium gloriosissime victor, adesto & mihi venenatis undique telis exposito. Non ferent hostes mei praesentiam tuam in caelo, cum triumphantis, cum adhuc mortali nemo se opposuerit, nisi vincendus.

Schisma an-  
 ipape,  
 labori  
 Bern.  
 maxi-  
 mus.

B. LAMBERTE: qui sancti germani tui, Petri Tarentasiensis consilia, & anno post susceptum Cisterciensem Ordinem, virtutum vestigia tam strenuè secutus es, ut Cheseriaci præpositus Abbas, sanctimoniae & prodigiorum gloria clarissimus ex hac vita discesseris. Miraculis Divinae misericordiae accensetur conversio peccatoris, sub diuturna male consuetudinis tabe sepulii: hoc ut in me Deus operetur, efficiat, oro, tua pro me intercessio.

B. GODEFRIDE, monache Villariensis: qui Parthenoni Cameræ Mariæ in conscientiae moderatorem deputatus

Floruit  
 circa

H h 3

deputatus 1122.




Angeli  
moriēti  
presen-  
tes.

deputatus, munus illud Angelica puritate, ac animarum fructu te administravisse, musica cœlestis indicavit, quę multorum auribus excepta est, cū tu spiritum exhalares. Tu *fideli custodia sacrarum virginum, cœli pramia meruisti: me quoque ad seriam excita vigilantiam pro sponsa Christi, anima mea: & hoc opus Divina elaboratum manu, & sanguine Divino reparatum, meā culpā intereat.*

S. BERNARDUS, ser. 48. in Cant.

Vigilā-  
dum  
temper  
inter  
tentati-  
ones.

*Donec in carne est anima, inter spinas profecto versatur: & necesse est, ut patiatur inquietudines tentationum, tribulationūq; aculeos. Quod si lium est ipsa, juxta Sponsi verbum: videat, quā vigilem, sollicitūque esse oporteat super custodia sui, septa undiq; spinis hinc inde aculeos intendentibus.*



23. Augusti. 10. Cal. Septemb.

**T**Ria iterum hodie elogia de millenis produco. Atque ut ab infimo incipiam, te contemplantur, utinam & imitaretur!

HUMIL.



## HUMILITATIS

## IDEAM ABSOLUTISSIMAM.

Hic rursus ad scripta tua provoco. In illis enim quàm abjecta de te sentis u. *vide* bique, præsertim in epistolis, quibus *serm. de* aut peccatoris, aut contemptu aliquo *S. Ben.* aspersum vocabulum plerunque præfigere solebas. Gravissimis contume- *Epist.* liis laceratus, tantùm abest, ut vim vi *223.* repelleres, quin te, quasi injuriam intulisses, reum sistens, lædentem deprecatione humillima placare studeres. Increpantium germanorum durissima *In ad-* verba, te præsumptionis in miraculis *versis* patrandis arguentia; uti & alapam à *semper* Canonico quodam infligam, invicta *sibi si-* mansuetudine decoxisti. Eadem im- *milis.* mota stetit; cùm ratione improspere Expeditionis in Palestinam multorum linguæ in famam tuam proscindendam insurgerent. Parem animi firmitudinem apud te invenit Innocentius *vide* III. cùm oblitus, se suam tibi debere *Baron.* tiam, acri epistola silentium tibi *ad añ.* imposuit, ne frequentibus scriptis illum *1143.* ultra fatigares. Sed clariùs demissio tua ex Infulis relucet, quas cùm Mediolanum, Genua, Lingones penè obtruderent, constanter recusasti. Denique ex prodigiorum splendore; quæ cùm



*Mira-  
culorū  
gloriā  
à se re-  
pellit.*

patrâsses innumera, & ea negare salvâ  
veritate non posses, saltem scire nole-  
bas, à te esse profecta, vel aliquid ex iis  
glorię & existimationis tibi attribuen-  
dum. Ab hoc ultimo gradu ad supre-  
mum respiciens, intueor te

## SERAPHINUM AMORIS DIVINI.

*vide  
serm. 3.  
in Can.*

Nulla est in libris tuis pagina, quæ  
cœlestem hunc non spiret calorem.  
Quàm ardentes gemitus ex imo pecto-  
re eructas, quando Salomonicum il-  
lud paramantium in theatrum pro-  
ducens, sublimi dissertatione modò  
sponsi, modò sponsæ personam agis?  
Quot frigida corda etiamnum ignis  
hic tuus adurit, cùm *Jesû dulcis memo-  
ria* suavissimo Jubilo tuo refricatur?  
Hic ipse ignis aliquando erupit, dum  
canticum Ambrosianum in matutinis  
precibus decantares: tunc enim lucu-  
lentam flammam ex ore tuo egreden-  
tem Claravallenses filii tui spectavêre.  
Quis autem ille amoris æstus fuerit,  
cui in pabulum sese de Crucis arbore  
demisit, brachiis te constringens Fons  
Amoris, Patiens JESUS? Verùm non  
soli tibi ardebas, totus penè Orbis in-  
cendii hujus ardore incaluit. Hęc flam-  
ma germanos tuos cum triginta focis  
deduxit

*Ex ore  
câtâis  
ignis e-  
gredi  
visus.*



deduxit Cistercium: hæc sub cerevisia  
 illa famosa latuit, quam nobilium ju-  
 venum cohors, cum admiratione su-  
 bitæ mutationis, bibebat: hæc rete &  
 hamus fuit in tuis per Franciam, Bel-  
 gium, & Germaniam Capturis: hæc  
 vincula solvit Constantini, verè à te, si  
 quisquam alius, Conversi, dum ad in-  
 fame lignum duceretur: hæc post ter-  
 tiam apostasiam desperatum alium  
 Conversum cœlo asseruit: hæc Hum-  
 belinam sororem ex vanissima effecit in pau-  
 sanctissimam: hæc frumenti acervos *peres,*  
 prodigiosè auxit, ne pauperes esurire  
 videres: hæc extinctam fame mulie-  
 rem vitæ restituit: hæc irruentem im-  
 brem in duas partes divisum, jussit in-  
 tactis egenis, stipem expectantibus, ex  
 utroque latere delabi: hæc ad recupe-  
 randam Terram sanctam Martiali spi-  
 ritu accendit Reges, Principes, sum-  
 mos, infimos. Quidquid denique be-  
 neficiorum à te acceperunt, inprimis  
 Ecclesia universa, quam non semel sub  
 gravis persecutionis turbine laboran-  
 tem sustentasti solus: injustè oppressi,  
 quorum communis eras ubique patro-  
 nus: morbis animi corporisve afflictis,  
 quos, exeunte de te divina virtute, sa-  
 nabas omnes: hæc omnia ex purissimo  
 charitatis tuæ fonte manarunt. Ab

*In lu-  
crandis  
Christo  
anima-  
bus mi-  
rabilis  
artifex*

*Et un-  
decūq;  
affli-  
ctos sū-  
mè be-  
neficius,*

Hh5

amore



*In Bul-  
la Ca-  
noniz.*

amore ad odium transeo, quo te ipsum  
adeò persecutus es, ut Alexander III.  
affirmare non dubitaverit, te in cœlis  
esse

## MARTYRII LAUREA CORONATUM.

*Prodi-  
gium  
ingens  
fuit, in  
tanto  
rigore  
vitam  
durasse*

*Hæcca-  
sa ad-  
huc in  
Clara-  
valle  
extat.*

Si sanguinis effusione æstimandum est  
Martyrii meritum, testes adduco fla-  
gella, & longo cuspidum ordine grave  
cingulum, quibus jam tyro teneram  
indolem tam inclementer afflixisti; ut  
in vultu tuo, cætera amabilissimo, tri-  
stia severitatis tuæ vestigia deprehen-  
dens Guilielmus, Catalauni Episcopus,  
cùm te Abbatem inagurasset, supplex  
à Patribus Ordinis annalem in te po-  
testatem impetraverit, sed quæ contra  
pii Præsulis votum tibi duplicavit do-  
lores. Nam casæ extra monasterii mu-  
ros constructæ impositum barbaro cu-  
idam stoloni, de arte medica (cùm o-  
mnia potiùs alia, quàm medicus esset)  
vanè glorianti, commisit: qui patien-  
tiam tuam diris vexationibus exercuit.  
Duo sunt solatia, quæ reparandis post  
laborem viribus imbecillitati humanæ  
DEI Bonitas indulget, refectio ex cibo  
ac somno: utramque tu in meram pa-  
tiendi materiam convertisti. Alimen-  
ta enim vix unquam sinè maximo su-  
mebas



mebas cruciatu, gravius torquebant  
 admissa. Nocturnam quietem aut ex-  
 pugnas vigiliis, aut sacris commen-  
 tationibus interrompebas, aut deniq;  
 gaudebas, cum illum morbi omnino  
 non admitterent: dicere solitus: nihil  
 temporis tibi perire inutilius, quam  
 somni. Ut adeo, si multorum Christi-  
 ana palæstra athletarum, uno die vel  
 ictu consummata certamina; tuæ 40.  
 annorum tolerantia conferam, æquè  
 gloriosa in triumphale sertum Lauri  
 folia te contextuisse deprehendam. Im-  
 muta, ô animorum dominator mirifice, ti-  
 midum cor meum, & levissimas etiam ab-  
 horrentem molestias: quas tamen si te imi-  
 tando patienter ferrem, miseratio Divina  
 susciperet in temporaneam satisfactionem  
 pro peccatis meis, quibus millies me æter-  
 nis supplicijs dignum feci.

Hostis  
somnia.

Mar-  
tyrium  
longū,  
diffici-  
lius est  
breve.

Patien-  
tia  
merces.

S. BERNARDE Alzirane; sic di-  
 cte à loco sepulchri, non longè ab Al-  
 zira Hispaniæ multis prodigijs glorio-  
 si. Cunas enim regias aula Zaëni de-  
 dit, qui Valentia, tunc Mahometem  
 colenti, imperabat. Insignia regni post  
 mortem parentis Almanzori fratri na-  
 tu majori, tibi labores publici cessere.  
 Quibus procurandis ad Hispaniæ Im-  
 peratorem legatum, errore ducum in  
 vasta sylva nox occupavit. Circa cujus

Passus  
anno  
1180.



*Errado  
aber.  
vovere  
duci-  
sur.*

medium æris campani sonitum, & in aliquot horas productum cantum stupentibus auribus excepisti. Illucescens autem aurora te statim dubio exemi: postquam nempe ad monasterium Populetanum indicio soni delatus, à loci Abbate de Instituti ratione edoctus es. Cujus narratio animum tuum tam valido Fidei orthodoxæ desiderio implevit; ut illinc non antè statueris recedere, quàm doctrinâ Christianâ plenè institutus. Deceptos igitur morbi simulatione comites ad fratrem remisisti.

*Bapti-  
zatur:*

Mox salutari lavacro ablutus, dimisso Amethi nomine Bernardus vocari voluisti. Legeras inter alia sanctorum gesta etiam sanctissimi Patris vitæ seriem: & cum eandem imitari te pro voto non posse videres, nisi integritatem amoris integra morum similitudo exprimeret; rogasti Grimaldum Abbatem, ut te inter filios suos reciperet. A quo religiosa veste ornatus, majore indies diligentia studebas, ut in virtutum palæstra promptissimum quemque præcurreres. Ne autem nobilis illa in negotiis tractandis dexteritas otiosa jaceret; œconomix curam tibi Abbas commisit, ingenti egenorum commodum in quos cum nimis liberalem te alii quererentur; inspectis ratiociniis, de-

*& Ord.  
Cisterc.  
ample.  
Elisar.*

prehenderunt,



prehenderunt, acceptis duplo majora  
 fuisse expensa, horrea verò supra con-  
 suetum, nec aliunde, nisi divinitus re-  
 dundantia. Angebat interea pium a-  
 nimum dolendus tuorum in sua cæci-  
 tate interitus: à quo illos erepturus,  
 primo statim congressu materteram  
 persuasisti, ut ejuratâ Mahumetis infa-  
 niâ, opes, quas possidebat ingentes, in  
 sacros & pauperum usus converterit;  
 quarum partem non exiguam Popu-  
 leto donavit. Tam prospera expediti-  
 one audaciam addente, fratris quoq;  
 ac sororum conversionem tibi polli-  
 cebaris. At vix in ejus conspectum ve-  
 neras, cum ille, ut erat ingenio ferox  
 & barbarus, stricto in te ferro irruit;  
 nec abstinuisset à cæde, nisi intercessis-  
 sent sorores, in se recipientes tuum ad  
 patrias leges reditum. In quo cum illis  
 colloquio tu felicior, utramque sacro  
 Fonte lustratam, Mariæ & Gratiæ no-  
 minibus inaugurasti, relictâ cum su-  
 perstitione Zaïdæ & Zoraïdæ appella-  
 tione. Nobilem hanc prædam in tu-  
 to collocaturus, sub nocturno silentio  
 arreptâ fugâ, in sylva cum sororibus,  
 & consociis aliquot famulis latuisti: sed  
 insequens Almanzor interceptum, ad-  
 acto per cerebrum clavo arbori affigi;  
 Virgines autem lanceis confossas, feris

*Pro di-  
 giosè  
 auget  
 añonã.*

*Suos  
 ad Fidẽ  
 con ver-  
 tit.*

*Fratre  
 relin-  
 stante,  
 sorores  
 Bapti-  
 zat.*

*Marty-  
 rio co-  
 rona-  
 tur.*



exponi iussit: sed è servulis quidam e-  
lapsus, ac sylvæ tenebris tectus, pur-

*Celitus* purata sanguine corpora terræ com-  
*detegit* mendavit: quæ post quadraginta de-  
*tur cor-* in annos inventa Rex Jacobus mar-  
*pura* moreo Mausoleo templóq; exornavit.  
*Mar-* Verùm postliminiò occultata, ac cœ-  
*tyrum.* litus iterum detecta Rex Catholicus in  
novam lucem priori sæculo produxit,  
auxitque monasterio Ordinis SS. Tri-  
nitatis Fratrum de Mercede. Sunt &

*Volun-* anime meæ duæ quædam sorores, *Volun-*  
*tatis, &* tas ac Memoria. Has tibi trado converten-  
*memo-* das. Exuat illa vetustum nomen; nec dein-  
*ria cõ-* ceptus unquam Propria, sed Obediens vocetur:  
*versio.* hæc verò res vanas & noxias ejuret;  
nihilque admittat, nisi divinum sit, cele-  
ste, & spectans ad felicem æternitatem.


*Obijt* B. JOANNES, Abbas Waldsassii,  
*anno* qui ob sanctimoniam, sapientiam in  
*1325.* consiliis, facundiam in sacro suggestu,  
zelum denique religionis, venerabilis  
& acceptus eras omnis conditionis,  
ac statûs hominibus, præsertim Henrico VII. Imperatori, qui familiaribus  
epistolis te in suis negotiis consulere  
solebat. *Doce me quærere favorem non  
mundi, sed cæli; nec velle placere oculis  
hominum, sed Dei: Intentionem deniq; in  
actionibus meis ita ad Deum dirigere, ut  
illius, non hominum judicia respiciam.*

S. B. E. R.



Qui ad terrificum tribunal Christi i-  
pso jam defectu naturæ miserandus  
urgeris; illi te oportet præparare judi-  
cio, illius curiæ affectare favorem, ti-  
mere repulsam. Quid illorum senten-  
tiâ conturbaris, quorum nec laude pro-  
batus, nec vituperatione reprobus in-  
veniris?

DEI,  
non  
homi-  
num ju-  
dicia  
metu-  
enda.



24. Augusti. 9. Cal. Septemb.

Quinta hæc dies exponet, te verissi-  
ma appellatione vocari

PROPHETAM  
LUMINE DIVINO  
ILLUSTRATUM.

Suus e-  
rat jam

Ex vereri & recentiori historia doce-  
mur, viros illustres, antequam nasce-  
rentur, plerunque per vaticina omnia  
fuisse Orbi promissos. Te sub catuli  
specie Mater Aleidis prævidit. Cujus  
prælagii veritatem te implevisse, lupi  
testantur, quos imperterrita libertate  
ab Ovili Dominico abegisti. Expertæ  
sunt & Oves, præsertim errantes; qua-  
rum greges planè innumerabiles salu-  
berrimæ



*A pueri-  
ria  
assue-  
visioni-  
bus.*

berrimæ linguæ remedio reduxisti in  
viam salutis. Interiores mentis puris-  
simæ oculos aperuit nox illa supra o-  
mnem meridiem illustris, quâ pueru-  
lus quinquennis Nascentem mundi  
Servatorem vidisti. Hoc deinceps lu-  
men in futuros rerum eventus sinè ob-

*Guido-  
ni,*

staculo penetravisse, agnovit fratrum  
primogenitus Guido, te ad Cistercium  
sequi non posse, uxore renitente, do-  
lent: sed remorari amovente morbo,  
quem fueras pertinaci comminatus.

*Et Ge-  
rardo  
futura  
prædi-  
cit.*

Idem Gerardo obortum est, postquam  
digitorum tuorum lateri ejus impressa  
vestigia lancea hostili; & ferreas erga-  
stuli januas, vaticinium tuum aperuit.

*Item  
Regi  
Franc.*

Iniquè gravabat Ludovicus Franciæ  
Rex Episcopum Parisiensem: ad quam  
litem solvendam à Comitibus Generali-  
bus Legatus, cùm Rex sana consilia, &  
preces sanè humillimas contemneret;  
quarto postea anno intentatam perti-  
naciæ suæ pœnam in primogeniti sui,  
jam diademate coronati, immatura  
morte tristis aspexit. Plus admirati-

*Regi  
Lusita-  
niæ.*

onis habuit vaticinium Alphonso Lu-  
sitaniæ Regi nunciatum: cui cùm in  
sudore vultus tui memorabilem de Sa-  
racenis victoriam impetrasses; & ille  
nec DEO, nec tibi ingratus, Alcobaci-  
am, velut triumphii monimentum æ-

ternum



ternum, munificentia verè regiam ere-  
 xisset: in datis ad eum literis, gratia-  
 rum actionem, & prophetiam inferu-  
 isti, *In divisione, inquit, reddituum, di-*  
*videtur à vobis corona vestra.* quam im-  
 plevit Henricus Cardinalis, ultimus il-  
 lus stemmatis Lusitaniae Princeps. Ad  
 hujus vatidici spiritus lumina spectat  
 gemina in Claravalle visio: quarum  
 prior ingens incrementum prænun-  
 cians, infinitam hominum vestes suas  
 layantium multitudinem exhibuit: al-  
 teram proposuit cohors Angelorum, mente,  
 in eo sylvæ loco suaviter canentium, intue-  
 in quo post plures deinde annos novi  
 monasterii ædificia surrexerunt. Aliâ-  
 rum apparitionum tantus est nume-  
 rus, ut grande volumen contexendum  
 foret, obiter tantum recensere volen-  
 ti, quoties filiorum tuorum precibus  
 extremam alibi morientium luctam  
 commendaveris: quoties te longè ab-  
 sentem corpore, spiritu tamen præsen-  
 tem; & excitantem pro more psallen-  
 tes, conspexerint Clarævallenses tui:  
 quoties denique tibi per quietem obla-  
 ta fuerit species illorum, quos postri-  
 die ad mundi contemptum, nihil mi-  
 nus tunc cogitantes, eras vocaturus,  
 vel prodigioso sanitatis beneficio do-  
 naturus. *Sed & mihi in mellifluis libris*  
*tuis*

Anno  
 1580.  
 ad Phi-  
 lip. II.  
 Hisp. R.  
 devo-  
 luta.

Fixa in  
 Deo u-  
 bi que  
 mente,  
 intue-  
 batur  
 futura  
 velut  
 præsen-  
 tia.



Ut vi- *tuis seriò vaticinarius: dum mortem, quam*  
 vimus. *nemo sanæ mentis non desiderat beatam, à*  
 sic mo- *matura ad illam præparatione pendere,*  
 rimur. *ut sit felix, passim prædicis. Sufficiet mihi*  
*hoc vaticinium identidem versare animo:*  
*vitâque meam sic instituere, ut de illius*  
*eventu aternùm gaudeam.*

*Floruit* B. BARTHOLOMÆE: libero-  
*anno* rum sanctimoniâ insignium genitor  
 1235. piissime: quos omnes post mortem u-  
 xoris cum reliqua familia, in tribus à  
 te conditis monasteriis Cistercio con-  
 secravisti. Major pars cessit Nazare-  
 thano Parthenoni: cui & tu denique  
 in habitu ac labore Converforum usq;  
*Cœlitùs* ad vitæ finem humiliter serviebas. Ex  
*cogno.* hac autem miseriarum valle migratu-  
*scit suâ* ro cum flentes filiæ assisterent, tu eas  
*salutē.* gaudere potiùs iussisti, quandoquidem  
 cœleste promissum de tua illarumque  
 æterna felicitate reddiderit te securum.  
*Ridere in hoc exilio, an flere deceat, monet*  
*vulgaris ille versiculus, semper rememo-*  
*randus: Fleres, si scires, unum tua tempo-*  
*ra mensem: rides, cùm non sit forsitan u-*  
*na dies.*

*Floruit* B. TUDECA: quæ non procul ab  
*circa* Acroniano lacu solitariam domum  
*annum* cum paucis aliquot sodalibus incolens,  
 1232. vitæ sanctimoniâ vicinos ad tam libe-  
 ralia dona permovisti; ut ad radicem  
 montis



montis Pussii insigne monasterium In-  
stituti Cisterciensis construxeris. Ubi  
in sincera puritate mentis DEO servi-  
ens, securam de retributione cœlesti a-  
nimam conspectui Judicis presentasti.

*Quàm terribilis erit impijs justissimus Ju-  
dex, tam amabilis apparebit innocen-  
tibus. Sed modò tempus est placandæ illius con-  
tra nos iræ, si vulum parcentis, non vin-  
dicantis aspicere aliquando cupiamus.*


S. BERNARDUS, ser. 3. sup. Miss.

*Non possunt perire, pro quibus Fi-  
lius orat, ne pereant: pro quibus Pa-  
ter tradidit Filium in mortem, ut vi-*

Placan-  
dus Ju-  
dex an-  
te judi-  
cium

Spes de  
miseri-  
cordia  
Divina.

*vant. Æqualiter ergo ab utroq; ex-  
pectanda est venia; quibus æqualis  
est in pietate misericordia, par in vo-  
luntate potentia, una in Deitate sub-  
stantia.*



25. Augusti. 8. Cal. Septemb.

Purgatum mentis oculum à me exi-  
git hodierna dies, quæ te, Innocen-  
tiæ speculum BERNARDE, exhibet

Doctor  
Ange-  
licus  
hoc dat  
illi elo-  
gium.

ANGELUM

PURITATE VIRGINEA.

Suffragatur huic titulo Doctor Ange-  
licus: qui cùm disertè novem præci-  
puas



\* in  
serm.

Lac à  
sola  
matre  
recipit.

Ejus  
formæ  
struū.  
tur in-  
sidia:

quas  
prodē-  
do fu-  
gat.

puas gemmas totidem virtutibus my-  
stica comparatione aptasset, ita con-  
cludit sermonem. *Lapides isti significant*  
*novem Ordines Angelorum, quibus dota-*  
*tus B. Bernardus: qui habuit in se viri-*  
*tes, & officia omnium novem Ordinum*  
*Angelorum.* \* Quamvis autem rarissi-  
ma sit ista felicitas, ut quis innocentie  
vestem de lavacro sacri Baptismatis il-  
labem sepulchro inferat; id tamen ut  
de te sine dubitatione credam, argu-  
mento mihi est, atatem præcurrens  
Divina Gratia: quæ Rationis vice te  
gubernans, infantiam adultis actioni-  
bus informabat. Nec enim ab aliis un-  
quam nisi matris uberibus pendere su-  
stinebas: cum ipsa cæteroquin pro mo-  
re matronarum nobilium, reliquos li-  
beros nutricibus lactandos committe-  
re soleret. Ea deinde fuit adolescentis  
species, & pulchritudo nativa, ut inter  
amœnissimæ frontis lilia rosasque, pu-  
dor & verecundia propriam sedem e-  
legisse viderentur. At illa formæ ve-  
nustas, quantum ad te pertinebat, in-  
noxius thesaurus, alienis tamen oculis  
patens, prædones ad rapinam allexit.  
Verum jam gnarus, furibus nihil esse  
magis invisum proditione, structas in  
tenebris insidias, adhibitâ loco lumi-  
nis voce, *Latrones* adesse clamitans, dis-  
sipavisti.



sipavisti. De alia infestare te ausa lo-  
 qui superfedeo, utpote etiam à te solo  
 silentio ad fugam coactâ. Admiror in-  
 terea severitatem rigentis balnei, quo  
 in improvissum oculi nictum, sub sa-  
 lutationis obsequio quibusdam virgi-  
 nibus impertitum animadvertisti. Cæ-  
 terum ut omni te periculo vitiosi ar-  
 doris prorsus eximeres, sensuum exte-  
 riorum armis adeò carnem spoliavisti,  
 ut se vivere penè ignoraret. Oculorum  
 limes erat obedientia vel necessitas: ad  
 alia parum differebas à cæco: nam in  
 conclavi tyrocinii quot essent fenestre,  
 & cujus coloris pavementum superius,  
 totius biennii incola nesciebas. Auri-  
 um seras penetrabat omnino nihil, ni-  
 si de cœlo esset accersitum: quas cùm  
 aliquando amicis, te tyronem invisen-  
 tibus, ultra propositum liberaliùs ape-  
 ruisses; internæ consolationis dulcedi-  
 nem, sub illo colloquio amissam, vix  
 25. dierum lacrymis recuperasti. Gu-  
 stus ita erat emortuus, ut saporis ama-  
 ri dulcisve discrimen non facile agno-  
 sceret. Prodigium erat Medicæ artis  
 peritis, *ingeniem animam* tam imbecilli  
 membrorum fulcro non sustentari so-  
 lum, sed & sufficere ad continuos, ta-  
 lesque labores, quibus vel Athlantis  
 humeros fabulosa antiquitas censuis-  
 set fuisse

*Præca-*  
*vet in-*  
*cendio,*  
*extin-*  
*ctâ mi-*  
*nimâ*  
*scintil-*  
*lâ.*

*Sensus*  
*reddit*  
*penè in-*  
*sensibi-*  
*les.*

*Sine*  
*carne*  
*in car-*  
*ne vi-*  
*vit.*



190 ANNI CISTERCIENS.

fet fuisse succubituros. Sed ita nempe fieri oportebat, ut in carne viveres sine carne, verè Angelus terrestris. *Non indignabitur celestis Genius, in custodiam mihi datus, si & à te iam inter ipsorum choros letante petam, ut Angelum te mihi exhibeas: id est, ut custodias me in omnibus vijs meis, tunc maximè, cum viam universæ carnis ero ingressurus.*

Obijt

anno

1600.

B. JOANNES Marione, Fulienfis monache: qui per arctissimam noviter institutæ Reformationis semitam firmo pede progressus, multos ad sanctimoniam tuam imitationem verbo non minùs quàm exemplo induxisti. Sed

Hono-

res con-

temnit.

tunc se clarissimè ostendit heroica virtus, cum ad recipiendos honores generosus animus inexpugnabilis fuit. *Ad illam nimirum exaltationem aspirabas, quam humilitati non terrena vanitas, sed æterna Veritas promisit. Utinam eadem & me pertraheret ad humilitatis amorem!*

Floruit

anno

1187.

B. ARNOLDE de S. Severino, monache Hemmenrodensis; qui in hoc unum omnes curas impendisti, ut inter orandum mens tua DEO esset intimè conjuncta. Atque ut vanarum cogitationum molestiam dispelleres, sub ipsa pietatis contentione digitos movere solebas more ludentis in cythara: unde ferventiùs te orantem, vulgari proverbio, cytha-

Or. re

studet

devotè.

bio, cytha-



bio cytharizare dicebant. Quod suo aliorumque ingenti commodo expertus est B. Gualterus Birbachius, è naufragii & prædonum periculo per tuas preces ereptus. Cùm enim navigationis in Rheno socii ob tempestatem & insidias ultima metuerent, spe salutis eos erecturus: *Metum*, agebat, deponite: perire non possumus: nam in spiritu vidi Arnoldum nostrum pro nobis cytharizantem. Sonet etiam nunc ante Deum cythara tua; per quam oratio mea, mille mentis exiguionibus à Deo distracta, cum vera tandem aliquando devotione concordet.

*Orans,  
absēies  
servat.*

*Oratio.*

S. BERNARDUS, ser. 1. de Nat.


Quærat devotionis aquas, quisquis seminaverit bonorum operum semina: ut irrigatus fonte gratiæ bonæ conversationis hortus non arescat, sed in perpetua viriditate proficiat. Orat enim pro huiusmodi Propheta: & holocaustum tuum, inquiens, pingue fiat. Ut bona opera fervore devotionis, & dulcedine spiritalis gratiæ condiantur.

*Oratio  
est bo-  
ni o-  
peris  
condi-  
mentū.*



26. Aug.





26. Augusti. 7. Cal. Septemb.

*Sancto-* **M**irabilium factorum tuorum glo-  
*rum* riam, Apostolica virtute præmi-  
*vix ali-* nens BERNARDE, sive ex numero,  
*us ita* sive ex magnitudine placeat dimetiri,  
*per to-* non erit tam inaccessus in orbe locus,  
*tum or-* non gens tam inculta ac dissita, quæ  
*bem ex* non communi calculo, ore, styloque  
 fateatur, te esse

*mira-*  
*culis*  
*notus.*

## THAUMATURGUM INTER SANCTOS MAXIMUM.

Argui fortasse simplex audacia mea in  
 hoc dicto metueret, nisi gravissimi vi-  
 ri auctoritate fulciretur. Ea est Bellar-  
 mini, scriptoris clarissimi, qui de te  
 \* *Tom.* hoc profert elogium. \* *B. Bernardus*  
 2. *Cont.* pluribus miraculis claruit, quàm ullus  
 lib. 4. *Sanctorum,* quorum vitæ scriptæ extant.  
 cap. 14. Et adolescenti quidem jam solum cœ-  
 lumque obtemperasse, vidit præter a-  
 lios plures Hugo Matisconensis: quem  
 à proposito adeundi tecum Cistercii  
 resiliens, deductâ ex aëre innubi  
 pluvîâ, & mox iterum detergâ, ad me-  
 liorem mentem tevocâsti. Amplissi-  
 mam deinde prodigiorum s. getem ti-  
 bi obtulere Clarævallis primordia, ad  
 cujus



cujus extremam egestatem sublevan-  
 dam non alio usus es, quàm prodigio-  
 rum thesauro: cujus clavis erat oratio, *Ope mi-  
 raculo-  
 rum a-  
 lit Cla-  
 ram-  
 valle.*  
 ad quam, cùm urgebat necessitas, te  
 nunquam prosternebas; quin ad mo-  
 nasterii januam invenirentur, qui ob-  
 lato argento suorum desperatam vale-  
 tudinem tuæ pietati commendarent.  
 Illi autem plerunque in reditu obvios,  
 & de sospitate recepta gratulantes ha-  
 buere, pro quibus tuas preces expeti- *Mirū*  
 erant. Morbos ab aliis quasi per jocum *in mer-*  
 facessere jubebas aut adesse. Quod præ *bos im-*  
 aliis didicit Galdericus avunculus, me- *peritū.*  
 dicam manum tuam, quam pridie ob-  
 jurgaverat, in acutissimo capitis dolo-  
 re expertus. Idipsum de se refert Gui-  
 lielmus Abbas S. Theoderici: quem ex  
 Claravalle ante definitam à te diem  
 discessurum, revocatâ, quam ab eo pe-  
 puleras febri, remanere coëgisti, do-  
 nec sospitem ad suos remittere placue-  
 rit. Sed ut immenso quodam miracu-  
 lorum tuorum oceano portum com- *Ita nu-  
 merat*  
 pendio attingam; pro me loquantur *mira-  
 cula S.*  
 surdi & muti, quorum 180. audiendi *Bern.*  
 fandique facultatem reddidisti. Ac- *Ignati-  
 us Fir-  
 minus.*  
 currant 126. claudi, quos erexisti in  
 pedes: hi 221. cæcis utantur ducibus, à  
 te luminis usu donatis: manus tollant  
 ad sidera, 184. brachiis aut alia parte  
 I i corporis



*Summa  
prodi-  
giorum  
est 870.*

corporis manci, grates pro recepto vi-  
gore referentes. Tres porro mortui vi-  
tam, 125. contracti restitutas vires, 11.  
amentes serenitatem Rationis, 60. de-  
nique alii diversis languoribus afflicti  
plenam sospitatem se tibi debere fate-  
antur. Et ista quidem enucleatè recen-

*Major  
est eorū  
nume-  
rus,  
quæ à  
scripto-  
ribus  
non re-  
censentur.*

sent fide dignissimi gestorum tuorum  
scriptores, qui tamen & id credi vo-  
lunt; his plura notantium diligentiam  
subterfugisse. Enimverò quis illo-  
rum inerat numerum, quæ de fenestris  
hospitiorum edidisti: dum frequentis-  
sima multitudo, maximè Coloniae &  
Mediolani, fores obsidens, te ab egres-  
su prohibuit: ita ut Spiræ Conradus  
Imperator te propriis humeris efferre  
ex Ecclesia non erubuerit, ne ab irruen-  
tium, & saltem vestes tangere cupien-  
tium, impetu opprimereris? Quis pa-  
nes Tolosanios ad numerum revocet;

*Inau-  
dita in  
Deum  
fiducia*

quos cum distribueres, adderetq; Go-  
defridus Carnoti Episcopus: firma fi-  
de sumpturis fore salubres: tu rejecta  
omni conditione, simpliciter gustanti-  
bus sanitatem promissisti? Si in pulve-  
re vestigiorum tuorum invenerunt so-  
lem cæci; in unda, quâ manus lavisti,  
morbidi pharmacum; quæ Rhetorica  
non *antonomastice*, quæ historia non *e-*  
*minenter*, quæ Grammatica non *super-*  
*lativè*



lativè: quod denique prælum non pal-  
 mari Cānone te sribat Thavmaturgum,  
 imò miraculum inter patratores mira-  
 culorum? Tot miserorum clementissimè S. Ber-  
 misertus, divinam manum tuam & mihi nardus  
 misero porrige. Non est opus, ut infirmi. patro-  
 natus meas multis tibi verbis exponam: a nus mi-  
 calce usque ad verticem non est in me sani-  
 tas: ad quam mihi restituendam nihil re-  
 stat, nisi ut humillimè orantem exaudias.

B. SIBOTE, Baro de Gundelfin. Floruit  
 gen, Episcopo Augustane: quam Pon- anno  
 tificiam sedem cum inclytis virtutum 1260.  
 actibus, præsertim munificentia erga  
 Cistercienses, per annos plurimos egre-  
 giè illustravisses; tandem ut te sacri e-  
 jusdem Instituti verum amatorem o-  
 stenderes, in monasterio Cæsariensi,  
 admirante tota Germania, sed applau-  
 dente cælo, magni Præsulis nomen  
 sub humili cuculla condidisti; affecu-  
 tus vitæ finem, uti optaveras, sanctis-  
 simum. Sagitta de arcu excussa non in-  
 congruè comparatur velocissimè transvo-  
 lans vita humana. Nobilissimam metam  
 Deus cælum præfixit. Infelicem! qui aliò  
 labores & studia sua collineat.

B. BALDUINE, Dunensis mona- Floruit  
 che, piorum librorum lector studiosis anno  
 sime: ex quibus cum unum singulari- 1276.  
 ter charum aliquando amisisses, ab o-  
 ratione



Librū  
amissū  
orando  
reperit.


Vere-  
cundia.

ratione non prius surrexisti, quàm il-  
lum coram te positum aspexeris. In  
Levitarum numerum relatus, sub sa-  
era functione toto in DEUM animo  
raptus, verecundā morum modestiā  
Angelum repræsentabas: ad quorum  
confortium assumptus es, antequam  
altiori Ordinum gradui per ætatem i-  
doneus fores. Non juventuti solum, sed  
omni ætati imitanda virtus est, verecun-  
dia: cuius pulchritudo licet seipsam satis  
commendet; ex contrario tamen magis elu-  
cescit, quo tamen in ipsis etiam bestiis ex-  
cramur, ne dum in homine.

S. BERNARDUS, ser. 86. in Cant.

Ejus e-  
logia.

Verecundia est expunctrix malorum,  
propugnatrix pudicitie innata, speci-  
alis gloria conscientie, & fama custos,  
vitæ decus, virtutis sedes, virtutum  
prematura laus, & insigne totius ho-  
nesti.



27. Augusti. 6. Cal. Septemb.

Claudet Octava hæc dies solenne  
festum, teque, ô summum Cistercii  
decus BERNARDE, venerabitur

**PATRIARCHAM**  
**ORDINIS PROPAGATIONE**

Latchat



Latebat in sylvæ tenebris septendecim  
 annis sterile Cistercium: cum S. Abbati *Ad œ-*  
 Stephano, non tam dilatandi, quam *tus S.*  
 conservandi Ordinis cupido, oracula *Bern.*  
 cœlestia promissere; ingens brevî ori- *in Ci-*  
 turum sidus, quod sacri Instituti radi- *stercit*  
 os per omnes mundi plagas circum- *revela-*  
 ferret. Et Patrem te fecundissimum *tur S.*  
 fore Stephanus agnoscere potuit, cum *Steph.*  
 te triginta jam in sæculo filiis auctum  
 suscepit. Firmata biennio post apud  
 Claramvallem sede, divinum illud al-  
 veare adeò numerosa prole identidem  
 implevisti; ut licet bina vel terna quot-  
 annis apum examina emiseris, aliquot  
 tamen alumnorum centurias continu- *700. fi-*  
 a serie numeraveris in domo paterna. *lios in*  
 Sanè ex hac vita migrantis fatalem le- *sola Cla-*  
 stulum septingenti ambiebant. Sub *ravalle*  
 38. annorum regimine circiter octo- *reli-*  
 ginta filias è proprio sinu produxisti: *quit.*  
 quarum viginti tulit Gallia, undecim  
 Hispania: septem per Campaniam di-  
 stribueras: sex Belgio, quinque Anglis, *80. mo-*  
 ac totidem Hibernis dedisti: Burgun- *nasteri-*  
 dia quatuor accepit, eundem nume- *a fun-*  
 Italia, & Sabaudia: Sueci, cum Germa- *davis.*  
 nis utrique binas admiscere: Hungari.  
 am denique, & Daniam singulis dona-  
 visti. Sed hæ simplici Patris titulo te  
 venerabantur: donec progenitæ ex iis



*Pater  
160. mo-  
nasteri-  
orum  
obit.*

neptes proneptésque, ad centesimum sexagesimum excrecentes numerum, magni Patriarchæ honorem tibi asseruere: rarâ, & hætenus inauditâ gloriâ: dum Ordini, cujus auctor non fu-  
cras, nomen Bernarditarum tribuisti. At contrahenda sunt tandem vela, & tenendus silentii portus. Quis enim sum ego, ut id assequi me posse in te dignè exornando existimem, cui aliquot sæculis summa ingenia se fatentur succubuisse? Relinquam ea, quæ su-

*Simu-  
lacrum  
singu-  
lare pi-  
etatis  
est Ber-  
nardus*

perant vires meas, robustiore stylo ar-  
matis: ego te sub una Pietatis imagine mihi propono; hac pia invitatus epi-  
graphe, quæ plerunque ad effigiem tu-  
am solet apponi:

*Si Pietas proprium vellent sibi sumere vul-  
tum,*

*Hanc, Bernarde tuam sumeret effigiem.  
Ad hanc, velut post Deum ac Mariam sa-  
lutis mea asylum, humillimâ mentis fidu-  
ciâ procumbo: hanc imploro in temptationū  
periculis: in afflictionum procellis in voco:  
vitæ meæ cursum ita tu dirige, ut moriun-  
rus, pro patrocinio tuo gratias tibi æternas*

*In me referam verbis Seraphici Doctoris Bona-  
dit. de venturæ, quæ ad calcem opusculi à se con-  
vita scripti apposuit:*

*christi, DEO gratiarum actio, & B. BER-  
cap. 37. NARDO, servo ejus dulci & fideli.*

*B. G. E.*



XXVII. AUGUSTI. 199

B. GERARDE, Sacrista Claræ-<sup>Obijt</sup>  
vallis: qui juveniliū annorum tene-<sup>anno</sup>  
ritudine per constans animi robur su-<sup>1162.</sup>  
perata, in virum perfectum evasisti.  
Cumque tempus propinquaret quo e-  
meritus miles transires ad palmam, &  
solita pietate sub noctis silentio puras  
ad DEUM manus levares, divinitus <sup>Mortē</sup>  
pulsatā mortuali tabulā vicinæ mortis <sup>iristare</sup>  
admonitus, horam ultimam ingenti le-<sup>præno-</sup>  
titia expectavisti. Receptis deinde de-<sup>scit.</sup>  
votione summa Ecclesiæ Sacramentis,  
junctas manus immobiliter ad iconem  
pendentis in Cruce Servatoris extensas  
nec post emissam innocentem ani-  
mam retraxisti. *Saluberrimè me mones,  
ut multo piorum actuum exercitiis bonas  
consuetudines mihi studeam comparare: si  
nempe tua tam sancta morte opto defungi.*

B. RAPATO, Comes Abember-<sup>Floruit</sup>  
gensis: qui consentiente pia conjuge <sup>circa</sup>  
Mathilde, monasticam paupertatem <sup>annum</sup>  
in cœnobio Ebracensi, magno Ordini <sup>1132.</sup>  
nis emolumento, amplexus es: dum e-  
xemplum tam nobile plurimos ad se-  
quelam induxit; ac te promovente he-  
restuus, frater germanus, insigne mo-  
nasterium Heilbrunnense (aliàs Fons  
Salutis) crexit, & magnificè dotavit.  
*Non deest & mihi Fons salutis, de quo in-  
numera & immensa in me beneficia pre-*







ebas, & esse cum Christo. Deficientibus itaque in dies viribus, uni huic curæ totum te impendisti, ut ultima hora non imparatum inveniret. Huic tuę pietati invidus ille, cujus invidiâ mors *Ad-* intravit in mundum, verè omnem lapidem movit; ut patientiæ tuę castel- *grave-* lum in illo luctu periculo expugnaret: *terle-* ingens quippe saxum è muro in ca- *diur.* put decumbentis excussit, vulnus infligens, per quod animæ patuisset via ad cælum: sed hæc parabatur laboribus tuis merces, ut Martyrii Laureola coronatus de morte triumphares. *Utinam Temp*  
*o meo animo inesse hæc pia temporis sa-* ferax  
*lubriter impendendi avaritia; quam in* lucri.  
*me parere deberet consideratio lucri, dum*  
*pro brevissimo labore finem non habitura*  
*quies rependitur.*

B. MALACHIA, Episcopo Jacen- *Obis*  
 sis: ad quod dignitatis fastigium te *c- anno*  
 vexit præter eruditionem, vitæ inte- *1606.*  
 gritas, quam juvenis in Hortensi monasterio imbiberas, & gemina muneris Abbatialis administratione feceras  
 perspectam. Admirabili utebaris in *Exem-*  
 gubernatione decennali solertia. Nam *plar E-*  
 Clericorum omnium per totam Dio- *piscopo-*  
 cesim nomina, doctrinam, mores, in *rum.*  
 libro descripta gerebas; illinc hauriens  
 consilia, sinè personarum acceptione,  
 iis promovendi



*Paup-  
res ju-  
vat.*

promovendi idoneos; & ab officiis ar-  
cendi indignos. Altera curarum pars  
egeni erant: quibus multò plus erogare,  
quàm à cathedræ proventibus acci-  
pere videbaris. In prædicatione Verbi  
divini apparebat in te zelus Apostoli-  
cus: quem ornabat insignis facundia.  
Nulla tamen laborum moles tam gra-  
vis incumberebat, quin monasticæ disci-  
plinæ rigorem à te strictissimè, usque  
ad extremam vitæ horam, exigeres.  
*Imitari conabor hanc vigilantiam tuam:  
& sicut hætenus ultima inter curas fuit  
salus animæ; ita deinceps primum locum  
obtinebit.*

S. BERNARDUS, s. 3. in vig. Nat.


*Cura  
salutis*

*Dicendum cum sancto: Anima mea  
in manibus meis semper. [ps. 118.]  
Et sicut, quod in manibus nostris te-  
nemus, non facile obliviscimur: sic  
nunquam obliviscamur negotium a-  
nimarum nostrarum, & illa cura  
principaliter vigeat in cor-  
dibus nostris.*



29. Aug.





29. Augusti. 4. Cal. Septemb.

B. GUILLIELME, monache Heister-<sup>Obijt</sup>  
 bacensis: qui triplicem amoris di-<sup>anno</sup>  
 versi aleam celeri cursu expertus, in ul-<sup>1110.</sup>  
 tima tandem felicitatem sinceram in-  
 venisti. Deperibat te Mundus; splen-  
 dorem generis, opes, & delicias offe-  
 rens: sed has jam puer contempsisti. A-  
 maverat sacer Ordo, summa futuræ  
 sanctimonie spe de te concepta: hanc  
 altera ab emissis Votis die mors præ-  
 cidit. Sic cœlo tandem victoria cessit:  
 ad quod te lætissimo itinere pergen-  
 tem Prior conspexit. *Æterno multis e-  
 xilio fuit longioris vitæ securitas, quam  
 nobis falsò promittere solemus. Tu doce me  
 securitatem bene moriendi in quotidiana  
 ad mortem præparatione reponere.*

B. MEYNERE, Prior Hemmenro-<sup>Floruit</sup>  
 densis: qui ad consilium melliflui Pa-<sup>anno</sup>  
 tris BERNARDI, relicto Trevirensi<sup>1170.</sup>  
 Canonicatu, monachum eximie pie-  
 tatis induisti. Nam præter statutum  
 orationis in Choro pensum, bis per  
 diem omnes Davidis psalmos percur-  
 rebas. Nec ab ista devotione impediri  
 te permittebas officiorum laboribus,  
 à quibus per annos triginta nunquam  
 liber fueras. Laudabilem deniq; vitæ



204 ANNI CISTERCIENS.

Scala  
ad celū  
scādit.

cursum emeritus senex beata morte absol-  
soluturus, scalam vidisti, à lectulo tuo  
in cœlum usque pertingentem: quam  
etiam post læta consolationis verba,  
ad circumstantes facta, feliciter con-

Scala  
graduū  
humili-  
tatis.

scendisti. *Erexit & mihi scalam, unicam  
sanè ad cœlos viam, sanctissimus Legisla-  
tor; quam nisi nunc scandere, frustra tu-  
am moriens expectabo. Tu manum prabe  
conanti, ne semper in infimo volentium, et  
non facientium, gradu inutiliter haream.*

S. BERNARDUS, de morib. Cler. c. 14.

Latera  
scalæ  
virtu-  
rum

Totum, quod à via vitæ & discipline  
deterret filios hujus sæculi, totum quod  
exercet interim servos Dei, in his duo-  
bus est, quæ sub uno versu Propheta  
commendat: *Vide, inquit, humili-  
tatem meam, & laborem meum. Hæc  
sunt latera scalæ, Vilitas, & Asperi-  
tas: quibus deinceps interna virtutis,  
& gratia gradus firmiter inferantur.*

(✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠)

30. Augusti. 3. Cal. Septemb.

Obijt  
anno  
1167.

**B**ERO, monasterii de Armentera à  
te constructi Abbas: qui cum ali-  
quot annis in sterili conjugio piè iustè.  
que vixisset: heredem opulentissimæ  
possessio-



possessionis DEUM scripturus, ædem  
 ipsi sacram condidisti, monachis ex  
 Claravalle adductis, qui illam primi  
 incolerent. Hi te non Fundatoris tan-  
 tum, sed etiam Abbatis titulo coluere.  
 Quod varia Principum Diplomata di-  
 fertè testantur, tui celeberrimam me-  
 moriam posteris, etiam sub successore  
 Martino, Magni Eronis nomine ho-  
 norantia. Non defuit, qui nimis cre- *vide*  
 dula pietate opinabatur, te senem il- *Angel.*  
 lum fuisse, quem ajunt, ultra duos sæ- *Mariq.*  
 cula aviculæ cantu raptum, dum ver- *ad an.*  
 siculum psalmi, *Mille anni ante oculos 1167.*  
*tuos, tanquam dies hesternæ &c. medita- c. 7.*  
 retur. Sed prodigiosum contemplato-  
 rem illum, quacunque demum ætate  
 vixerit, à te longe fuisse alium, histo-  
 ricæ veritatis indagatores multis rati-  
 onibus demonstrant. Ego interim ver- *Ater-*  
 siculum illum insignam memoriæ meæ: ex nitatis  
 eo dimeciar hujus vitæ non tam brevitæ *ponde-*  
 tem quàm nihilum: alterius verò longitu- *ratio.*  
 dinem, seu felix seu tristis eveniat, immen-  
 sam. Si enim minus nihilo sint mille anni,  
 quis numerabit infinitas myriades, quæ  
 tamen nec initium sunt æternitatis, ne-  
 dum finis?

**B. GUNTHER:** qui ex oppido *Obijt e.*  
 Bonnenfi oriundus, unâ cum duobus *a. m.*  
 sociis Cisterciense Institutum in mona-




sterio Novi Castri amplexus es. Quorum alter à te summè dilectus cum morte præmatura decessisset, ex desiderio continuandi in cœlo tam dulcis consortii, multum lacrymarum ad illius tumulum effudisti. His denique finem fecit vox inde emissa, paucos intra dies pii voti te compotem futurum

In Deo pollicita. *Nihil tam vehementer desiderat cor humanum, quàm suam felicitatem: sed quoties alibi hanc quærimus, quàm ubi tu illam invenisti, in cœlo nimirum, & in Deo, qui solus hunc amorem exsatiat!*

S. BERNARDUS. ser. 83. in Cant.

DEUS *Magna res amor: si tamen ad scopum recurat principium, si sue origini redditus, si refusus suo fonti, semper sumat, unde jugiter fluat.*



31. Augusti. Pridie Cal. Septēb.

Pass.  
saeculo  
1500.

SANCTI Martyres Anglicani, illustres victimæ furibundæ hæresis: quos in variis Insulæ locis per diversa tormentorum genera, Henricus VIII. & Elisabetha promoverunt ad palmam. Vestra quidem nomina cœlo magis nota sunt quàm terræ: quia tamen in plenissima monachis cœnobia pestis hæc dira defævit, invictos animos vestros, cum no-



cum nomina latent, nostra devotione veneramur. Vos de vestris jam coronis securi, nobis adhuc in prælio stantibus succurrite: tam facile illud vobis, quam infirmitati nostræ necessarium.

B. GERTRUDIS, Abbatissa Bilo-  
 cæ in Flandria: quæ à parentibus ob anno  
 raram formæ venustatem conjugio 1400.  
 destinata, per mirabilem lacrymarum  
 pugnam impetravisti, ut tibi Christo  
 Sponso adhærere liceret. Cum enim  
 soror tua pretioso vestis ornatu com-  
 pra jamjam ad monasterium deduce-  
 retur, atque uberrimè hanc sortem su-  
 am defleret: tu è contrario ploratu mi-  
 nimè infantili diceres, te verò infelicis-  
 simam, cui pro virginali velo virum  
 parentes obtruderent. Pro felici utrim-  
 que omine acceptum est hoc duellum;  
 utrique sua permissa libertas; par utro-  
 bique exultatio, nisi quòd optimam  
 te partem elegisse, paulò altiùs gloria-  
 baris. Sic admissa, velut olim corpo-  
 ris specie cæteros homines, ita brevè  
 sacras virgines animi decore anteibas.  
 Elucebat præcipuè charitas: ad quam  
 pro voto exercendam gratissima occa-  
 sio fuit, annexum monasterio xeno-  
 dochium, receptaculum quocunque  
 morbo infectorum. Hic tibi nec ulce-  
 rum graveolentia nauscam, nec obse-  
 quiorum

Lacry-  
 mis cū  
 sorore  
 de sta-  
 tu eli-  
 gendo  
 certat:

Ardet  
 chari-  
 tate.



quorum extrema vilitas creavit horrorem; quin omnibus infatigabili diligentia, parique animi puritate inservires. A quo labore etiam in Abbatissam electa te nunquam eximi patiebaris. Atque ita Mariæ simul ac Marthæ munere fideliter expleto, sanctimoniarum famâ celebris, migrasti ad Sponsum. Ad

*Odium concipiendum summum peccati odium, & peccati virtutis amorem, sufficeret ista serio perpensa dignatio, per quam fidelis anima Dei sponsa dici meretur; licet nulla inferorum tormenta Deus minaretur. Tu esto anima mea pronuba, eamque, de non servata fide dolentem Sponso reconcilia.*


S. BERNARDUS, Dō. i. p. Epiph. f. 8.

*Magna Unde tibi, ô humana anima, unde dignitas animæ Dei? unde tam inestimabilis gloria, ut ejus sponsa merearis esse, in quem desiderant Angeli ipsi prospicere? Vide, quibus brachys vicarie charitatis redamandus, & amplectendus sit, qui tanti te estimavit, imò qui tanti te fecit.*



ANNI





ANNI  
CISTERCIENSIS  
SEPTEMBER.

I. Septembris. Calenda.



BEATE THEODAR-<sup>96ijē</sup>  
DE, monache Caræ Sil-<sup>anno</sup>  
væ in Dania: qui ex vi-<sup>1157.</sup>  
ta hac misera ad meli-  
orem discessurus, pate-  
fecisti, quàm tibi præ-

ter alia virtutum insignia cordi fuerit <sup>Caues</sup>  
pudoris integritas: cui conservando e- <sup>pudori</sup>  
tiam ultra vitam curas extendisti, cœ- <sup>post o-</sup>  
lo sollicitudinem tuam adjuvante. In- <sup>bitum.</sup>  
de enim instructus, quâ die & horâ sis  
moriturus, instantissimis precibus im-  
petravisti, ut lavacrum, mortuis exhi-  
beri cosuetum, paucis ante obitum  
horis vivus reciperes; atque ita custo-  
dia verecundiæ in tua potestate mane-  
ret. Gratum fuit hoc spectaculum su- <sup>Calices</sup>  
peris; quorum plures, præcunte Serva- <sup>moriēti</sup>  
tore, fatali lectulo assistere, animâ <sup>assistit</sup>  
que ad



que ad beatitudinis suæ felicissimas sedes transferre, visi sunt. *Sequar te, me*

*Studiū adhortantem ad amorem pulcherrimæ vir-*  
*purita-* *tutis; cuius odor adeò gratus est cœlibus.*  
*tis.* *ut egredienti animæ obviam processerint:*  
*id officij toties præstituri, quoties tanta pu-*  
*ritatis domicilium invenerint.*


*Floruit* BÆGIDI, monache S. Martini de  
*circa* Castañeda: qui post diu probatam vi-  
*annum* tæ monasticæ sanctimoniam ad cre-  
 1270. mum te cum socio contulisti. In qua

ita apud vicinos terræ incolas inclaru-  
 isti; ut sepulchro tuo ædem sacram in-  
 struxerint: in qua mox contra omnes  
 morbos antidotum, præsertim surdi-  
 tatem, è longinquo advenientes sup-  
 plices obtinuerunt. *Periculi majoris est*  
*Verbi* *surditas cordis, quàm aurium.* *In hanc*  
*divini* *in me tibi supplice sana: ut tandem audi-*  
*auditio* *am Evangelicæ illius tubæ vocem: Facite*  
*dignos fructus pœnitentiæ, antequam ter-*  
*ribilis tuba insonet: Venite ad Iudicium.*

S. BERNARDUS, ser. 2. de vig. Nat.  
*Pœni-* *Quisquis ardentem non desiderat pœni-*  
*tentia.* *tentiam, videtur operibus dicere, non*  
*indigere se pœnitentia: & ita suam*  
*non confiteretur culpam, aut non posse ei*  
*prodesse pœnitentiam: sic & divinam*  
*non confitebitur bonitatem.*

2. Septemb.





2. Septembris. 4. Nonas.

B. MARGARITHA, Virgo Lova-Passa-  
 niensis: quæ unâ cum hero tuo Vil-circa  
 larium petens, ut sacrum Cisterciense annum  
 Velum susciperes, in ipso itinere à la-1225.  
 tronibus crudeliter interempta, loco  
 vestis candidæ purpuream cœlis intu-  
 listi. Corpus in undas projectum pisces *prodi-*  
 adverso flumine trahentes, non longè *gijs ejus*  
 à Lovanio in ripam exposuere. Quod *merita*  
 invetum piscatores, ne in suspicionem *mani-*  
 patrati sceleris venirent, fabulo texe-*festan-*  
 runt. Sed justum sepulturæ honorem *tur.*  
 tibi denegante terra, cœlum parenta-  
 vit, accensis circa tumulum lampadi-  
 bus, quæ sinè oleo per totam noctem  
 splendebant. Ad quam lucem popu-  
 lus magnâ frequentiâ concurrens, cru-  
 entas exuvias è terra refossas in medio  
 civitatis tumulavit, superimpositâ sta-  
 tim ædiculâ, quæ in hodiernum usq;  
 diem splendore prodigiorum illustra-  
 tur. *Elucet in te ad miseriæ nostræ solati-*  
*um, Divinæ in nos miserationis propensio;*  
*quæ solius voluntatis pietatem tot prodi-*  
*gijs commendavit. Tu Deum ora, ut qui dat*  
*velle, det etiam perficere.*

Pia vo-  
luntas.

B. CLEMENS, cognomento Gi-Ob. añ.  
 menez, monasterii Vallis Paradisi in 1534.  
 Hispania



Imita-  
tur  
Mariæ  
virtu-  
tes:

Hispania monache: qui sacratissimam Virginem Deiparam pro vitæ speculo tibi proponens, animi corporisq; puritatem, tuimet contemptum, carnis affligendæ severitatem, aliasque ejus virtutes egregiè æmulatus es. Illa vicissim sese elementissimam erga te patronam exhibuit; præsertim circa ultimam cum morte luctam. Cùm enim quæ ei demon viriliter dimicanti per horribi-  
muri- les larvas importunus insisteret, adfuit  
bundo illa multo circumfusa splendore: quo  
assistit. infestum agmen in fugam aversum integram tibi permisit victoriam. Cui tu

Cruz  
scutum  
contra  
hostes.

latissimum præana accinens, Servatoris in Cruce pendentis effigie instar vexilli in altum erectâ: Vicinus, ajebas, vicinus, fratres, fusus est fugatusque hostis. Inter quæ verba auspiciatissimam certaminis gloriosi Ducem secutus es ad triumphum. In manibus nostris est, quoties non sponte vinci volumus, de hoste maligno victoria; modò fortissima Crucis arma in subsidium prehendamus; per qua nempe primum de orco trophæum ipsa Dei virtus erexit. Hac itaque sint uniceffes mea, hoc scutum meum in ultimo cum inimicis meis conflictu.

S. BERNARDUS, ser. i. de Epiph.  
De te, Domine Jesu, suppleo, quod  
minis



minus habeo in me. O dulcissima  
 reconciliatio! ô satisfactio suavissima! Recon-  
 ciliatio nostra  
 & verè reconciliatio facilis, sed peru- Chri-  
 tilis; satisfactio parva, sed non par- firs est.  
 vipendenda! Etenim quàm facilis  
 modò, tam difficilis erit postea. Et si-  
 cut modò nemo est, qui reconciliari  
 non possit, ita post paululum nemo, qui  
 possit.



3. Septembris. 3. Nonas.

B. HENRICE, Trecensis Episcopo: Obijt  
 qui illustre illud cœli Austriaci si- anno  
 dus Ottonem, unà cum aliis quinde- 1169.  
 cimè prima Germanorum nobilitate  
 juvenibus Parisios comitatus, in redi-  
 tu Morimundense monasterium invi-  
 sisti; & cum sociis, sese mutuò adhor-  
 tantibus, mundo mortuus, Religioni  
 sanctiùs vivere cœpisti. Veluti autem  
 reliqui omnes ad Ecclesiasticas digni-  
 tates promoti sunt; ita & te Villarium  
 Metense primum Abbatem, deinde ul-  
 tra viginti annos Urbs Trecensis Anti-  
 stitem venerabatur. Sed texerunt ni-  
 mirum, non exuerunt animum ac ve-  
 stem Cisterciensem Pontificia corpo-  
 ris ornamenta: quod etiam post fata  
 testatum



testatum esse voluisti, delecto in sepulchrum monasterio Bulencuriæ, à te olim monachis de Clara valle accersitis impleto. *Fac, ut animus meus cum exteriori veste concordet: est enim turpissimum mendacij genus, aliter vestiri, aliter vivere.*

*Floruit* B. EUPHEMIA, monasterii Hovenensis in Flandria monialis: quæ *anno* propè adhuc infans insidiantem calcaneo tuo serpentem antiquum, post *1219.* quotidianas victorias, vix denique in senectutis crepusculo penitus contrivisti. A spectris tibi passim occurrentibus quesitura quietem, caput virgineo Cisterciensium velo obnubilare decreveras: quod consilium cum nequissimus histrio sub larva senis frustra dissuasisset, & reluctantem jamjam è fenestra acturus esset præcipitem; invocato MARIAE nomine, confusus abcessit. Sociatæ postmodum sacris virginibus etiam verbera ingessit, quorum sævitiam aliquando brachii tumor, alias ejectus è pectore cruor prodiderat. His tamen torturis nihil aliud effecit, quàm ut Divini amoris ignem in corde tuo, quasi per ventum contrarium, vehementiùs accenderet, ac plures tibi tolerantia coronas contexeret. *Provocant me victoriae tuæ ad alacritatem pugnandi*

*Admone  
varijs  
modis  
impugnatur*

*ad meritum.*




gnandi contra hostem, absque meo consensu nihil uspiam nociturum. Si enim tibi verberum tyrannide auxit victorias, cur ego verbis, quæ sola suggerit, sterni me patiar infirmior feminâ miles?

S. BERNARDUS, ser. de Purific.

Quod frequenter, imò & semper admonere cupio fratres meos, obsecro & nunc: ambulemus non secundum carnem in carne, ne displiceamus Deo. Resistamus diabolo, & fugiet à nobis: ut liberè jam ambulemus in spiritu, & in cælis sit conversatio nostra.

Caro, & diabolus à Deo separant.



4. Septembris. Pridie Nonas.

B. SIMON, olim Abbas Caziaci, sub amictu nigro; ac tandem in cuculla candida Clarævallis alumne. Cujus ut te civem esse juberet Mellifluus Abbas, multis precibus frustrâ rogaveras à superstitite: vaticinio interim illius sustentatus, quo tibi fuerat pollicitus, te sub tectis Clarævallis extremum mortalis exilii certamen subiturum. Mox ergo ut ille cœlites auxit, abjectâ honoris sarcinâ, ad Claramvallem accurristi. Nec te à continuo perducendæ ad altiores gradus sanctimoniz labore

Obijt  
anno  
1161.



bore debiles per ætatem vires retarda-  
bant, quin ubique venerabilem te præ-  
dicaret sanctæ æmulationis fervor, in  
juvenibus aliàs sua dignus admiratio-

*Ange-* ne. Septennio inter terrestres illos An-  
*lico cō-* gelos moratus es: quo tempore etiam  
*sortio* cœlestes non rarò ad te colloqui fami-  
*gaudet.* liaris gratiâ descendebant: qui deniq;  
inter jucundissimos cantus dignam lu-  
o consortio animam secum ad sedes  
æternùm felices rapuere. *Utinam ego*

*Can-* fuliginosos habitus animi, firmatas pessi-  
*dor cō-* ma actuum frequentatione consuetudines,  
*sciētiz.* opposito virtutum colore mutarem! Fru-  
strâ enim consortium Angelorum sperâo  
ex vestimenti colore, nisi candor animi te-  
sterur, me esse cœli Candidatum.

*Obijt*

*anno*

1346.

B. FRIDERIC, Episcopo Eistet-  
tensis: qui ad sedem illam à Joanne  
XXII Pontifice Summo assumptus es,  
cùm te illi & generis & virtutum no-  
bilitas commendâssent. Præeras antè  
Waldsassensi & Eberbacensi cœnobio:  
& quia inter filios morari non licebat  
vivo, mortuum te illis reddidisti; ap-  
positus illustrissimis Majorum cineri-  
bus, Comitum Leuchtenbergensium.  
Ex regendi industria tu gloriam in terris,  
& in cœlo gloriam affecutus es; doce me  
ita regere animam meam, ut huic regno  
succedat regnum cœleste.


S. B. R.



S. BERNARDUS, *serm. 3. de Adv.*

Habes sub te, cui custodiam & disciplinam oportet exhibere, corpus tuum, quod sine dubio regendum accepit spiritus tuus. Debes ei custodiam, ut non regnet in eo peccatum: debes & disciplinam, ut dignos faciat poenitentiae fructus.

Custodia corporis.



5. Septembris. Nonis.

B. WALTERE Abbas Dunensis, & paupertatis & pauperum singularis amator: hos sanè supra te tibi charos fuisse testatus es, quando seminudum mendicum propria veste, cum aliud in promptu nihil esset, contexisti: in tales omnem mundi substantiam, si liquisset, effusus. Quem miserationis affectum cum pro voto, vetante inopia, explere non posses; atque alias solitariae pietatis desiderium te sollicitaret ad secessus delicias, curam pastorem dimisisti, sed statim per mortem successoris repetendam. Rediit simul cum regimine de filiis & egenis, sed accessione fortunarum jam paulò felicior charitas; donec te coelum illis, maximo utrorumque luctu, eripuit. Gra-

Obijt

anno

1189.

Pau-

peres

foves

K k

tissima



Miseri-  
cordia  
erga se.  
ipsum.

Obijt  
anno  
1168.

Obsti-  
natis  
vindi-  
ctam  
divinā  
prædi-  
cit.

tissima Deo virtus est misericordia: quæ,  
qua ratione mihi sit exercenda, Propheta  
monet: Miserere, inquit, animæ tuæ.  
Et illa scilicet nuda est meritis, & ne nu-  
ptiali Veste careat, Virtutibus vestienda.

B. GODEFRIDE, Abbas Schon-  
augiæ: qui ob eruditionis aliarumque  
virtutum famam ex alio monasterio  
ad gubernacula Schonaugiæ vocatus,  
magnanimo ardebas conservandæ S.  
Religionis zelo. Id horribili, præter a-  
lia mitiora, exemplo didicere aliquot  
Conversi: qui cum vestium quoddam  
genus contra Ordinis morem præde-  
cessorum indulgentiâ ipsis concessum,  
velut jure sibi debitum à te importu-  
nè exigerent; spretisque paternis ad-  
monitionibus, pertinaces jussionibus  
tuis refragarentur; eò tandem perversi-  
tatis devenere, ut sacratissima Nas-  
centis Christi nocte monachorum cel-  
las effringere, & indebita illa sibi vesti-  
menta, ne & aliis usui forent, in mille  
frusta discerpere decreverint. Nec te  
latebat furiosum consilium. Pridie er-  
gò convocatis vatidico incensus ardo-  
re prædixisti: præ foribus esse divinam  
in contumaces vindictam; nisi quan-  
tociùs resipiscerent, irreparabili dam-  
no experturos, quàm sit horrendum,  
incidere in manus DEI Ulciscantis.

Surdus



Surdis fabulam cantabas.: at profectò tragicam: nam perduellium antesignanus, dum in crepusculo complices ad <sup>Pœna</sup> audaciam concepti facinoris accensu-<sup>formi-</sup> rus per omnes angulos discurrit, subi-<sup>dabilis</sup> tò fronte in terribiles rugas contracta, oculisque fædè distortis, corruens, infelicem animam emisit. Quod ferale spectaculum velut à te multas commiserationis, ita à fontibus pœnitentiæ lacrymas expressit: peperit præterea in filiorum animis reverentiam & amorem, cum celebri sanctimonix fama, quam posteris reliquisti. *Sacræ nobis & profanæ historiæ passim obtrudunt pavenda superbiæ à Deo puniæ exempla. Compri-* mat suo quoque aculeo *superbiam meam* Rex apum

S. BERNARDUS, ser. I. de Adv.

*Quid superbis terra & cinis? Si su-* <sup>Super-</sup> *perbientibus Angelis Deus non peper-* <sup>bia ca-</sup> *cit, quanto magis tibi, putredo & ver-* <sup>venda.</sup> *mis? Nihil ille fecit, nihil oporatus est; tantum cogitavit superbiam, & in momento, in ictu oculi insanabiliter precipitatus est.*



Kk 2

6. Septemb.





6. Septembris. 8. Idus.

*Floruit* **B. MICHAEL** monache Hemmen-  
*circa* rodensis: qui seculo illo aureo flo-  
*annum* ruisti, quo Cistercium primæva ferti-  
 1222. litate exuberans, suis liliis paradisum  
 coelestem catervatim implevit. His te  
 esse confertum, B. Isembarto divinitus  
 innotuit, dum cœlesti contemplatio-  
 ne supra sensuum caliginem elevatus,  
 te in illis civitatis supernæ hortis su-  
 pra omnem humani decoris celsitudi-  
 nem splendere vidit. Idem spectator tu-  
 anime us à te edoctus dicere solebat: Tria es-  
 pestis. se venena, quæ florem innocentie in  
 anima passim, vulgatâ jam nimium  
 peste extinguant: Desideria nimirum  
 terrena; Negligentiam in cultu Dei,  
 linguæ denique & gulæ intemperanti-  
 am. His fœtentibus morbis ne labores ani-  
 ma mea, tu meritorum tuorum remedi-  
 me aut ægrum sana, aut sanum præserva.

*Floruit* **B. JOANNES**, Archiepiscopo Lug-  
*anno* dunensis: qui deductum ex Comitum  
 1202. sanguine genus virtutum comitatu  
 effecisti tam illustre, ut Ecclesiæ Galli-  
 canæ certatim sacras tibi Fasces offer-  
 rent. Prima fuit Pataviensis: Narbo-  
 na deinde vix te receperat, cum Lug-  
 dunum te in Archiepiscopali sede col-  
 locavit.



locavit. Adjunxit huic honori Julius  
 II. titulum Legati Apostolici. Resta-  
 bat aliquid; his omnibus haud paulò  
 sublimius, generosa divitiarum ac di-  
 gnitatum abjectio: quam meritò mi-  
 rata est Francia, cùm te vidit è tanto  
 fastùs humani fastigio descendentem  
 ad tam gratam Cœlo, quàm Mundo  
 invisam Clarævallis paupertatem. Ibi  
 tamen invenisti, quam omnes optare  
 solemus magis quàm quærere, expe-  
 ditam ad cœlos viam. In suprema illa  
 mortis imminentis angustia prodit sese re-  
 rum terrenarum vanissima vanitas: tunc  
 desideria ceca suam cernunt stultitiam, &  
 execrantur. Felix, qui generoso contemptu  
 timores istos prævertit.


Hono-  
 res &  
 opes  
 abjicit.

Vani-  
 tatem  
 mors a-  
 perit.

S. BERNARDUS, ser. 4. de Adv.

Filij Adam, genus avarum & ambiti-  
 tiosum, audite: Quid vobis cum terre-  
 nis divitiis, & gloria temporali, qua  
 nec vera sunt, nec vestra sunt?

Diviti-  
 arum  
 vanitas



7. Septembris. 7. Idus.

B. EDMUNDE, monache Pontigni-Floru-  
 aci, altiorum scientiarum peritiâ isse vi-  
 percelebris: quam ad commune S. Or-  
 dinis commodum, maximè verò ad circa ã.

Kk 3

Augustis-1200.



Augustissimæ Deiparæ honores promovendos strenuè impendisti. Merebatur tam exulta eruditione pietas de terrena Lauro coronam: sed hanc rectius in Orbe altero à Sede Sapientiae accepisti. *Nullo saeculo defuere, cultor eximij tam eximiae super omnia Matris: ita pariter ipsa clientibus suis nunquam defuit. Utinam mea qualiacunque obsequia benigno respiciat oculo!*

Amat  
cliētes  
suos V.  
Maria.

Obijt  
anno  
1145.

B. HUMBERTE, olim Casæ Dei monache, sub communi observantia sacrae D. Benedicti Regulæ; jam tum veneratione omni dignum exemplar Asceticæ pietatis: quod ad summam perfectionem exculturus, celeberrimo animorum ad omnem sanctimoniam formandorum artifice BERNARDO in ipso Clarævallis exordio adhæsisisti. Gratus hospes Parenti mellifluis, gratior filialis amoris amplexu, gratissimus denique ob vitæ puritatem, utpote quam non suis duntaxat, sed & sibi proposuerit imitandam. Ex supernæ gratiæ ornamentis, quæ in te observaverat perspicax indagator, singulariter eminebat generosus omnium commoditatum; corpori blandientium, contemptus; exutisque vel minima cupiditate paupertatis amor. Unde perpetua florebat in pectore tuo serenitas,

Amatur à  
S. Bernardo.



renitas, mater illa mansuetudinis; à  
 cuius quietissimo centro te nulla re- *Sibi u-*  
 rum mutatio unquam dimovebat; a- *biquo*  
 moenâ frontis constantiâ nec in riden- *similis.*  
 di levitatem, nec asperitatem dejecti  
 mœroris, quidquid accideret, exerran-  
 te. Hanc in immobili statione conti- *Humi-*  
 nebat demissio animi: quam actione *litas:*  
 & loquela tam exhibebas modeste, ut  
 omnem abesse fucum, ingenua simpli-  
 citas ostenderet. Alter virtutum cu- *Silen-*  
 stos erat verborum studiosa parcitas: *tinus.*  
 nemo enim disertum te esse noverat,  
 nisi qui perfectionis religiosæ consilia,  
 aut in subeundis cum hoste maligno  
 præliis subsidia, aut de rebus divinis à  
 te colloquia postulabat. Tum verò *Affidu-*  
 promptissimè solvere linguam gaude- *itas in*  
 bas, cum statutis diu nocturne horis *opere*  
 sacra Regii Vatis carmina cantaban- *divino.*  
 tur. A quo labore nec avocabant ne-  
 gotia, licet tibi Priorem agenti incum-  
 berent non rarò gravissima; nec retar-  
 dabat virium ex morbis nata debilitas.  
 Vinum instar toxicæ respuebas: & cum *Sobrie-*  
 illud infirmo tibi propinaret obedien- *tas.*  
 tia; non nisi obrutum, & quodammo-  
 do submersum aquis, modicè admitte-  
 bas. Dimidio seculo te in hac palæstra  
 pugilem sacer Ordo spectavit: cuius  
 temporis aliquot annos in condenda,



stabiliendâque Abbatia Igniacensi de-  
sudâsti: inde autem dissimulante ma-  
gis, quàm probante BERNARDO,  
in Claramvallem reversus, qualem vi-

*Et di-* *tz coronidem imposueris, ipse dulcis-*  
*sertè S.* *simus Parens stylo, utriusq; sanctimo-*  
*Bern.* *niâ digno posteris consignavit. Cuius*  
*paren-* *& ego nunc verbis te alloquor. Ecce!*  
*tat,* *jam coram te est, Pater dulcissime, fons ille*  
*sermo-* *puritatis, quem toto ardore animi sitiabas.*  
*ne in* *Eccel! immersus es in illum Divinae pieta-*  
*eius* *is abyssum, cuius memoriam abundantie*  
*obitu.* *suavitatis tam devotè eruētare solebat.*  
*Loquere ad eum pro nobis verba consolau-*  
*ria: ut delicta nostra corripiat modò in mi-*  
*sericordia, nec differat in diem illum re-*  
*mendum inexorabilis Iustitiæ suæ.*

S. BERNARDUS, ser: de hoc B. Humb.

*Levier* *Scio ego, quia durum est homini disso-*  
*est pu-* *luto apprehendere disciplinam; verbo-*  
*gna,* *so silentium pati; vagari solito, stabi-*  
*quàm* *lem permanere: sed durius, & multo*  
*posna.* *durius erit, futuras illas molestias to-*  
*lerare.*



8. Septembris. 6. Idus.

*Moru-* *B. WALTERE de Beaumont, sive*  
*isse vi-* *de Pulchro monte, pie asceta mo-*  
*nasterii*



nafterii Valcellensis. De illo nimirum  
 eras numero, quos Servator noster se-  
 orsum à turba ductos in montem, cœ-  
 lesti sapientiâ instruxit, docuitque vi-  
 vere verè beatos: pauperes scilicet, cor-  
 de mundos, charitate ferventes, pati-  
 entiâ invictos. Per hos arduos vitæ as-  
 ceticæ gradus ascendisti ad montes æ-  
 ternæ felicitatis. Eandem ego præ oculis  
 meis viam habeo, quam tu emensus es: ne  
 autem vel aliquo errore à recto tramite se-  
 ducar, vel lassitudine deficiam, tu mihi ro-  
 bur & lumen è cælo submitte.

detur  
 circa  
 annum  
 1200.

B. ALPHONSE, Converse ex Hi-  
 spania: qui cum Abbate tuo ad Comi-  
 tia Generalia profectus in Cistercium,  
 conspecto Clarævallensi monasterio,  
 DEUM intimo cordis affectu precatus  
 es, ut tibi in tam sacro, tot suspiriis de-  
 siderato loco mori liceat. Nec defuit Clara-  
 piæ voluntati Bonitas divina. Illico e-  
 nim te adorta febris non antè deseruit,  
 quàm ex Cistercio reversi Præsules te  
 exultantem, spectaverunt è Valle hu-  
 mili ad celsissima cœlorum fastigia e-  
 volantem. Deum facturum esse volun-  
 tatem timentium se, jam olim promisit: cui  
 sancto timori si & ego studuero, non erit,  
 cur mortem timeam.

Obijt  
 anno  
 1167.

S. BERNARDUS, hom. 3. sup. Miss.


Kk 5

In solis



Con-  
cordia  
volun-  
tatis  
huma-  
næ cum  
Divina.

*In solis bonis Deus ita est, ut etiam sit cum ipsis, propter concordiam voluntatis. Nam dum suas voluntates ita iustitia subdunt, ut Deum non dedecet at velle, quod ipsi volunt: per hoc quod ab ejus voluntate non dissentiant, Deum sibi specialiter iungunt.*



9. Septembris. 5. Idus.

Obijt  
anno  
1400.

**B.** VIOLANTIA, Aroucæ in Hispaniis Abbatissa: quæ juxta sacræ Regulæ monitum, nihil Operi Divino præponens, indefesso studio illud ad Christi decorem atq; gravitatem promovisti. Contemplationi sacratissimæ Passionis Dominicæ singulari affectu dedita, acerba illius arma multis lacrymis rigare solebas. Hanc tui cordis pietatem omnes alumnæ ad eò imbibere, ut tot vivas tuarum virtutum imagines post se reliqueris, quot filias. Tumulus tuus peregrinum, è cælo nempe accersitum, odorem emittit: in quem quisquis sese miseria aliqua oneratus prosternit, liberationis lætitiâ reportat. Præservat ab animi morbis, eosque sanat serius sepulchri aspectus: nec sanè horribilem illam foveam metuet, qui semper metuet.


B. GUILI-



B. GUILIELME, Congregatio-  
 nis Fulienſis monache: qui Verbi Di-  
 vini tam indefeſſa quàm diſerta præ-  
 dicatione Normanniæ populos ad e-  
 am aviditatem te audiendi accen-  
 diſti, ut templa confluentem undique  
 multitudinem non caperent, ſed extra  
 municipia obviam quamque arborem  
 pro ſuggeſtu conſcendere cogeret, ut  
 tam nobili pabulo ſatiarentur. Piſſi-  
 mos tamen hos labores tuos ad eò par-  
 vi æſtimabas, ut circa vesp̄eram totius  
 diei actiones diſcutiens, te velut ho-  
 minem nullius frugi, ac prorsus inuti-  
 lem amarè deſleres. Quàm longè aliter  
 æſtimat labores ſuos nugaces arrogantia  
 mea! quàm ſtultè captat humanæ laudis  
 ventos inanes! immemor moniti illius: Si  
 feceritis hæc omnia, dicite: ſervi inutiles  
 ſumus.

S. BERNARDUS, ſer. 13. in Cant.

An blanditur popularis favor, quòd  
 verbum bonum, & bene fortasse de-  
 prompſeris? Sed Chriſtus donavit os,  
 & ſapientiam. Nam lingua tua quid  
 niſi calamus ſcribæ? & hoc ipſum  
 mutuò accepisti.

  
 K k 6

10. Septemb.

Obijt  
 anno  
 1624.

Concio-  
 nator  
 inſignis

DEI  
 dona  
 ſunt, ſi  
 quæ ſunt  
 in no-  
 bis bo-  
 na.





10. Septembris. 4. Idus,

Obijt

anno

1157.

SERLO, amplissimæ Congregati-  
onis Savigniacensis Caput, & Ab-  
bas primarie: quæ cùm viris eruditio-  
ne & sanctimonia claris per Franciam  
Angliamque floreret, uberiores tamen  
virtutum fructus eam credebas germi-  
naturam, si hic Ordinis Benedictini  
Palme Viti Cisterciensi infereretur.  
Quare in Comitibus Generalibus sup-  
plex petisti, ut tibi unà cum triginta

Anno

1148.

Filiabus, amplissimis cœnobiis, ejus-  
dem sacri Instituti amplectendi facul-  
tas concederetur. Condecorabat Pa-  
trum tunc Cistercii conjunctorum fa-  
miliam suâ præsentia Eugenius III. P.  
M. & ipse Cisterciensis, BERNARDI  
filius: quo maximè promotore, quod  
rogaveras, consecutus es: ita tamen, ut  
pro genuina Matre solam agnosceres  
Claramvallem: lege quidem adeò non  
ingratâ, ut, ceu tenerrimè amans fili-  
us è dilectæ sinu non recessisses, nisi te  
recenter natis filiis pernecessarium Pa-  
trem Protoparens Mellifluus Savigni-  
acum repetere compulisset. Postquam  
verò illum ad se superi rapuere, nullius  
ultrâ moræ patiens ad Claramvallem  
properasti: ibique reliquos emeritæ vi-  
tæ annos

Præfe-

turâ

se ab

dicat.



ta annos summo tam Abbatis Roberti, quam totius inclyti cœtus solatio percurristi; cùm in suada tua dulci simul ac piè facunda, redivivum spirare BERNARDUM suum Claravallis sibi gratularetur. *Loquere tu in interiorem menti, meæ aurem: impelle argumentorum impetu voluntatem meam, ignavum illum cunctatorem, ad serias pro eterna salute vigilias.*

B. OGLERE, Locedii in Lombard<sup>Obijt</sup>ia Abbas, terror immundorum spiri-<sup>anno</sup> tuum: quorum plurimi cùm cives op-<sup>1205.</sup>pidi cujusdam non procul à Januis divexarent, illuc vocatus, indicto tri-<sup>Demo-</sup>duano jejunio, affictos in Ecclesiam <sup>nes fu-</sup>adduxisti: ac primùm orcinos hospites <sup>gat,</sup>adventûs sui causam jussisti edicere. Horum omnium vox una fuit: se de il-  
lorum esse numero, quos olim Serva-  
tor porcis immisos in mare præcipi-  
tes egit: nunc verò à DEO <sup>tortores</sup>tortores  
destinatos in petulantis linguæ vindi-<sup>Marig-</sup>ctam, quæ in Matrem Virginem insur-<sup>masty-</sup>gere nimis impudenti licentiâ per eas <sup>gu.</sup>Italiae partes non verecundaretur. Hac  
confessione extorta, fœdos cœli terræ-  
que exules ad sua ergastula relegasti.  
Ad non minoris mali remedium ope-  
râ tuâ usus est Innocentius III. in fini-  
bus Lombardiæ: Execrabilis enim ibi



*Duella  
proscri-  
bit.*


consuetudo invaluerat, ut litium quorumcunque decisio non nisi armorum arbitrio sanciretur: barbaro sanè iudicio, cum summa injuria esset pro summa Juris. Hac peste strenuè profligata, in Armeniam usque eadem auctoritate Apostolica missus, quot gesta, totidem reportasti victorias: quibus meritam denique coronam imposuit beata mors, felicitis post labores quietis prodromus. *Non est, unde & ego, licet exhaustus viribus miles, spicula hostis infernalis metum: si me armis defendam, quæ mihi offerunt præclari horum bellorum duces: quorum mihi antesignanus est*

*Arma  
contra  
hostes.*

*S. BERNARDUS, ser. de S. Andr.*

*Cruz  
terror  
demo-  
nis.*

*Sit ergo gaudium nostrum in tribulatione; & non habet malignus, unde illiciat, non habet unde dejiciat: liberati sumus à laqueo venantium, pariter & à verbo aspero. Nihil enim proficit in eo, quem Cruz Christi delectat.*



*II. Septembris. 4. Idus.*

*Obijt  
anno  
1123.*

**B.** BOEMUNDE Abbas S. Joannis de Tarauca in Lusitania: qui à S. BERNARDO in plagam illam longè distitam cum sociis missus, Cisterciense nomen ad tantam venerationem provexisti



provexisti, ut, cū amore novæ in ea  
tunc terra sanctimoniz tuæ vulgus & *Auge-*  
Principes inter se liberalitate certarent, *turopi-*  
integra monasteriorum stemmata, ve- *bus, &*  
lut ex fertili radice, deinceps pullula- *filijs.*  
verint. Auxit famæ gloriam corpus  
jam exanime: quod bidui spatium in Ec-  
clesia expositum mera balsama spira-  
bat: non capiente sacrâ æde, licet am-  
plâ, accurrentes populos, pii osculi ve-  
stibus pedibusque libati pretio sospita-  
tem mercatores. Scio, etiam me à multis  
animæ morbis liberandum, si virtutum  
tuarum vestigia devotè deosculer, id est,  
diligenter imitari studeam.

B. HENRICE, dicte de Soliaco: *Obijt*  
qui sicut sanguine geminos Franciæ *anno*  
& Angliæ Reges proximè contingere *1200.*  
bas; ita regio animo mundi superbiam  
calcans, in monasterio Loci Regii hu-  
mitem monachum induisti. Sed neq;  
sub cuculla latere virtus potuit, quin  
in lucem præfecturæ produceretur; o-  
stentura, quantis honoribus sit digna.  
Infestabant ea tempestate Bituricensi-  
um fines hæretici Catarelli: ad quod *Hære-*  
opprimendum monstrum, cū in te *ricos e-*  
uno Herculem Cleri populique vota *limi-*  
sperarent, invitum licet, in solium E- *nat.*  
piscopale sustulerunt. Et verò Hercu-  
lem nacti sunt, utrâque Minervâ præ-  
liantem.



*Prudentia  
clarus*

liantem. Postquam enim aureis eloquentiæ catenis ad agnitionem veritatis immanior belluis turba adduci non potuit; ferro armatos in eam ciues immisisti; qui primo congressu septem trucidatis millibus turpem Hydram penitus deleverunt. Pro Laurea sacræ victoriæ Purpuram Urbanus III. donavit: quam tu vicissim ingentibus meritis decorasti: elucete præsertim in componendis magnatum discordiis divina quadam, & vel hostibus venerabili prudentia. Hunc deniq, orbem relicturus, inter filios tuos Loci-Regii præstolatus es horam fatalem: ut ubi Cisterciensem spiritum hauseras tyro, eundem ibi miles emeritus redderes Christo Imperatori. Indue etiam mihi animum regium, ut æterno Regi, nunc in solio miserationis sedenti, fideliter serviam, latiusque aspiciam aliquando in throno severæ justitiæ venturum.

S. BERNARDUS, ser. 2. de Epiph.

*Occu-  
panda  
mature  
Dei mi-  
sericor-  
dia.*

Videte Regem Salomonem, alioquin non erit vobis tutum, videre illum Ecclesiasten. Idem enim, qui Salomon, id est pacificus in exilio est; Ecclesiastes, id est concionator erit in Iudicio. Hic ergo rector est morum, in Iudicio discretor



cretor meritorum, in regno distributor  
premierum.



12. Septembris. Pridie Idus.

B. WALERANE, Abbas Urſi-Cam. *Obijt*  
pi: ad quod Monasterium è gemi- *anno*  
no murorum & morum fundamento *1142.*  
erigendum te sanctissimus Patriarcha  
BERNARDUS destinavit, non ig-  
narus, qualem sibi in te pepererit in  
Christo Filium, cujus paternæ curæ  
nepotes tutò concrederet. Inter hos  
clarissimus fuit Erveus de Baugentio, *Vatici-*  
filius nobilis ac tenellus, sed Patri in *nium S.*  
munere & vigore egregiæ mentis suc- *Bern.*  
cessurus. Is est, quem idem Mellifluus  
Parens adhuc infantem spiritu vatidi-  
co præviderat insigne Ordinis orna-  
mentum esse futurum. Cùm enim par-  
tes Flandriæ inviseret, ut Legatus A-  
postolicus, ex ipsa puelli amabilis spe-  
cie divinam gratiam agnoscens, etiam  
per visum edoctus est, sibi que visus in  
Missarum solennibus sacris datum An-  
gelo pacis osculum ad puerum illum  
transmisisse. Cœlestis ephebi persona  
te designabat (tanti nimirum apud su-  
peroseras meriti) quinempe ætate jam  
maturum Erveum dono sacræ vestis  
effecisti tuum simul & Bernardi filium.

Paternus;



Paternus amor nec exspiravit cum vita mortali: eidem namque sano adhuc & vegeto, nec de mortis periculo cogitanti visus es nuncius post paucos dies imminentis felicissimi ad superos transitus. *O te felicissimum nuncium! negotij scilicet, cujus eventum quia ignoramus, ideo formidamus tremebundi. Sed quid querimur, omnia nos momenta monent, auribusque nostris clamant illud: Disponde domui tue &c.*

Obijt  
anno  
1661.

B. DOMINICE, monache celebris Cœnobij Nucalensis in Hispania: qui suavissimi nominis JESU amore totus propemodum ignis, nihil nisi teneros affectus spirabas. Tota supellex pauperis cellulæ fuit illius Infantuli imago; coram qua quidquid à Chori laboribus erat vacuum temporis, diu notūque in genua provolutus, inter pias lacrymas transigere, illi animas in particularibus flammis lucentes, illi multorum afflictiones ex ardenti charitatis affluentia commendare, in illo denique totus vivere solebas. Ad eò ut hac pietate passim notâ, vulgò Dominicus à puero JESU dicereris. Nec mirum erat, te in tantis deliciis terrenarum nugarum omnimodam contraxisse oblivionem, quando amabilissimus ille Pusio, ut solet, copiosissimam amoris vicem




XII. SEPTEMBRIS. 235

vicem rependit: nunc te ad spectanda  
Cœli gaudia, nunc ad castissimos am-  
plexus trahens: à quibus ne æternum  
abstraheris ultrà, cā, quā desiderabas  
horā ad felicissimam te patriam evo-  
cavit. *Quid miseri mortales quærimus  
in sordibus terrenis gaudia, id est, cur  
amplexamur stercora, & non potius toto  
mentis impetu cum Apostolo a versamur,  
ut in omnium gaudiorum fonte hic & æ-  
ternum delectemur?*

S. BERNARDUS. ser. 15. in Cant.

*Electuarium habes, ô anima mea, Amor  
reconditum in Vasculo Vocabuli hujus, Jesu.  
quod est Jesus: salutiferum certè,  
quodque nulli unquam pesti tua inve-  
niatur inefficax. Semper tibi in sinu  
sit, semper in manu: quo tui omnes in  
Jesum & sensus dirigantur & actus.*



13. Septembris. Idibus.

**B**. GUNTELINE: qui ob exoticas Floruit  
magni corporis vires, celebratus in circa  
tota passim Anglia pugil, ut acceptam annum  
hanc à natura dotem naturæ auctori 1160.  
consecraret, voto te ad suscipiendum  
iter Jerosolimam obstrinxisti, contra  
Gentiles sub vexillis Christianis mili-  
taturus.



*Votum  
mutat,*

*invidē-  
te de-  
mone,*

*appro-  
bante  
Deipa-  
rā.*

*Mira  
videt  
raptus.*

De quo consultus à te quidam S. Ordinis Cisterciensis Abbas suavit, ut compendiarium magis viam ad Ierusalem supernam sub signis Cistercii eligeres. Cui consilio sine mora obsecutus, tyrocinium ingressus es. Sed & ibi militiam esse, indutus simiam infernalis hostis ostendit; tam sævis inter verberibus debacchatus, ut tridui spacio omni usu sensuum orbatus fueris. Interea spiritus in alterum raptus orbem, primum duce Divo Benedicto Misericordiae Matrem, perseverantiae te in bene coeptis admonentem, inde Paradisi hortos vidit: admissus est porro ad inspicienda supplicia sceleratos æternum cruciatura, aliaque id genus plura, quæ post tertium diem tibi redditus Abbati per ordinem recensuisti. Dictis fidem fecit, præter allata illinc arcana, statim restitutus ope Divi Benedicti corpori vigor; ac tota deinceps vivendi ratio; quæ talis fuit, ut facile constaret, ad quàm seria spectacula fueris admissus. Relegam ego illud iter tuum oculis sedulae contemplationis: nec dubito quin, sic sapius spectata inferorum tormenta, & è diametro opposita cæli felicitas optimas inanimum meum cogitationes sit inductura.

B. PETRE, Monache Monasterii  
Morero-




Morerolensis: qui ob simplicissimam <sup>Floruit</sup>  
 quandam, & ab omni vitiorum conta- <sup>anno</sup>  
 gione immunem vivendi rationem, <sup>1142.</sup>  
 quasi coelum non terram incolens, Pe-  
 trus DEI appellatus, amoris Divini  
 proximos sacrae charitatis ardores in  
 Deiparentem adjunxisti. Quae tui cor-  
 dis in eam propensio te adeo totum <sup>B.V. co-</sup>  
 rapiebat, ut Incruentum Sacrificium, <sup>lit pie.</sup>  
 quoties Obedientia permittebat, ejus  
 honori litares. Non erat haec tua ge-  
 mina pietas hominibus ignota; sed ne  
 & merita ignorarent, post fata inter  
 coelestes Paradisi cives eo fulgore re-  
 splendens apparuisti, quae omnium  
 siderum lumina superabat. Eluxit ex  
 illustribus illis gloriae tuae radijs, quam  
 nemo frustra veneretur Mariam: praeser-  
 tim si non labijs duntaxat, sed & virtu-  
 tum ejus imitatione colatur.

S. BERNARDUS, ser. 2. de Aquae d.

Quid nos alia concupiscimus, fratres? Gratia  
 Queramus gratiam, & per Mariam <sup>DEI re-</sup>  
 queramus: quia quod querit invenit, <sup>cte per</sup>  
 & frustrari non potest. Queramus <sup>Maria</sup>  
 gratiam, sed gratiam apud Deum: <sup>quari-</sup>  
 nam apud homines fallax. Querant  
 alij meritum, nos invenire gratiam  
 studeamus.

14. Septemb.





14. Septembris. 18. Cal. Octob.

*Passus* **B.** CORNELI Abbas in Hybernia, qui  
*anno* ab hostibus orthodoxæ fidei in cru-  
 1585. cem actus, ac dein spirantibus adhuc  
 membris in quatuor partes distractus,  
 Laureatum ad superos spiritum trans-  
 misisti. *Exora mihi à Christo, Martyrum*  
*duce & præmio, perseverantiam; nam &*  
*illi promissa est gloriæ corona.*

*Obijt* **B. PETRE** Abbas Morimundensis:  
*anno* qui studijs liberalibus Lutetiæ puer in-  
 1199. cumbens, cùm omnium sanis ob inge-  
 nii tarditatem peteris, ob eamque  
 causam gravi tristitia marceres, obvi-  
 um habuisti sub viri forma stygium  
*Adæ-* præstigiatores, artium omnium pe-  
*mone* ritiam tibi pollicentem, si ipsius te cli-  
*decipi-* entelæ addiceres. Sed displicuit tanti  
*ur:* emere poenitendam scientiam: ille ta-  
 men etiam sinè pacto gemmam dona-  
 vit, quam cùm manu gestabas, tanta  
 pollebas eloquentia, ut doctissimum  
 quemque longè superares. Plautum  
*Gravi-* homines sed non superi dedere: sub-  
*ter e-* tō enim morbo correptus, jussu vocati  
*grotat.* Sacerdotis gemmam ac dein, ut cir-  
 cumstantibus videbatur, animam ab-  
 jecisti. Jamque circa feretrum ritus  
 mortuales agebantur, cùm tu repente  
 amoto



amoto tumbæ operculo caput erigens,  
 non sine cantantis turbæ terrore & fu-  
 gâ, vivere te ostendisti; narrâstique *Redit*  
 stupentibus: raptum te ad Divinum *ad vitâ*  
 Tribunal, ac traditum tortoribus; qui *& mi-*  
 adeò in te sævierint, ut pæna illa om- *ra nar-*  
 nium, quæ sub sole sunt, tormento- *rat.*  
 rum acerbiter excedat: & in his cru-  
 ciatibus in omnem retrò æternitatem  
 detinendum fuisse, nisi persona quæ-  
 dam, plena majestatis, te ex licitorum  
 unguibus ereptum, communi viventi-  
 um societati restituisset. Quàm altè  
 inhæserit animo tuo hæc tragoedia, *vitam*  
 potuit ex reliqua vitæ methodo cog- *ducit*  
 nosci. Illicò enim ad Morimundense *rigidis-*  
 asceterium properans, tam inclementi *simam.*  
 austeritate corpus tuum tractabas, ut  
 ad tot afflictiones sustinendas te ro-  
 bur non aliunde, quàm è cœlo prodigiosè  
 accersere, nemo dubitaverit. Consonabat  
 morum severitas; dum curiosi actionum  
 tuarum exploratores, ne verbulum ullum  
 joco vicinum, non frontem vel ridenti  
 similem, oculos verò vix unquam à lacrymarum  
 imbris siccos deprehenderint. Abbati-  
 alem sedem ascendere coactus, non  
 ultra triennium præesse acquievisti, ne  
 publica negotia severioribus studiis  
 impedimento essent. Verùm duobus  
 successio-



240 ANNI CISTERCIENS.

successoribus celeri fato raptis, ad paternas denuo curas vocatus, quatuordecimannis clavum tam strenuè tenuisti, ut propagato per Filias insignes S. Ordine, compositis per loca etiam longè dissita controversiis, domi foris que inclytus; clara, si quisquam alius, sanctimonie famâ ex Morimundo tuo, ad vitam immortalem discesseris. Quam imbelles sumus milites! cælum, quod sola vi rapiendum esse, quodidie audimus, & te cum innumeris fecisse, laudamus, ingredi speramus, per stratum mollibus rosis iter. Exilium, non patriam petit, qui spinas in via horret.

S. BERNARDUS, s. 3. de Nat. Dom.

Christi Merito carnalis prudentia inimica est  
exemplum pro  
molli- Deo, & seculi quoque prudentia stultitia nominatur. Quid enim? Christus utique, qui non fallitur, elegit, quod carni molestius est. Id ergo melius, id utilius, id potius eligendum: Et quisquis aliud docet vel suadet, ab eo tanquam à seductore cavendum.



Floruit 15. Septembris. 17. Cal. Octob.

anno 1201. B. STEPHANE Grandis Sylvæ Con-  
verse; qui felici confratrum aliquot  
in pa-



in patriam coelestem transitu incita-  
tus, ardenti desiderio cupiebas dissol-  
vi & esse cum Christo. Nec distulit Di-  
vina clementia implere desiderium  
tuum. Nam febris correptus alacri a-  
nimo te ad postremum agonem com-  
parasti. Hunc mentis Jubilum cum is  
in te cerneret, qui tui curam agere ius-  
sus erat, te rogavit, ut inter coelites re- *Gloria-*  
ceptus tuis precibus illi quoque cele- *sus ap-*  
rem ab hoc exilio migrationem impe- *paret.*  
trares. Elapsis itaque paucis diebus il-  
li visus es veste amictus rutilante, fe-  
lixque futurae beatitudinis nuncius, si  
tamen prius commissum in juventute  
delictum, & haecenus sub cineribus  
oblivionis sepultum, exomologesi &  
seria poenitentia deleverit. *Impetra mi-*  
*hi lumen, quo tenebrosos conscientiae meae*  
*angulos investigem, & nunc delicta mea*  
*poenitentia aboleam, antequam mortis ca-*  
*ligo me obruat.*

B. ACHARDE, Monache Clarae-  
vallis melliflue Bernardo in paucis di-  
lecte: animi enim tui fidelissimi puri-  
tatem intimè pernoscent, te contra  
diabolicas technas jam tyronem pa-  
ternè praeunivit. Erat è tyronum  
numero, qui clam ad secularis vitae  
vomitus rediturus, spoliū libro-  
rum furtivè secum auferre proposue-

L I

rat.

*Floruit*  
*anno*  
*1142.*



*Demo-  
nis fal-  
lacias  
depre-  
hendit.*

*Apo-  
stata  
interi-  
tus ter-  
ribilis.*

*Alter  
Anto-  
nius cū  
demo-  
ne pu-  
gnat.*

rat Cujus fraudis non ignarus sanctus  
Abbas, te pridie præmonuit; ut eam  
noctem ageres pervigilem, intentus in  
transfugam, ne cum rapina elabere-  
tur. Nocte igitur jam in auroram ver-  
gente devicto viriliter somno, vidisti  
duos horrendæ proceritatis gigantes  
ingredi cubiculum, quorum alter as-  
sam veru gallinam, fædo serpente cir-  
cumvolutam, gestans, altè stertentem  
excitavit, atque eduxit. Nec mora;  
tu adscitis in subsidium sociis deserto-  
rem à fuga retraxisti: qui tamen in ma-  
lo pertinax dimissus quidem fuit; sed  
eadem mox die à dæmone correptus  
turpem fugam terribili interitu luit.  
Neque contentus malignus hostis, se  
in fonte vindicasse, te sub militis de-  
formis specie ad singulare certamen  
provocavit. At in Achillem nempe  
incidit, tam strenuo pugni ictu à te  
multatus, ut comminutum cerebrum  
in terram effundere visus fuerit. Ex  
quo ictu, ne ludicram fuisse pugnam  
putares, manus tumorem, tamque pu-  
tidum fætorem contraxit, ut integro  
anno, non sinè gravi molestia inha-  
serit. Prælium confecerat, sed non  
bellum. Idem enim veteraror jam  
noctu precibus incumbenti lampades  
fulguris instar coruscantes objecit;  
jam



jam verbera quin & vulnera inflixit; *semper*  
qua sævitia nihil aliud effecit, quam ut, *victor.*  
te ad omnem impetum immobili, vi-  
ctus & confusus abscesserit. Deinceps  
aliis te laboribus destinavit dulcissi-  
mus parens, quos illi in construendis  
aliquot cœnobiis egregios navasti. Ul-  
timos piissimæ vitæ annos tyrōnibus  
erudiendis donasti, ingenti eorum  
fructu; utpote ab artis hujus summo  
Magistro enutritus, & experientia lon-  
gā exercitatus. *Firma tuis meritis ma-*  
*num meam cum hoste maligno luctantem:*  
*irrequietus est, & mille fraudum arti-*  
*fex, sed militi cordato & in gratia divina*  
*spem suam collocanti minimè formidandus.*

S. BERNARDUS, ser. 5. de XL.

*Ecce inflammat inimicus desiderium*  
*cibi: Vanitatis, aut impatientia cogi-*  
*tationes ingerit: aut excitat libidinis*  
*motum: tu solummodo ne consenseris;*  
*& quoties restiteris, toties corona-*  
*beris.*

Negato  
consen-  
su vict<sup>9</sup>  
est dia-  
bolus.



16. Septembris. 16. Cal. Octob.

B. MARIA de Arroyo Monialis  
stemmate & animo generosa: quæ  
post mariti obitum, quem juvenula  
Ll 2 duxe.

Circa  
annum  
1260.



244 ANNI CISTERCIENS.

duxeras, ut te à procorum sollicitatione redderes immunem, Sororem Men-  
ciam Abbatissam secuta, Cisterciense  
Velum nobilissimo capiti imposuisti.  
Exinde soli pauperi adhærens Christo  
animum adeò à rebus terrenis abduxi-  
sti, ut etiam alios cœlesti amoris igne  
accenderes. *Felix animus! qui hos ge-  
minos amores, cœli nimirum ac terræ, sa-  
gaci oculo rectè discernit: quàm sanctus  
ille, quàm suavis & jucundus: quàm con-  
trà vanus hic, & omni amaritudine ple-  
nus!*

*Floruit  
circa  
annum  
1245.*

*Libro-  
rum a-  
mator.*


B. MILO Abbas Calisii: qui ad il-  
la gubernacula ex Archi-Cœnobio Ci-  
sterciensi vocatus, regendi curas ita di-  
vinarum rerum contemplationi soci-  
asti, ut nullum temporis momentum  
destinato certo labore vacaret. Majo-  
rem tamen partem sibi vendicabat li-  
brorum lectio; ex qua velut ex cel-  
la Divini spiritûs vinaria in publicum  
rediens, haustam inde doctrinam no-  
bili eloquentia profundebas. Ut per-  
petuâ tui memoriâ ad imitationem  
piæ occupationis posterius excitarentur,  
tibi sepulchrum in eo ambitûs loco sta-  
tuerunt, ubi solet lectio librorum fre-  
quentari. *Experti nôrunt, quàm salu-  
bria ex libris monita ad salutem hauri-  
antur. Lacti Lectio non est dissimilis, quo  
nimirum*



nimirum anima nutriur, & ad impug-  
nanda vitia roboratur.

S. BERNARDUS, ser. 7. de Adv.

Et faciles sumus ad seducendum <sup>Fragi-</sup>  
& debiles ad operandum, & fragi- <sup>litas</sup>  
les ad resistendum. Si discernere <sup>huma-</sup>  
volumus inter bonum, deficimus; si <sup>na.</sup>  
conamur resistere malo, dejicimur &  
superamur.



17. Septembris. 15. Cal. Octob.

B. CASIMIRE Abbas Monasterii <sup>Floruit</sup>  
Olivensis in Prussia: qui ab irruen- <sup>circa</sup>  
tibus in eam regionem Barbaris, cum <sup>annum</sup>  
toto filiorum cœtu immaniter truci- <sup>1224.</sup>  
datus victtricem animam ad recipien-  
dam in cœlis coronam emisisti. Irru-  
unt in nos nocentiores omni barbarie ho-  
stes è Luciferi castris; horum nequitia ne  
mibi noceat, tua in conflictu auxilia im-  
ploro.

B. STEPHANE, Converse Claræ <sup>Floruit</sup>  
vallis: qui in illa totius sanctimonie <sup>anno</sup>  
schola nihil animo tuo altius impressi- <sup>1160.</sup>  
sti; quàm Christi Servatoris primari-  
um dogma: Discite à me, quia mitis  
sum, & humilis corde. Licet enim di-  
ligentiâ in laboribus, orandi fervore,  
abstinentiæ maceratione, esses inter



*Animi  
demissio*

*in sui et  
aliorum  
æstima-  
tione:*

*landa-  
va à S.  
Bernar-  
do.*

primos, tua tamen animi demissio te  
infra ultimos deprimebat. Cujus de-  
spicientiæ tuæ gratissimum specimen  
aliquando sanctissimo Abbati Bernar-  
do dedisti; cum ad ejus pedes provo-  
lutus madentibus oculis rogasti, ut sua  
te ope saltem eò proveheret in perfe-  
ctionis studio, ne semper in postremo  
gradu cogereris hæerere: nam te præ-  
teritæ noctis vigiliis in unico confratre  
triginta singularia gratiæ supernæ  
dona per contemplationis examen de-  
prehendisse, quarum omnium te va-  
cuum doleas. Miretur fortasse aliquis  
piissimi Magistri censuram super his  
precibus tuis: sanè in publica concione  
dicere non dubitavit; præferre se hu-  
mitem illam de te æstimationem tri-  
ginta illis virtutum ornamentis, quæ  
tu in alio pia utilique curiositate ob-  
servata illi enumeraveras. Exaltari  
meruit, juxta Divini promissi oracu-  
lum, tam profunda humilitas. Pri-  
mam te extollendi machinam admo-  
verunt cœlestes Alites, qui animam  
tuam è corpusculi carcere suis alis ad  
sidera transferre sunt visi. Alteram ad-  
didere prodigia, quæ tumultum tuum  
plurima illustraverunt. *Quàm jucunda  
floreret ubique animorum pax & quies,  
si in nostras infirmitates non essemus tal-*

*pa,*



pe, in aliorum defectus lynces. Ego tecum  
oculos in me convertam, aspiciam utique  
sat gravia pondera, quæ spiritus in subli-  
mè tendentes supprimant.

S. BERNARDUS, ser. 34. in Cant.

Oportet humiliter sentire de se, niten-  
tem ad altiora; ne dum supra se at-  
tollitur, cadat à se, nisi in se firmiter  
per veram humilitatem fuerit soli-  
datus.

Humi-  
litas.



18. Septembris. 14. Cal. Octob.

B. VULCHINE Abbas & Auctor Floruit  
Monasterii Sichenensis in Saxonia. anno  
Vocabant ad hos labores te ex Vol. 1141.)  
kenrode nota pietatis tuæ merita,  
publico illic theatro dignitatis expo-  
nenda. Gaudebant eorum fructibus  
Conventuales filii, quos animarum &  
corporum nutrimento pavisti solici-  
tus: inde pauperum greges non solum  
qui ad Monasterii januas opem flagi-  
tabant, sed quos vel malè testā tuguri-  
a vel xenodochia occultabant: tales e-  
nim studiosè perquisitos omni chari-  
tatis effusione fovebas. Et annuere  
cælum sancto fervori miracula testa-  
bantur, quæ manuum tuarum mini-  
sterio contingebant non rarò: quin &

Fover  
egenos.

L 14

afflicto.



## 248 ANNI CISTERCIENS.

afflictorum asylum fuisse cineres tuos  
tota illic Vicinia fuit experta. Nun-  
quam deest pia Voluntati cælum suis sub-  
sidijs, quæ tamen nos plerumque nostrâ  
solicitudinâ solemus negligere, irreparabili  
nostro damno, tum nempe ad præteritos  
annos respicientes, cum optimam vitæ par-  
tem malè dilapsam dolemus.

Floruit  
anno  
1254.

B. STEPHANE, natione Ange-  
lorum, moribus & vita Angele. Sed quid ali-  
ud disceres, Angli item atq; Angelici  
Doctores S. Edmundi, Parisiis Sacras  
Literas ex cathedra docentis, alum-  
nus? Viderat is è schola egredi 7. ar-  
dentes insolita luce faculas: quæ po-  
stera die sese libnaverunt in altum, cum  
quidam Cisterciensis Abbas Palæstram  
literariam visens, te, sexque alios se-  
cum ad Monasterium Savigniacense  
discipulos eduxit. Ubi paucis annis à  
tyrocinio electus in Abbatem Matri  
Clarævalli ita placuisti, ut te adopta-  
ret in Patrem, daturum lucem, quam  
nulla secula extinguent. Cum enim

Prædi- alii post Cistercium exorti Ordines ve-  
cat. & nationem sibi ex non sola pietate,  
Franci- sed junctâ eruditioni, conciliarent,  
scani, commune Gymnasium Parisiis, S.  
BERNARDI appellatum, generosa  
industria erexisti, firmastique proven-  
tibus & brachio Apostolico. Sed ut  
nova



nova vetustatem solam in pretio ha-  
 bentibus displicent, Auctoritatis limi-  
 tes videbatur prægressum, licet nobi-  
 lissimum opus. Hinc cedere jussus, ni-  
 hil contra Obedientiam movisti, quan-  
 quam Authoritate Apostolica restitutus  
 in gradum meritæ dignita-  
 tis ab Alexandro; quin tibi uni vaca-  
 turus Monasterium urfi-Campi elegi-  
 sti pro campo Martio, in quo ultimam  
 cum morte luctam decertares. Jam-  
 que nuncii Romani Infulas Episcopa-  
 les deferebant, in patriam à te glorio-  
 sè transportandas: at melior Angelo-  
 rum patria te jam in felicitis æternitatis  
 gremium receperat. *Erubesco frigidā me-  
 am in Obedientia tarditatem, cum te con-  
 sidero è tam sublimi loco, contempta igno-  
 miniā generosè descendente, me verò tam  
 oscitanter implentem facillima superiorum  
 mandata. Deinceps obtemperare studebo  
 consilia, quod suggerit.*

S. BERNARDUS, serm. 3. de Circum.

*In cogitatione tua semper partem ma-  
 gistri, quoad potes, adversus te ipsum  
 juva, teque in omnibus accusare, ip-  
 sum verò magis excusare labora.*







19. Septembris. 13. Cal. Octob.

Obijt  
anno  
1221.Cerevi-  
sia in  
vinum  
muta-  
tur.

**B.** SOPHIA, quæ ex communi ob-  
servantia Benedictina Monasterii  
Dietkirchen ad Montem S. Waldbur-  
gis migrans, ibidem Priorissæ dein Ab-  
batissæ munus tam ferventi pietate su-  
stinuisti, ut discretionis præsertim er-  
ga teipsam ignara quibusdam visa fue-  
ris. Sed aliud iudicium superi tulerunt  
sanctimoniam tuam prodigiis com-  
probantes. Cerevisia enim exoleta in  
optimæ notæ vinum conversa zeli  
sinceritatem: porro ephebus cœlestis  
facem tibi ex odæo discedenti præfe-  
rens, interius animæ lumen ostendit.  
*Mitte ad me ducem illum tuum cum lu-  
mine gratiæ: inflammet cor meum, ut co-  
gitationes omnes & actiones meæ lumen  
sincere ad Deum intentionis præseferant.*

Obijt  
anno  
1263.

**B.** BALSAME Monasterii S. Ana-  
stasii Romæ Asceta; qui nominis tui  
etymon virtutum præstantissimarum  
fragrantiam optimè expressisti. Inter  
quas celebrior fuit, in expediendis ne-  
gotiis felix industria. Eadem procura-  
turus, cum in Claravalle divertisses, i-  
ta animum tuum loci genius affecit, ut  
nisi aliud præcepisset obedientia, nulla  
te vis illinc coëgisset discedere. Speci-  
ali




ali tamen meritorum communicati-  
 one obtenta ad Urbem reversus, haud  
 parum de Claravalle, incrementum  
 nempe virtutum, tecum reportasti.  
 Sublato postmodum è vivis Abbate  
 rursus in Burgundiam, ad petendum à  
 Matre successorem dum iter ageres, à *Mira-*  
 Schismaticis interceptus, atque in vin- *biliter*  
 cula conjectus, mox verò non sinè *prædo-*  
 prodigio libertati redditus es. Nam *nibus*  
 quòd mula, quà vehebaris, ad omnia *libera-*  
 verbera contumax nullum pateretur *tur.*  
 fessorem, te è carcere eductum tanta  
 recepit alacritate, ut stupefacti præ-  
 dones veriti sint te ultrà offendere.  
 Claram itaque vallem incolumis subi-  
 ens agoni & exequiis cujusdam Fratris  
 intereras. Et ne denuo deserere tam  
 sanctum consorrium compellereris, in-  
 tensissimis precibus & lacrymis à Deo  
 febriculam impetrasti, quæ corpus de-  
 sideratâ sepulturâ, animam in cœlesti  
 felicitate Claravallensibus conjunxit.  
*Utcunque armatus miles, animosius pu-*  
*gnat sociorum cohorte stipatus, eandem*  
*concipere fiduciam potest moriturus, si et*  
*quasi scutis muniatur, quot piis circum-*  
*stantium orationibus.*

S. BERNARDUS, hom. 3. sup. Miss.  
*Utinam & me peccatorem dignetur*  
 L 16 Dominus



**Electus** Dominus Iesus annumerare populo  
**est, qui** suo, ut saluum me faciat à peccatis  
**facit** meis! Vis scire an pertineas ad popu-  
**volun-** lum ejus? Fac, quæ dicit Iesus, &  
**tatem** computabit te in populo suo.  
**DEI.**



20. Septembris. 12. Cal. Octobr.

**Obijt** S A M A D Æ E, Lausannensis Episco-  
**anno** pe, sancti Parentis sanctior ac illu-  
**1152.** strior proles. Is te ex Bona valle (ubi  
 Monachum agebat) Cluniacum dedu-  
 xit, ac deinde in Cognati Imperatoris  
 aulam, literis imbuendum: ita ferente  
 fortuna, ut in optimos ubique instru-  
**Claram** ctiores incideres. Præ his tamen om-  
**vallem** nibus arrisit BERNARDUS, cujus  
**ingre-** in Claravalle tyro intrà paucos annos  
**ditur.** solo illius iudicio in Abbatem Altræ-  
 cumbæ fueris promotus. Sed labori-  
 bus tuis fortunatissimis non diu frue-  
 batur hoc Cœnobium, Lausannensis  
 Clerus hoc decus suæ cathedræ vendi-  
 cabat: & ne, quod suspicabatur, ho-  
**Eligi-** norem humilitas tua respueret, Apo-  
**tur E-** stolicæ Authoritatis tibi vincula inje-  
**piscop.** cit. Videri poterant omnia virtutum  
 ornamenta in te unum conjurasse: E-  
 ras enim, ut de te scribit author vitæ,  
 in iudicio justus, in consilio providus,  
 in verbo



in verbo fidelis: viduarum defensor, *Egre-*  
 orphanorum adiutor, incarceratorum *gia vir-*  
 consolator, bonorum præcipuè pau- *uum*  
 perum promotor: ultor nequitiae, o- *orna-*  
 sor invidiae, amator iustitiae, castitatis *menta.*  
 conservator, parsimoniae sectator: in  
 vigiliis sedulus, in jejuniis frequens, in  
 visitandis infirmis & alendis pauperi-  
 bus assiduus: temperans in correptione,  
 in zelo præcipuus, in sermone di-  
 scretus, in Religione ferventissimus:  
 sine superbia nobilis, sine invidia po-  
 tens, sine superstitione religiosus, sine  
 iactantia literatus, sine ineptia gravis,  
 sine fastidio facetus, sine asperitate  
 constans. Quanto autem devotionis *Deipa-*  
 affectu Purissimam DEI Parentem fu- *ram co-*  
 eris persecutus, testantur Homiliae in *lis exi-*  
 laudem ipsius scriptae: quas quidem ex *mijs lu-*  
 animi demissione publici juris haud *cubra-*  
 fecisses, nisi sororis tuae instantissimae *tionib.*  
 preces eruditissimum opus à te extor-  
 sissent. Et ne sic etiam ejus votum im-  
 plevisses, nisi illa pretiosissimo dona-  
 rio laneae chyrothecae, olim à Coeli-  
 tum Regina in munus acceptae, scri-  
 ptum redemisset. Quemadmodum  
 autem sanctimoniam tuam apprime  
 venerabantur Eugenius III. Pontifex,  
 ac Imperator Fridericus; ita eandem  
 formidavit Comes Gebennensis: quem



ab obsidione civitatis Lausannensis recedere, munimentumque à se excitatum funditus evertere, te solo armatus compulisti. Ita cum pastoralis sollicitudo quietem nullam concederet, post annos quatuordecim sanctissime transactos cælum dedit. *Sustollo tecum ad sidera supplices manus, Magnamque Angelorum Imperatricem ignis illis pio amore verbis deprecor, quæ tu ubique libro tuo aureo inseruisti, præsertim Homilia 4. Ut Mater pietatis per arcana gaudiorum suorum & ineffabiles amores nobis peccatoribus maternæ pietatis affectus impendat, & pro nostris excessibus apud proprium filium incessanter intercedat.*

Obijt

anno

1441.

Transit

ab Au.

gustini.

anis ad

Cisterc.

B. JOANNES EUSTACHI, flos quidam sanctimonie, semper aut in te aut aliis crescens. A cœtu Canoniorum Regularium D. Augustini ad Cistercienses hortos Monasterii Moli-gustini. transiens, statim ostendisti, quales ex te fructus possint sperari. Hinc te Abbas Alnensis ad restituendum in meliorem vivendi normam Jardinetum delegavit. In quo cum tres solummodo Moniales, nec instituti regularis peritas neque capaces invenisses; illis in clausa Monasteria amandatis, Monachos induxisti. Quod factum



factum adeò vicini probaverunt, ut  
 ad sublevandam rerum penuriam ab-  
 undè liberales occurrerent, passimque  
 rogareris, ut alia quoque coenobia in  
 eam formam redigeres. Invidiam in *Insidys*  
 te concitavit ista licèt mansuetudine *hostiū*  
 temperata severitas. Nam hunc licen- *petitur,*  
 tiosè vivendi obicem è medio subla-  
 turi quidam, sicarium conduxère: de  
 cuius conatu coelitus edoctus, obviam *sed si-*  
 occurristi, illi vitam, quam tibi vene- *carium*  
 rat ereptum, & meliorem quidem da- *à faci-*  
 turus. Monitis enim instructum salu- *nore a-*  
 taribus hostibus ruborem concepti fa- *vertit.*  
 cinoris, & deinceps docilem ad omni-  
 a bona animum peperisti. Atque ut  
 sacram paupertatem tam ipsi in suo  
 quàm egenorum victu promptiùs co-  
 lerent, farris cumulos tam diu de- *Frumē-*  
 crescere vi divina prohibuisti, donec *tum*  
 nemo superesset, qui se egere querere- *prodi-*  
 tur. Senio tandem gravante debili *giosè*  
 corporis membra, onus pastorale reli- *auget.*  
 quisti, quatuor postremos ætatis decre-  
 pitæ annos ad piæ mortis præparatio-  
 nem seponens, quam inter flentium  
 filiorum copiosam multitudinem sua-  
 vissimè subiisti. *Indiget heu nimis gra-*  
*vi necessitate regnum interius animæ meæ*  
*quotidianâ reformatione: Tu increpa me*  
*ad suscipiendum seriò hunc laborem.*


S. BER-



S. BERNARDUS, f. 2. in cap. jejum.

Con-  
versio  
cordis  
fit, non  
soli  
corpo-  
ris.

*Convertimini ad me in toto corde.  
Corporis namque conversio si sola fu-  
sit, non erit, nulla erit, Forma siquidem con-  
versionis est ista non veritas, vacuum  
virtute gerens speciem pietatis, putans  
se aliquid esse, cum nihil sit.*



21. Septembris. II. Cal. Octobr.

Obijt  
anno  
1252.

Multa  
patitur  
pro Ec-  
clesia.

Cister-  
cium  
Petra  
immo-  
bilis.

B. BONIFACI Abbas Cistercii ac  
totius Ordinis Superior Generalis  
XXIII. qui pro conservanda salute  
tanti corporis magnanimâ curâ solici-  
tus prudentissimas leges condidisti,  
adhuc in continuo usu persistentes. A  
Gregorio IX. ad Concilium Latera-  
nense vocatus, in reditu à Friderico  
Imperatore, tunc Schismatis fautore  
in carcerem unâ cum aliis detrusus, vi-  
rili constantiâ tuâ docuisti orbem, Ci-  
sterciensium esse, ut olim Romani ja-  
ctabant, & agere & pati fortia. Non  
desunt ejus temporis, an tempestatis?  
fide digni scriptores, qui affirmare  
non formidant, Cistercium velut im-  
mobilem Ecclesiæ Petram, junctam  
Romanæ Petræ Schismatis illius im-  
manes procellas fregisse. Certè qui-  
busnam armis victus fuerit Fridericus,  
sinè dissi-



sine dissimulatione confessus est, quan-  
 do extremam cum morte subitutus a-  
 leam abjecto cultu Imperatorio, pau-  
 pere cuculla Cisterciensi armatus illi  
 sese certamini commisit. In medio ta-  
 men laborum æstu vel nova condidi-  
 sti, vel sponte se offerentia aliorum  
 Ordinum in filios suscepisti cœnobia,  
 grandis instar animæ, quæ vastum  
 corpus pari spiritu ubique impleret.  
 In arctum te denique contraxisti, con-  
 jectis in Successorem negotiis, quatuor  
 annorum spatio antequam vitam hanc  
 mortalem exueres. *Doce me sanctorum*  
*Ordinis Patrum constitutiones tam salu-*  
*briter inventas eo spiritu observare, quo*  
*illas condiderunt. Est enim Ordo sine le-*  
*gum diligenti observatione ut corpus sine*  
*anima.*

Frideri  
 Imp.  
 in ha.  
 bitu Ci-  
 sterciē-  
 si mori-  
 tur.

B. MARTINE, palmes nobilissi-  
 me perantiqui stemmatis Principum  
 Cybo, utpote ad priscos Trojæ hero-  
 es originem suam referentium. Di-  
 gnum tam excelsa propagine mentem  
 esse tibi insitam vidit Innocentius I I.  
 cum te Patribus Purpuratis annume-  
 ravit, misitque de Latere suo Nunci-  
 um ad Daciæ Regem. Inde autem post  
 expedita feliciter negotia Pisas rever-  
 sus, insigni facto purissimam ab omni  
 corruptione vitam demonstrasti. Flo-  
 rentiam

Floruit  
 anno  
 1134.



rentiam enim occasione itineris trans-  
euntem te loci Episcopus non solum  
humanissimo excepit hospitio, sed cer-  
nens deesse tibi ad prosequendam vi-  
am necessaria penè subsidia, equo do-

*Munus  
respuit  
ne justitia cor-  
rumpatur.*

navit. Pergentem Pisas secutus in gra-  
vis decisione litis cum te patronum  
rogaret, priusquam illum responso  
dignareris, quantocyus equum iussisti  
restitui, tum demum de innoxio tri-  
bunali decreturus, quod iustitia dicta-

*\*  
De Con-  
sid. l. 4.  
cap. 5.*

ret. Quam mentis tuæ generositatem  
mellifluo elogio prosecutus est BER-  
NARDUS, dum multis post annis  
velut oculatus rei testis Eugenio III.  
ita memoriam refricat.\* Quid dicis mi  
Eugeni? nonne alterius seculi res est,  
redisse Legatum de terra auri sine au-  
ro? transisse per terram argenti, & ar-  
gentum nescisse? donum insuper,

*A Ber-  
nardo  
egregiè  
landa-  
tur.*

quod poterat esse suspectum, illico re-  
jecisse? O si talium virorum daretur  
copia! quid te felicius, quid illo jucun-  
dius seculo? O si viderem in vita mea  
Ecclesiam DEI talibus innixam co-  
lumnis! O si Domini mei sponsam  
cernerem tantæ commissam fidei, tan-  
tæ creditam puritati! *Judicium no-  
strum vanissimis suis muneribus identi-  
dem corrumpere nititur fallax mundus.  
Tu doce me illius fraudes agnoscere, & in  
corruptio*



corrupto iudicio terrenis præferre eterna.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Epiph.

Aurum inter seculi divitias videtur

excellere: quod per Dei gratiam om-  
nes nos devotè obtulimus Salvatori, Aurum  
offert  
DEO,  
qui re-  
linquit  
omnia.  
cùm pro eius nomine ex integro dereli-  
quimus substantiam huius mundi. Jam  
verò necesse est, ut qui perfectè terre-  
na contempsimus, flagranti desiderio  
cœlestia requiramus.



22. Septembris. 10. Cal. Octobr.

BOTTO, insigne decus Serenissi-  
mæ Domus Austriacæ: qui, si ge-  
nus spectetur, quatuor Imperatores Obijt  
anno  
1169.  
Romanos proximo sanguinis gradu  
tibi numerabas conjunctos: quippe  
Henrici IV. nepos; Henrici V. sorori-  
us; Conradi frater; Friderici Patruus: Gene-  
ris no-  
bilitas.  
si in genealogia Virtus æstimetur, S.  
Leopoldi Austriæ Marchionis Filius;  
Illustria omnia: Parisios studiorum  
gratia destinatus; cùm salutatâ Miner-  
vâ reditum festinares in Patriam, uni-  
us noctis hospitio in Cænobio Mori-  
mundensi tam ardentis Monasticæ vi-  
tæ scintillas hausisti, quæ & quinde-  
cim socios, ex prima Germaniæ nobi-  
litate



*Abbas  
Mori-  
mundi  
eligitur*

*mirè  
fecun-  
dus.*

*Episco-  
patum  
Frisin-  
gensem  
refor-  
mat.*

*Multa  
doctè  
scribit.*

litate comites tuos, eodem desiderio inflammabant, ac deinceps immortalis memoria orbem illustravere. Votis solenniter emissis denuo Parisios missus stadium literarium tam felici cursu penetrasti, ut omnium expectationem transcenderes. Unde ad Clavum Morimundi promotus, intra octennium mira fecunditate florens ultra duodecim monasteria genuisti. Prestolabatur Patria tam fertilem manum; quæ te in throno Frisingensi collocavit. Quæ quidem Ecclesia per temporum injuriam penè collapsa, tibi mox debuit restaurata ubique & ad dignum decorem exornata templa: Rituum Ecclesiasticorum revocatum ab exilio usum: spectabilem ab-eruditione & pietate Sacerdotum frequentiam; verbo, novam, quam multo labore induxisti, faciem. Plurima erexisti præterea Religionis castra, dum aut extincta Cœnobia ad pristinum revocasti vigorem, aut nova jussisti surgere. Tot inter negotia nunquam quiescebat stylus, quo celeberrimam illam ab Origine mundi historiam ad tuam usque ætatem diserto veracique eloquio exposuisti. Pendebat ab ore tuo Nepos Fridericus Imp. in rebellionis contra Ecclesiam probrum nunquam utique lapsurus,



lapsurus, nisi te illi fata invidissent. Sed tibi illa consultum volebant, ne flammam geminam tristibus oculis aspicere cogereris: quarum altera, te vix ad cœlos raptō, universam exorto Schismate Ecclesiam fœdavit: altera ingenti sumptu exornatam Frisingam subito incendio consumpsit. Non igitur *Mori-* narus deniq; tuæ ex hoc seculo migra- *turus* tionis, per occasionem Comitiorum *Mori-* Generalium ad Morimundum prope- *mundi* rasti, ubi tam pretiosam in conspectu *se con-* cœli & orbis mortem oppetiisti, quam *fert.* meritò præsentes filii ac Præsules laudarunt, sepulchrūque supra humum elevati honore condecoraverunt. *Virtu-* tum omnium mater est labor, ut otium vitiorum. Tu jura labores meos qualescunque, & cum tuis nec à longè quidem comparandos, & gratiam impetra, ut eos ad Dei gloriam & animarum salutem, nec alio fine, impendam.

B. GERARDE: qui à sancto Parente BERNARDO ad regendum Villariense monasterium constitutus, cele- *Floruit* britatem nominis tantam comparasti, *anno* ut licet solitudinis amore munus Abbatiale dimiseris, invitum tamen ad Tornacensem Episcopatum aliorum imperia rapuerint. Ita sæpe Providentia Divina latentem sub humilitatis umbra vir-



umbra virtutem in publicam lucem  
 producit: Nam & pii in te spectabant  
 clarissimum pietatis exemplum: ege-  
 ni afflicti que asylum; Cœnobitæ lar-  
 gissimum suæ paupertatis patronum.  
*Ubique datur volenti virtutis occasio: sed  
 maximè in Cœnobitica solitudine, ubi à  
 mundi strepitu sequestrati, in solam ani-  
 mæ culturam invigilamus. Tu fac, ut a-  
 gam, quod mihi suadet.*

S. BERNARDUS, s. 2. Dom. 1. p. Ep.

Populū  
 suum  
 obli-  
 scitur,  
 qui car-  
 nales  
 affectus  
 deserit.

*Tu ergo audi filia, & vide, & consi-  
 dera, quanta sit erga te dignatio Dei  
 tui; & obliviscere populum tuum, &  
 domum patris tui: desere carnales  
 affectus, & seculares mores dedisce,  
 à prioribus vitijs abstine, consuetudi-  
 nes noxias obliviscere.*



23. Septembris. 9. Cal. Octobr.

Passi  
 anno  
 1427.

**B**Eati Martyres SILESII, Monachi  
 cœnobiorum Cellæ Novæ; & Grun-  
 heim: quos detestabilis illius Viperæ  
 Hussii Neroniana genimina sævissi-  
 mis tormentis, quasi quibusdam ma-  
 chinis ad cœlestem triumphum pro-  
 vexere. In hoc vitæ mortalis curriculo i-  
 dem est vivere, & luctari, sed nulla peri-  
 culosior est



XXIII. SEPTEMBER. 163

*enlosior est pugna, quam postrema: in hac vos palmati athletæ mihi assistite.*

B. GUIDO Abbas Cari Locii: qui *Floruit*  
per consuetam ad cœlosviam, ærum-*anno*  
nis nempe & crucibus stratam prope-*1133.*  
râsti. Quidam enim Præpositus, ini-  
micus Crucis Christi (ut cum BE R-  
NARDUS vocat) impudenti rapi-  
na in Cænobium tuum involans, te  
multis annis exulare coëgit. Solatium  
unicum inter has afflictiones tuas erat  
Mellifluus Parens, qui te Innocentio  
Pontifici per insignia præconia \* com-*\* Epist.*  
mendavit, quem etiam non frustra ad *198.*  
ferendam tibi opem imploraverat.  
*Non est dignus bravio, qui detrectat illam  
arenam percurrere, quam nobis proposuit  
Deus. Pati necesse est, aut perire.*

B. OTTO, Converse Villariensis, *Floruit*  
sanctissimæ filix Ivetæ parens: quæ de anno  
salute tua anxiam gerens curam; im-*1211.*  
petravit à DEO, ut opes, qui-  
bus te nimis constrictum dolebat con-  
temneres. Illius deinde monitis instru-  
tus peregrinationum pio labore te ex-  
ercuisti: quarum meta Villarium fuit,  
ubi assumpto Cisterciensi habitu Filix  
vota abundè implevisti. Potiorem  
sanctimonix partem, quam animi tui  
demissio studiosè occultaverat, mors  
detexit: inventis ad nudum corpus a-  
cribus ex

*Filia ei  
conver-  
sionem  
à Deo  
impe-  
trat.*




cribus ex ferro instrumentis, quibus te sine remissione afflixeras. Unica post lapsum spes superest penitentia: quam facilis modò dum corpus valet, tam dubia, si nimium differatur. Tu ex animo meo illud execrabile cras elimina, ut nuncagam, quod egisse me aliquando optabo.

S. BERNARDUS, s. I. de Circum. Dom.

Vere-  
cundia  
vitiosa  
poeni-  
tere e-  
rubef-  
cens.

Quem nemo potest arguere de peccato, ipse peccati remedium & verecundum pariter & austerum sine ulla necessitate suscepit. Nos econtra inverecundi ad obscuritatem culpæ erubescimus agere penitentiam, quod extrema dementia est, malè proni in vulnera; pejus in remedia verecundi.



24. Septembris. 8. Cal. Octobr.

Obijt  
anno  
1617.

Lacta-  
tur à B.  
V.

B. MARIA Vela, Abulensis Monasterii Virgo illustris, verè cœli delictum, quam scilicet Castissimus animæ tuæ Sponsus amplexu constringere, & Virginum Virgo nobilissima sui lactis ambrosia potare; utrique quotidiano ferè alloquio dignabantur. Tantos favores meruit tua inter cruciatus invicta patientia, quos tum morbi acerbissimi, tum victus austeritas pariebant. Nec



bant. Nec minorem tolerantia<sup>m</sup> ma-  
 teriam offerebant maligni daem<sup>ni</sup>  
 infidiae, quas aut ipsemet suis versutiis  
 aut malevolorum linguis in te fabri-  
 cavit. Sed denique omnium gloriosa  
 victrix, secunda cordis laetitia transisti  
 ad Sponsum. Eminabat inter reliquas  
 virtutes intentissima devotio erga SS. *Erga*  
 Eucharistiam: eo enim die, quo ad *Ven. Sa-*  
 Angelicum hoc epulum accedebas, ni-  
 hil cibi potusve corporalis gustare con-  
 suevisti. *Accende hoc amoris igne ani-*  
*mm meum: ut quotiescunque Divino hoc*  
*cibo reficior, nullam cogitationem admit-*  
*tam, quam tantus hospes merito aver-*  
*setur.*

B. NICOLAE, Episcopo Roschil-  
 denis; qui pro tuenda Ecclesiastica  
 Libertate de propria Sede pulsus, exi-  
 lii miseris sancta morte in Claravalle  
 finem imposuisti. *Quid ego sum, nisi*  
*miser è patria caelesti exul? Utinam &*  
*mea mors sit finis exilii, & introitus Pa-*  
*triae!*

B. ARNALDE: qui profapia<sup>m</sup> Obijt  
 splendorem è summo Ducum Narbo-  
 nensium fastigio ad imam Cistercii hu-  
 militatem abjecisse videris, ut quanto  
 profundius descendisses, eò altius as-  
 surgeres. Ad primum te gradum su-  
 stulerunt Populetani coenobitae, inde

M m te avoca-



*Sum-  
mus  
Pont.  
illi Li-  
brum  
dicat.*

*Inqui-  
sitor in  
Franci-  
am pri-  
mus le-  
gatur.*

te avocavit Grandis Sylva, Præsulem utrobique clarissimum: quod primorum in Ordine Patrum iudicio comprobatum est, dum te toti Cisterciensi familiæ Patrem Generalem XVI. dedere. Subscripsit huic opinioni Innocent. III. qui in quoddam subsequenti honoris auspiciis sermones à se lucubratos evulgaturus, raro dignationis exemplo, nomini tuo nuncupavit; cuius inscriptionis hæc est clausula: *Devotioni tuæ studui destinare, rogans & obsecrans in Christo Jesu, quatenus in orationibus tuis apud iustissimum Judicem & piissimum Patrem me reddas spiritaliter commendatum.* Erigebat eo tempore venenatum caput hæresis Albigensium in Galliæ partibus: ad quod refecandum te idem Christi Vicarius te in publicam arenam prodire iussit, ornatum gemino titulo, Legati Apostolici, ut mos usitatus erat: dein INQUISITORIS Fidei, cuius prærogativam primus in Galliam intulisti, adscitis in cooperationem amplissimi laboris Abbatibus aliquot Cisterciensibus. Gerebas sacrum id bellum utroque gladio, Verbi Divini, & ferri: illo piis solatium, hoc obstinatis terrorem ingenti animo circumferens: adeo ut heterodoxi præstantem mira celeritate indu-



te industriam tuam magicis artibus  
juvari stultissimè crederent. Accerse-  
bas in militiæ sanctæ societatem stre-  
nuos undecunque pugiles, è quorum  
numero fuit Divus Dominicus, tunc  
Oxomensis Canonicus: hunc Autho-  
ritate, qua pollebas, Inquisitionis ar-  
mis munitum, unà cum aliis in cam-  
pum eduxisti, tam fructuoso Reipub-  
licæ Christianæ incremento, ut deinceps  
celeberrimum Prædicatorum In-  
stitutum primas apud te radices posu-  
erit. Et necessariè erant tibi tales sup-  
petiæ, cum te Narbona Archiepisco-  
palibus infulis coronavit. Augebat hic  
honor labores, simul & nobilis animi  
fervorem: nam tam graves inter tur-  
bas septem Concilia nationalia ad Cle-  
ri reformationem coëgisti; quinque  
specialibus à Sede Apostolica manda-  
tis ad Reges Legationem obiisti. Ex-  
haustis tandem senio viribus, verè pro  
Domo Dei sagitatus, ad meritissimam  
Visionem pacis migrasti. Pax & quies  
præmium sunt certaminis & laboris. At  
miserum me! quo jure expectabo coronam,  
tam segnis miles & operarius: & insuper  
tot tantisque beneficijs affectus à Deo?

S. BERNARDUS, de dil. Deo. cap. 5.  
Deo totum me debeo pro me facto, quid

M m 2

addam


S. Do-  
minicū  
creat  
Inqui-  
storem.

Archi-  
episcopi  
munus  
strenuè  
implet.



Quid  
homo  
debeat  
DEO.

*addam & pro refectio; & refectio hoc modo? nec enim tam facile refectus, quàm factus. In primo opere me mihi dedit, in secundo se: & ubi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus, me pro me debeo, & bis debeo. Quid retribuam pro se? nam etsi me millies rependere possem, quid sum ego ad Deum?*



25. Septembris. 7. Cal. Octobr.

Obijt  
anno  
1225.

**B.** CÆSARI Prior Heisterbacensis, qui nominis tui nunquam mortuam memoriam non marmori sed libris insculpsisti, relictis posteritati Dialogis, in quibus lector & virtutum præmia, & vitiorum supplicia ad illorum amorem, harumque fugam magna in utramque partem copia possit intueri. Doctrinæ elementa *Canoni-* *catu* se lonia dedit, uti & natales, ac denique *abdicat* cum ætatis maturitate Canonicatum: quem tamen ut relinqueres, te persuasit unico colloquio Gevardus Abbas Vallis S. Petri. Cùm enim mirabiles in Sacrum Ordinem Cisterciensem favores à Regina Cælorum conferri solitos tibi recenseret, pectori tuo in eandem pro-



dem propensissimo hamum iniecit,  
 quo tractus tyronem primùm, dein  
 Villarii Priorem cum summa laude e-<sup>Tyrones</sup>  
 gisti. Eodem denique officio Heister-<sup>sanctè</sup>  
 bachii functus, ut Ordinis candidatos <sup>instru-</sup>  
 tuæ curæ creditos per duplicem exem-<sup>ir.</sup>  
 plorum viam ad genuinæ religionis  
 pietatem deduceres, opere & scripto  
 iisdem præivisti. Et lucubrationes tu-  
 as verus tui contemptor in lucem nun-<sup>Libri</sup>  
 quam emisisses, nisi Abbatis imperium <sup>eius in-</sup>  
 tuæ voluntati prætulisses. Ex quo con-<sup>vito illo</sup>  
 tigisse crediderim, aliqua irrepsisse, <sup>evul-</sup>  
 quæ diligentius à te revisa fortasse la-<sup>gantur</sup>  
 tere jussisses. Aliter autem te non vi-  
 xisse quàm scripseris, sancte obita mors  
 ostendit, quam non pauca prodigia  
 sunt subsecuta. Et ego in schola sacre  
*Religionis me adhuc doleo esse tyronem, in-*  
*docilem, & profectus ignarum. Sint mihi*  
*exempla tua, quibus nil efficacius movet,*  
*stimulus de die in diem progrediendi in*  
*melius.*

B. BALDUINE cognomento de Obijt  
 Bokla, Gandavensis natione, & genere circa  
 summo oriundus, sed animo his om-<sup>annum</sup>  
 nibus majore: nam undecimo ætatis 1225.  
 anno mundi vesaniam exosus ad soli-  
 tudinis silentium aspirans monastico  
 cinctus indumento, veluti armis in  
 hostem salutis aptissimis eremum pe-



*Famem  
jejunio,  
dæmo-  
nem cō-  
temptu  
superat*

tiisti vastissimam. Primus ibi confli-  
ctus fuit cum fame, quam sub jugum  
misisti intra quadraginta dierum pu-  
gnam, non nisi sex modicis panibus  
sustentatus. Alterum intulit tenebra-  
rum princeps, qui tamen citò herbam  
porrexit, cum te contemni cerneret.  
Exinde à pastoribus inter illas latebras  
inventus, volante celebri fama sociis  
auctus, jussu Deiparentis Monasteri-  
um construxisti, accepta juxta illius  
promissum copiosa dote: priusquam  
verò Cistercienses ritus induceres; ad  
cœli æternas mansiones vocatus es.  
Sanctimonix tuæ memoriam conser-  
vat celeberrimum Baudeloënse Mona-  
sterium quod è positis à te fundamen-  
tis surrexit, & hodie in Urbe Ganda-  
vensi Flandriam exornat. Possem & e-  
go gratissimam Deo domum in corde meo  
construere; tu in hac fabrica mihi collabo-  
ra: basim pone humilitatem, ex qua procul  
dubio reliqua constructio in altum assur-  
get.


S. BERNARDUS, ser. 3. de Adv.

*Beati-  
tudo  
homi-  
nis.*

*Beatus, apud quem mansionem facis  
Domine Jesu. Beatus in quo Sapien-  
tia edificat sibi domum, excidens co-  
lumnas septem. Beata anima, quæ  
sedes est*



*sedes est sapientia. Quenam illa?  
Anima utique iusti: quia iustitia &  
iudicium preparatio sedis tuæ.*



26. Septembris. 6. Cal. Octobr.

**B**ODANE, Archiepiscopo Ardina-<sup>Floruit</sup>  
chensis, magni illius Malachia <sup>anno</sup>  
lumne, & in Præsulatu successor. Fe-<sup>1131.</sup>  
rax fuit hoc seculum virorum insigni-  
um, quorum plurimi è Cœnobiis Ci-  
sterciensibus educti, eruditione & san-  
ctimonia optimè de Christiana Re-  
publica meriti per Hyberniam specta-  
bantur. *Veniet tempus, in quo & ego in  
publico Mundi Iudicio comparebo: tu me  
ita vivere doce, ut de actionibus meis mer-  
cedem non pœnam reportem.*

**B.** HENRICE Converse in Ger-<sup>Floruit</sup>  
mania: qui in doctrina Theologica, circa  
quam de suggestu publicè quondam <sup>annum</sup>  
exponebas, non disputandi subtilita-<sup>1175.</sup>  
tem, sed regiam ad cœlos viam quæ-  
rens, tutissimè didicisti progredi per  
gradus humilitatis. Hinc rebus terre-  
nis valere iussis, ad infimas Converso-  
rum functiones te demisisti. In qua  
virtutum schola tam docilis eras disci-  
pulus, ut interiori mentis lumine se-  
cretas hominum cogitationes inspice-

M m 4

res, &



res, & tenebriones infernales solo verbo fugares. Sed & ego unico verbulo totam demonis violentiam possem evertere, si idem mihi tecum foret animus: nempe diffidens proprijs viribus, & radicatus in gratia divina.

Obijt

anno

1600.

Auste-  
ritas.Silen-  
tium.Amor  
erga S.  
Sacra-  
mentū.

B. ANNA de Villaroël, in Cœno-  
bio S. Annæ Abulensis sanctimonialis,  
speculum perfectæ puritatis: quam  
triplici, eoque fortissimo munimento  
vallâsti. Primum erant spontaneæ  
afflictiones, à quibus ne noctis quidem  
modicam quietem volebas esse libe-  
ram, usa loco culitræ rudi assere. Al-  
terum taciturnitas: os enim non ape-  
riebas, nisi in laudes divinas ac preces.  
Devota denique susceptio Panis An-  
gelici: quam mensam quotidie fre-  
quentabas, tam dulcem experta sapo-  
rem, ut extra sensus illico rapta ad  
spectandos cœlestes convivas deducta  
fueris. Verè in hoc sacratissimo amoris di-  
vini pignore omnis invenitur dulcedo, o-  
mne robur, omne solatium. Huc me re-  
currere in quavis necessitate docet

S. BERNARDUS, ser. 7. de Adv.

Jesús  
nostrū  
refugi-  
um.

Ad hunc (Jesum) ergo tantum eru-  
ditorem in omni deliberatione curra-  
mus: hunc tam strenuum adiutorem  
in omni



*in omni operatione invocemus: huic  
tam fido propugnatori in omni collu-  
tatione committamus animas no-  
stras.*



27. Septembris. 5. Cal. Octobr.

Floruit

B. GILBERTE, Claravallis mona-  
che: qui virtutem illam magneti-  
cam BERNARDI in animos domi-  
nantem vi melliflua expertus, vivo il-  
li in sua Claravalle jungi ardentissimè  
desiderabas; inter Canonicos tamen  
usque ad ejus obitum morari jussus,  
non exigua merita collegisti sanctioris  
vitæ exemplo. Sed amantissimum pa-  
rentem mundo ereptum esse nemo te  
minùs dolere potuit, quippe in diesti-  
bi jam per quietem, jam vigilantia præ-  
sentem, tēq; cœlesti sapientia imbuen-  
tem. Quin & pro fidelis amoris indo-  
le animam tuam ē corpore egressuram  
ipse in Angelorum confortio ad feli-  
cem patriam comitatus est. Nec ego e-  
jus careo præsentiā: viva ipsius imago  
sunt melliflua scripta; ex quibus utinam  
spiritum illum haurirem, quo ipse te im-  
plevit!

anno

1160.

S. Ber-

nardus

illi saepe

appa-

ret.

B. JOANNA Clari-Fontis Abba-Circa a.  
tissa: quæ generis nobilitatem sancti-1240.

M m 5

monia




Imago  
Mariae  
annuit  
oranti.

monia vitæ longè superâsti. Hanc suo calculo frequentissimè cœlites tecum familiariter agentes probârunt: præsertim ipsamet cœlorum Domina: coram cuius imagine, adhuc hodie in honoribus meritiis habitata, cum salutationem Angelicam intimo pietatis sensu recitares, visa est non semel capitis inclinatione tuis precibus annuere. *Ingenuè fatebor: licet in recollectione peccatorum meorum toto animo contremiscam, subeunte memoriam meam fiducia in Misericordiæ Matrem, non possum non erigere mentem meam in certam spem consequendæ per eam veniæ ac æternæ salutis.*

S. BERNARDUS, s. i. de Assumpt.

Maria  
Advo-  
cata  
nostra.

*Præcessit nos Regina nostra, ut fiducialiter sequamur Dominam servuli clamantes: Trahe nos post te. Advocatam præmisit peregrinatio nostra; quæ tanquam Iudicis mater, & Mater misericordiæ suppliciter & efficaciter salutis nostræ negotium pertractabit.*



Obijt a.  
1168.

28. Septembris. 4. Cal. Octobr.

B. CONRADE, sanguine, Infulis, & meritis gloriose. Originis claritudinem



dinem dedit S. Leopoldus Auftriacus;  
 ex cuius piissima educatione ad Mona-  
 sterium S. Crucis, quod ipse fundave-  
 rat, translatus, adeò alterum paren-  
 tem virtutibus referebas, ut adhuc ju-  
 veni clavus Coenobii fuerit commissus  
 quem non inferiori felicitate tenuisti,  
 quàm Otto germanus tuus in Mori-  
 mundo, fecunditatem in emittendis  
 sacris coloniis excipiente Austria, Un-  
 garia, ac Bohemia. Ac Velut illum  
 Frisinga, sic te Patavium Episcopali  
 diademate coronavit, utraque Eccle-  
 sia mirante renovatam vestris labori-  
 bus pulcherrimam speciem. Abrupit  
 fortunatissimum cursum Patruus Fri-  
 dericus, qui te, cùm constanter Ale-  
 xandro contra Pseudopontificem Vi-  
 ctorem fayeres, è sede Pontificali de-  
 trusum, aliquot annis in exilio deti-  
 nuit. Verùm sua hanc tempestatem  
 secuta est serenitas, quæ te rebus ite-  
 rum pacatis in altiore Archiepisco-  
 palis Salisburgensis throno collocavit:  
 in qua nempe Serenissima Domus Au-  
 striaca fidus aspexit suo coelo inseren-  
 dum. Hic finis ubique est aduersitatum,  
 gloria scilicet novæ augmentum, quod vel  
 in hoc vel in altero seculo paucitiam or-  
 nat. Tu me conforta, ut intuitu tam certæ  
 mercedis tam afflictiones sortis, quàm pæ-

Fit Ab-  
 bas ad  
 S. Cru-  
 cem.

Par Ot-  
 tonis fra-  
 tri.

Eligi-  
 tur E-  
 piscop.  
 Pata-  
 viensis

& Sa-  
 lisbur-  
 gensis.



*nitentia fortiter ac perseveranter sustineam.*


*Floruit* B. FULCARDE: qui inter Con-  
*circa* versos Clarævallenses vera cordis sim-  
*annum* plicitate labores agri, solo Obedientiæ  
 1140. intuitu exercens, talem nactus es ara-  
 tri ductorem, quo majorem nec ipse,  
*Christū* ut sic loquar, solis currus habet. Ipse e-  
*habet* nim Servator ea forma spectabilis, qua  
*laboris* olim Magdalænæ desiderium imple-  
*socium.* verat, se tibi aranti adjunxit. At fini-  
 to diurni laboris penso ex tuis se ocu-  
 lis subducens tam ardens in te sui de-  
 siderium reliquit, ut languens amore  
 spiritus intrā paucos dies, præsentē  
 Parente BERNARDO, ac tecum ju-  
 bilante, corporis ergastulum deserue-  
 rit. *Miseros nos terræ hujus amatores! in-*  
*ania desideria torquent vivos, morituros*  
*angunt, & planè dilaniant. Ah! cur non*  
*in solo Dei amore vivimus, nunc pleni so-*  
*lacio, replendi eterno gaudio?*

S. BERNARDUS, c. 7. de dil. Deo.

DEUS *Non sinè præmio diligitur Deus, etsi*  
*quomodo* *absque præmij intuitu diligendus sit.*  
*do dili-* *Verus amor præmium non requirit;*  
*gatus.* *sed meretur. Præmium sanè necdum*  
*amanti proponitur, amanti debetur,*  
*perseveranti redditur.*

29. Septem-





29. Septembris. 3. Cal. Octobr.

B. HERMANNE Abbas Waldsassen-  
 sensis, qui, quod summa regiminis  
 felicitate gavissus fueris, multisque pri-  
 vilegiis à terræ Principibus donatus,  
 tua erga cœlestes spiritus pietate me-  
 ruisti; à quibus frequenti colloquio  
 instructus, insignem de illorum natu-  
 ra librum scripsisti, quos etiam ad su-  
 am gloriam duces moriturus habuisti.  
*Mille sunt causæ, quæ nos pertrahant in-  
 dignam Venerationem, amorem, & reve-  
 rentiam Angelorum; quare conabor tam  
 gratuita & amorosa illorum in me obse-  
 quia considerare diligentius, & eorum  
 monitiis promptius obtemperare.*

Obijt

anno

1222.

B. JOANNES Princeps de Monte  
 Mirabili, dixerim potius de vita mira-  
 bili: cum plena fuerit miraculis. Ju-  
 ventus quidem robore & armis per  
 omnem Galliam nominatissima, sed  
 melius adeptura nomen ex pia muta-  
 tione morum, dum profusioni super-  
 bæ successit in egenos liberalitas, ja-  
 stantia humilitas, luxui austeritas.  
 Soli deinceps hospites tui erant, quos  
 tibi morborum & ulcerum commen-  
 dabat miseria: his de genibus propina-  
 re alimenta, eluere vestes, mollique

Obijt

anno

1200.

Muta-

tur si-

bitò in

aliud.

M m 7

lecto



278 ANNI CISTERCIENS.

*Curam  
gerit  
morbi-  
dorum.*

lecto tuo fovere perpetuus labor fuit.  
Factorem horum adeò non horrebas,  
ut etiam ore saniem detergere inde-  
licis habueris. Lepra infectis mayo-  
rem quàm deceret, honorem exhibe-  
re te quidam commilitones censebant,  
quando illis in via fortè obviis ex equo  
desiliens, stipem non nisi flexis geni-

*Imago*

bus porrigebas: sed postquam eodem  
B. V. se in itinere viderunt DE I Genitricis i-  
erga il- maginem quercui apensam ad te pre-  
lum cõ- cantem sese sponte inflectere, aliam  
vertit. de te tulerunt sententiam. Non dissi-

*Preci.*

*bus res*

*miras à*

*Deo im-*

*petrat.*

milem è cœlo favorem expertus es,  
obsidente castrum tuum Oysiacum  
Comite Campaniæ: deficientibus e-  
nim à te etiam domesticis stipendia-  
riis in solo precum subsidio spem re-  
posuisti: nec vanè: nam spissa nebula  
hosti castrum ab oculis, & apertæ nu-  
bium cataractæ pugnandi animum  
abstulere. Illud præ cæteris mirabile,  
quod obstupescens merito Camera-  
cum spectavit. Ducebatur reus præcipi-  
ti iudicio vivus humandus. Cujus tu

*Vivū* misertus, cū Judices te supplicem  
*sepultū* non audirent, miserum bono animo  
*in vita* esse iussisti, DE I interim te aures pul-  
*confer-* satorum. Elapso triduo reversus è fos-  
*vat.* sa aperta hominem illum sanum ve-  
getūque eduxisti, fatentem, se illo  
triduo



triduo suaviter soporatum sinè ullius  
 molestiæ sensu quievissè. Huic tuæ in  
 afflictos clementiæ opposuisti è dia- *Rigidè*  
 metro severè exacta à tuo corpore *corpus*  
 supplicia, quod gestato asperrimo ci- *affligit.*  
 licio, & flagellorum ictibus, clerico ad  
 hos acriter infligendos constituto, pe-  
 nè supra fidem cruciavisti. Cessanti-  
 bus autem pænalium instrumentorum  
 tormentis, totas plerumque noctes  
 gemitibus non siccis, è quibus nempe  
 haud rarò pavimentum madebat, per-  
 vigilabas. Hæc Religiosæ vitæ erant  
 præludia, quam in Cœnobio Longi-  
 Pontis amplexus, eò severitatis pro-  
 gressus es, ut Abbas moderari illam  
 coactus fuerit. Obedientiæ prompti *Obedi-*  
 tudinem missus aliquando ab eodem *entia*  
 piscis ostendit: quem ut totum ablu- *simplex*  
 meres iussus, ne quid superesset, unà  
 cum spinis, ossibus, ac pinnulis non  
 sinè gravi dolore deglutiisti. Animi  
 demissionem tam studiose sectabaris;  
 ut omnem captares occasionem sum-  
 ma animi lætitia, qua te deprimi &  
 contemni sperabas. Felicem obitum  
 prænunciaverunt splendentes in Cho-  
 ro lampades, è quibus unam illustrio-  
 rem Prior loci ad cœlos evolare vidit.  
 Hunc tot secuta sunt miracula, ut pri-  
 us ægri, muti, cæci, aliisque miseriis  
 vexati




280 ANNI CISTERCIENS.

vexati deficerent, quàm egressa è tumulto virtus, quæ omnes à languoribus liberos dimittebat. *Dua sunt alæ, sinè quibus nemo sperare potest securum ad cælos volatum: Amor Dei & odium sui. His tu penetrasti ad eternam felicitatem: eas tu nunc mihi à Deo precibus tuis impetra.*

Ordinatio  
charitatis.

S. BERNARDUS. c. 14. de dil. Dei. *Cupiditas tunc rectè à superveniente charitate ordinatur, cum mala quidem penitus respuuntur, bonis verò meliora preferuntur, nec bona nisi propter Deum appetuntur. Quod cum plenè per Dei gratiam assecutus fuerit, diligentur corpus & universa corporis bona propter animam, animam propter Deum, Deus propter seipsum.*



Obijt  
anno  
1227.

30. Septembris. Pridie Cal. Octobr.  
B. CONRADE S. R. E. Cardinalis  
Episcopo Portuensis: qui cum juvenis apud Philippum Sueviæ ducem pro obside captivus tenereris, voto te Religionis in libertatem asseruisti: quo Villarii exsoluto, altero statim anno Prioris, totidémque post transactis annis, munere Abbatis ita functus es,  
ut te



utte finè detrimento contemplationis  
 internæ negotiis, & absque horum di-  
 spendio iterum rebus cœlestibus utro-  
 bique totum pro arbitratu impende-  
 res. Quanta puritate mentis in sancta  
 Oblatione Corpus Dominicum tra-  
 ctaveris, insigni prodigio Deus pate-  
 fecit; dum digiti tui divinorum pig-  
 norum contactu sacri in pia lectione  
 nocturno tempore tibi pro lumine e-  
 rant: prodentes aut cœlestis amoris  
 incendium, aut sanè præfagientes fu-  
 turum splendorem, quo Ecclesiam e-  
 ras illustraturus. E Villario enim ad  
 Claramvallem, inde ad regimen uni-  
 versale Ordinis Cistercium, deniq; ab  
 Honorio Romam ad Purpuram voca-  
 tus, ad componenda gravissima nego-  
 tia in Germaniam, Franciam aliasque  
 Europæ provincias destinatus es: In  
 qua Legatione Prædicatorum Institu-  
 tum primus Auctoritate Apostolica Sum-  
 confirmasti. Imò post Honorii mor-  
 tem Triplici tiarâ tibi oblatâ, tum de-  
 mum ostendisti, scire te honores & fieri  
 ferre & contemnere. An fortè præ-  
 videbas aliam coronam gloriæ super-  
 nâ tibi esse vicinam, quam sexto post  
 mense recepisti: hoc epilogo vitæ clau-  
 dens periodum: [ Utinam usque in  
 hanc horam in Villario sub disciplina  
 vixissem

Digiti  
 ejus lu-  
 cent in-  
 star lă-  
 padis  
 lucent.

Gene-  
 ralis  
 XIX.

Sum-  
 mum  
 Ponti-  
 ficatû  
 recusat.



vixissem Regulari, & cum culinæ hebdomadariis semper ibidem scutellas abluissem.] Corpus in Claram vallem translatum sub Mausolæo juxta Divum Malachiam quiescit *Unicum à te favorem postulo, gratiam nempe, quæ mundum reddat cor & corpus meum, ut puris manibus ad tremenda mysteria accedam.*

*Obijt* B. BENEDICTE, monache Mo-  
*anno* rerolæ, antiquæ hoc postremo seculo  
 1588. pietatis, observator diligentissime mi-  
*Humi-* nimarum etiam Ordinis regularum.  
*litatis* Humilitatis ante omnia studiosus; va-  
*studio-* sa & linteamina monasterii clandesti-  
*sus.* nè subtraectis somno horis eluebas. Ha-  
 rum virtutum non ignari Præsides te.  
 Abbatem Melonenſi cenobio designa-  
 vere: sed prævaluit humilis tua depre-  
 catio, obtinîtque ab hoc onere liberta-  
*Pius* tem. Hinc ad altiora continuo labo-  
*mini-* re suspirans, nimiâ tandem victûs ab-  
*ster Sa-* stinentiâ valetudinem ita afflixisti, ut  
*cerdoti* sinè periculo Sacro Altari non liceret  
 assistere. Quem tamen defectum re-  
 sarciebas functione ministri, cujus vi-  
 ces toto antemeridiano tempore in-  
 nocentia planè Angelica obibas. Di-  
 vinitûs tandem de instante morte præ-  
 monitus, sub ultimo postremæ diei  
 Sacro, sumpto à Sacerdotis manu sa-  
 cratissimo



cratissimo Viatico spiritum exhalasti,  
 immobilem flectentis genua situm ser-  
 vante corpore donec exequiæ à miran-  
 te ac præ gaudio lacrymas uberes fun-  
 dente Conventu persolutæ fuerint.  
*Præ gustus est æternæ felicitatis verè de-  
 vota susceptio sacrosanctæ Eucharistiæ.  
 Utinam huic dignè intrâ viscera mea ad-  
 mittendæ tanta me diligentia, quâ tu sole-  
 bas, pararem! haud dubiè sperare possem  
 eandem mortis meæ felicitatem.*

S. BERNARDUS, de Dilig. Deo. c. II.

*Fusti epulentur & exultent in con-  
 spectu Dei [p. I. 67.] Hinc illa satie-  
 tas sinè fastidio. Hinc æternum illud  
 atq; inexplicabile desiderium nesciens  
 egestatem. Hinc denique sobria illa  
 ebrietas, vero, non mero ingurgitans,  
 non madens, sed ardens Deo.*

Felici-  
 tas Be-  
 atorum



ANNI





ANNI  
CISTERCIENSIS  
OCTOBER.

I. Octobris. Calenda.

Floruit  
anno  
1220.

Innocen-  
tiam à  
Baptis-  
mo con-  
servat.

Missam  
devotè  
cele-  
brat.



EATE ULRICE, ce-  
nobii Villariensis mo-  
nache: qui & vultu &  
moribus terrestres An-  
geli speciem referebas:  
innocentiam namque  
quam à sacro Baptismatis lavacro re-  
portâsti, nullo gravioris peccati nævo  
libatam usque ad ultimum spiritum  
conservâsti. Tanto etiam fervore In-  
cruentum D E O Sacrificium offerre-  
bas, ut eo tempore caput tuum sæpe  
cœlestis splendor circumdaret. Ho-  
ram denique mortis prædicens cum  
summo cordis jubilo purissimum spi-  
ritum emisisti. Tu mihi fontem à Deo  
impetra, quo contractas per humanam  
fragilitatem




fragilitatem sordes lacrymarum Baptismo lavem, ut sic ad Agni nuptias merear introitus.

B. NEHEMIA, Sancti Malachie Floruit in Hibernia discipule, sub cuius magisterio tam egregie profecisti, ut insignia merita te ad Episcopalem Sedem Urbis Cluacensis evocaverint. Ubi tam verbo quam exemplo oves tibi commissas in summa sanctitate pavisti. Ora pro me, ut & ego exemplo meo proximum edificem, ut verba mea factis sint conformia, ut qui me profiteor esse Religiosum, dicti mei veritatem actibus comprobem.

S. BERNARDUS, ser. 4. de Adv.

Nullum ego consilium melius arbitror, quam si exemplo tuo fratrem docere studeas, quæ oporteat, quæ non oporteat fieri, provocans eum ad meliora, & consulens non verbo neque lingua, sed opere & veritate.



2. Octobris. 6. Nonas.

B. GODEFRIDE cognomento Pachomi Monache Villariensis, qui inter Canonicos Regulares melioris vitæ rudimenta ponens concepto artioris disciplinæ desiderio Villarium te copru-

Floruit  
circa  
annum  
1240.



*Pro-  
missum  
eternæ  
salutis  
obtinet.*

*Cibos  
cum  
paupe-  
ribus  
parti-  
tur.*

*Obijt  
anno  
1545.*


te contulisti. Ac ibi DEO septem & quadraginta annis fideliter serviens inter alios favores à Matre Misericordiæ acceptos cognovisti, tuam animam, cum à corpore separanda sit, rectà ad coelos sinè ulla molestia evoluturam. Enitebat in te ante omnes perfectionis ardores cupido opera non nisi vilissima peragendi: unde si loca fordibus aut fuligine obsita repurgatione indigebant, quasi quodam jure tua solius hæc servitia esse volebas. Ne autem parcissimus ciborum usus tibi soli esset proficiuus, obtenta superiorum licentiâ meliorem semper eorum partem, sæpè etiam totam, egenis obtulisti. Morienti visa est Cælitum Regina, undecim millibus Virginum comitata viam tibi ad Cœlos præire. Etiam mihi præeunt mille exempla, per humilitatis scalam summos virtutum apices consecuta. Moveant me hæc tandem, te adjuvante, ut eadem studeam emulari.

B. CLARA, Bellopratensis Abbatisa, monasticæ pietatis quoad omnes etiam exiguas partes attentissima observatrix: Jungebas humilitati genuinum comitem Paupertatem, in vestitu par minimis sororibus, ita ut pedum Abbatiale, quod tamen quadraginta annis tenuisti, non argentum, sed sola



sed sola potestas ornaret : & opum  
quidem contemptum remuneratus est  
suâ providentiâ DEUS; ad tuas pre-  
ces tibi indigenti submittens, qui of-  
ferrent fœnebre aurum, nec censum  
nec summam capitalem repetituri. I-  
terum novus ad sectandam animi veram  
demissionem occurrit stimulus: cui tu al-  
terum adde Gratiâ cœlestem, sinè qua  
hanc licet facilem viam, calcare frustra  
tentabo.

S. BERNARDUS, s. 2. in cap. jejun. Humi-  
litas est  
virtus  
facilli-  
ma,  
Qui contendit supergredi proximos,  
multas inveniet difficultates, multos  
habebit emulos, multos patietur con-  
tradictores, ascendentes equidem ex  
adverso. Nihil verò facilius est Volen-  
ti, quàm humiliare semetipsum.



3. Octobris. 5. Nonas.

BIRMENGARDIS, Abbatissa Po-  
undini in Suevia, quod Monasteri-  
um nobili parenti tuo originem, do-  
tem, teque ipsam debet. Cùm enim  
Terræ sanctæ expeditio tibi maritum  
sustulisset, sacrum itidem bellum tu  
mundi deliciis indixisti; quas ut secu-  
rius vinceret Cisterciensibus castris no-  
men dedisti, victrix simul & fœcunda,  
heredibus

Floruit  
circa  
annum  
1250.



288 ANNI CISTERCIENS.

heredibus majori numero bonorum corporis & animi relictis, quàm à mundo, quantumcunque prolifica mater, tulisses. *Utinam dignè estimarem hereditatem, qui mihi promissa est à Bonitate divina, nec eam tam indigno pretio peccati venderem! Doce me aliter deinceps sentire de rebus caducis, quas tu pro æternis generosè contempsisti.*


*Floruit* B. THEODERICE de Lurek: qui  
*anno* ex opulento Canonico Bonnensi pau-  
*1211.* per Cisterciensis tyro in cœnobio Hei-  
sterbacensi factus, tota cogitatione &  
aviditate in illa æterna patria conver-  
fabaris. Inde orta est solida illa in Deum  
fiducia obtinendi per pias preces,

*Saxum* quidquid petendum occurreret. Nam  
*grande* cum ad perficiendum Monasterii ædi-  
*solus* ficiū diu frustrà laboratum esset à  
*movet.* multis in saxo quodam prægrandi, tu  
fusā brevi oratione, solus illud pilæ  
instar lusoriæ volvisti in eum locum,  
cui serviebat. *Præsens in omnes misérias*  
*nostras remedium est Oratio, nullam uti-*  
*que passura repulsam, si cordi vox conso-*  
*net, & eo devotionis affectu præsentetur*  
*Divino conspectui, prout mellifluè nobis*  
*insinuat.*

S. BERNARDUS, ser. 25. de divers.  
*Quanta ergò cum reverentia, quan-*  
*to timore,*



to timore, quanta illuc humilitate ac-  
cedere debet à palude sua procedens  
& repens ranuncula vilis? <sup>Oratio</sup> quàm  
tremebundus, quàm supplex, quàm <sup>quàm</sup>  
denique humilis & sollicitus, & toto <sup>debeat</sup>  
intentus animo majestati gloriae, in <sup>esse hu-</sup>  
praesentia Angelorum, in concilio ju-  
storum & congregatione assistere po-  
terit miser homuncio?



4. Octobris. 4. Nonas.

B. MARIA Monasterii de Carrizo Floruit  
Abbatissa, Virgo ex Regio stem-  
mate orta; sed terreni honoris pertæsa 1177.  
latibulum tibi construxisti aptissimum  
sanctimoniae conservandae, Partheno-  
nem, quem de Carrizo appellasti. Ibi  
suum decorem mirata est Humilitas,  
regale diadema spectans calcatum pe-  
dibus: ibi deliciae carnales, nobilissimi  
sanguinis, quem flagella effuderant,  
imbribus submersae, emoriebantur,  
aut marcebant vigiliis, aut gemebant  
sub abstinentiae jugo. Harum virtu-  
tum memoriam servat dignum tuo  
genere sepulchrum, quod & hodie te  
Fundatricis titulo honorat. Utinam &  
anima mea generis sui nobilitatem agnos-

N n

ceret, ne-



290 ANNI CISTERCIENS.

*ceret, neque admitteret aliquid indignum divina origine!*

*Floruit* B. ERVÆE Abbas Urſi-Campi:  
*anno* celeberrimus vaticinio BERNARDI  
*1142.* & felix. Tranſierat ille Noviomenſem

*S. Ber-* civitatem, accepto diverſorio in ædi-  
*nardi* bus Simonis Epifcopi, Patruſ tui, & e-  
*de illo* ducatoris: à quo cùm Beatiffimo Patri  
*vatici-* fauſta precatone donandus offerreris,  
*nium.* ex gratioſo ſerenæ frontis decore pro-  
micuit generoſus ille animus, quem à  
regio ſanguine traxiſti. Ea deinde no-  
cte idem ſibi viſus eſt inter Miſſarum  
ſolennia Angeli miniſterio ad te Pacis  
oſculum tranſmittere. Cujus augurii  
interpret ſuſcepit, te amplexu  
Sacri Ordinis numerum Filiorum Ber-  
nardi aucturum. Nec expectationem  
illius ſeſelluſti: dum à B. Walerano,  
Angelicæ puritatis Viro, in Monaſte-  
rium Urſi-Campi ſuſceptus, meritiſi-  
ta exigentibus eidem in Abbatiali di-  
gnitate ſubrogatus eſ. Quàmque in-  
tino amoris affectu etiam poſt fata te  
complexus fuerit, expertus eſ, quando  
te incolumem & nihil morbi metuen-  
tem, moruit de hora, qua illi proxi-  
mè in æterna gloria ſis conjungendus.  
*Inæſtimabile eſt Dei in nos beneficium, tam*  
*nobiles, tamque potentes aulæ cæleſtis*  
*principes ad infirmitatis humanæ cuſtodi-*  
*am deſti-*


*Mortis* gnitate ſubrogatus eſ. Quàmque in-  
*horam* timo amoris affectu etiam poſt fata te  
*præno-* complexus fuerit, expertus eſ, quando  
*ſcit.* te incolumem & nihil morbi metuen-  
tem, moruit de hora, qua illi proxi-  
mè in æterna gloria ſis conjungendus.  
*Inæſtimabile eſt Dei in nos beneficium, tam*  
*nobiles, tamque potentes aulæ cæleſtis*  
*principes ad infirmitatis humanæ cuſtodi-*  
*am deſti-*



am destinantis. *Esto mihi Angelus Pacis,  
& doce me ita dirigere actiones meas, ut  
pacem cum Angelis eternam possideam.*

S. BERNARDUS, hom. 3. sup. Miss.  
*Solent Angeli astare orantibus, & de-  
lectari in his, quos vident levare pu-  
ras manus in oratione: holocaustum  
sanctæ devotionis gaudent se offerre  
Deo in odorem suavitatis.*

Angeli  
adstant  
oranti-  
bus.



5. Octobris. 3. Nonas.

B. HUGO Monache Curia-Dei; qui  
fervorem in sectanda Religionis  
perfectione etiam post mortem è tu-  
mulo proditis, dum frigido febrium hu-  
more laborantes ibi à te piis precibus  
invocato calorem inveniunt, quo  
morbus abigitur. *Expelle etiam ab ani-  
ma mea febrilem languorem in rebus di-  
vinis: sentio hunc, nec semel tantum de-  
ploro, & ad Medicum aspiro.*

Floruit  
circa  
annum  
1200.

B. GERWICE, Abbas Waldsassen-  
sis, illiusque Monasterii conditor, anno  
cujus occasionem dedit inopinatum  
vulnus, quod inter militares ludos  
Marchioni Theobaldo de Vohemberg,  
tibi ob generis, ætatis, & studii parita-  
tem in aula Bavari charo inflixisti.  
Infelici ergo manui iratus, mundo  
res suas

Floruit  
anno  
1151.



*Eremū  
petit.*

*Monas-  
terium  
condit.*

res suas habere jussu, postquam per aliquot annos vitæ sanctioris præcepta inter Benedicti assedas haussisti, in vastissimam sylvam secessisti, tam diu ignotus exigui mapalis incola, donec venationis gratia lucum percurrens ipsemet Theobaldus, non sine lætitiæ & admirationis lacrymis te agnovit, statimque tantum terræ illius spatium dono dedit, quantum uno die pedibus per circuitum dimetireris. Addidit præterea sufficientes impensas ad cœnobii structuram; in quod inquilinos inducturus à Patriarcha BERNARDO manipulum Monachorum petisti; at cum ea tempestate ipsemet laboraret inopia, eos Wolkenrode præbuit: Inditum Monasterio nomen, lingua patriæ waldsassen, quasi sedentes in sylva. Sed aliam faciem successu temporis induit tua & successorum industria, adeo ut hodierna die inter celeberrima Cistercii decora merito numeratur. Non mirum est, te densissimas sylvæ tenebras in tam claram lucem commutasse, cum tam generosè te è mundi tenebris, id est vitijs proripueris. Utinam & ego, quæ mundi sunt, toto animo meo excluderem.


—(S)—

S. BER-



S. BERNARDUS, ser. 75. in Cant.

Habet mundus iste noctes suas, & non Mundi  
 paucas. Quid dico, quia noctes habet <sup>tene-</sup>  
 mundus, cum penè totus ipse sit nox, <sup>bra.</sup>  
 & totus semper versetur in tenebris?  
 An non nox, ubi non percipiuntur ea,  
 quæ sunt spiritus Dei?



8. Octobris. Pridie Nonas.

B. ODO, Matris Cistercii inter pri- <sup>Floruit</sup>  
 mos Ordinis auctores alumne: qui <sup>anno</sup>  
 inter aspera illa primordia per pluri <sup>1100.</sup>  
 mos annos strenuum laborem contu-  
 listi ad erigendam Cisterciensis Insti-  
 tuti scalam, per quam vestigia tua se-  
 quentes innumeri ad gloriam immor-  
 talem conscenderunt. Prebe & mihi  
 manum: ecce! prompta est ad sequelam  
 voluntas, sed caro nimis infirma, tam verò  
 egregio duce feliciter unque progressura.

B. BALDUINE, S. R. E. Cardi. <sup>Obijt</sup>  
 nalis Archiepiscopo Pisane: dulcior <sup>anno</sup>  
 his titulus est, cum te Filium Magni <sup>1146.</sup>  
 BERNARDI appello: cujus amore  
 patriam, opes, & quos clarissimum ge-  
 nus promiserat honores abjecisti. Sed  
 hæc omnia restituit Innocentius, qui  
 te vocato ad Purpuram penè solo ad  
 secretissima consilia usus est arbitro.

N n 3

Suscipie-



*Humi-  
lis in  
honore,*

Suspiciebat te Roma in sublimi gradu florentem, at alio te ipsum oculo considerabas, nec cernebas aliud quam Clara vallensem Monachum, quem purissimi mores & indefessa pietas loquebantur. Id in te tum maximè miratus est BERNARDUS, cùm in Urbe negotiis Universalis Ecclesiæ detentus, suas tibi epistolas dictaret, quas tu humilis ejus ammanuensis stylo excipiebas. Post egregios sub gemino Pontifice peractos labores te Legatum in Sardiniam dixit Eugenius, planè iter in alterum orbem fuit: Feliciter enim negotiis expeditis senium simul ac morbus effecere, ut prius cœlestem, quàm Romanam Urbem, videres. Morabatur tamen ingressum Judicis æterni severissima districtio, quæ levissimum, & vix planè tuum nævum temporali pœna prius delevit, veluti cuidam Sardinia præbytero cœlitus fuit ostensum. Merito exparesco horribilem illam diem, qua Judici Deo ero presentandus: si enim in te vel minimam maculam tam acriter vindicavit, quid de me fiet?


*Judici-  
a Dei  
abyssus  
multa.*

S. BERNARDUS, ser. 55. in Cant.

Ego scrutabor Hierusalem in lucernis.  
[Sophon. c. i.] Acuto visu est, nihil  
inscruta



*inscrutatum relinquet oculus ejus. DEI*  
*Scrutabitur renes & corda, ipsaque severi-*  
*cogitatio hominis confitebitur illi. tas for-*  
*Quid rutum in Babylone, si Hierusa- mida-*  
*lem manet scrutinium? bilis.*



## 7. Octobris. Nonis.

**S**MARTINE, cognomento Cidis, Obijt  
 qui post susceptos Sacerdotii Ordini anno  
 nes priusquam Cistercio nomen dares, 1152.  
 Clarævallis initia æmulatus, ex latro-  
 num latibulo fecisti securum peregrini-  
 tantibus hospitium, ac tuæ sociorum.  
 q; pietati charitatis palæstram. Hanc  
 promovebat Bernardus Episcopus Za-  
 morensis, cujus consilio ab altero in  
 Claravalle BERNARDO Monachos  
 petiisti, qui DEO simul & advenis  
 servirent. Quatuor omnino ad te de-  
 stinavit Pissimus Pater, non ignarus,  
 se fertilissima licet pauca grana mitte-  
 re, è quibus brevi copiosa messis sit sur-  
 rectura. Annuit benè ceptis Rex Al-  
 phonso egregiæ dotis auctoramento,  
 & mutato nomine loci, ex Bellifonte  
 in Vallem Paradisi. Et verè te in illo  
 Paradiso fuisse Arborem vitæ osten-  
 dunt superstites in Æde sacra tabulæ,  
 in quibus spectantur integræ cohor-

N n 4

tes, à



296 ANNI CISTERCIENS.

tes, à morbis diversi generis sub prodigiosa manu tua liberatæ. Auxerunt identidem similis picturæ numerum continua miracula, quibus hac nostra ætate motus Paulus V. Christi Vicarius & Rex Catholicus Pilippus III. Hispaniarum Monarcha \* sacras exuvias in peculiari Sacello, honorificentissimo apparatu collocari iussit. *In supremo cæli arcute ego nunc supplex veneror, tibi expono gemitus meos, quibus ad animæ meæ sospitatem aspiro: incidi in infernales latrones, tu sana vulnera mea oleo misericordiæ, quod in tot jam miseros effudisti.*

\*  
Anno  
1619.


*Floruit* B. HAVYDIS Abbatissa Clarifontis in Ducatu Luxemburgensi. *Fons* annu ille adhuc febri laborantibus salubris vim medicam Thaumaturgo BERNARDO debet, cui hanc, dum per salubre Brabantiam iter faceret, impressit. *reddit* Pluribus postmodum elapsis annis Ers. Ber- mensindis Comitissa, loci illius domina, cum circa fontem in viridi gramine sedens levi sopore mergeretur, vidit Angelorum Reginam agnas candido mixtim & nigro vellere tectas illic pascere. Cujus ostenti interpretes Anachoreta suasit, ut Parthenonem Cisterciensibus Virginibus construeret; quod statim Comitissa perfecit, teque ut san-



ut sanguine sibi proximè junctam iis  
præfecit. Accessit tunc illi Fonti nova,  
& nulla temporum senectute obscu-  
randa, claritudo, quam illi tribuit tua  
humilitas, materna circa oviculas con-  
creditas sollicitudo, aliæque virtutum  
ornamenta. *Doce me imitari naturam o-  
vium, quales tu per felicia pascua duxi-  
sti, mansuetas, obsequentes, humiles. O  
quàm laetus in die illa magna me audiam  
numerari inter oves ab hædis discernen-  
das!*

S. BERNARDUS, ser. 3. in Ps. XC.

*Ite maledicti in ignem æternum, &c.* Nihil  
[Mat. 25.] *Hoc durum reputate, &* durius  
*invenietis, quia jugum Domini suave* Christi  
*est. Si in seipso suave illud credere nec-* dam-  
*dum potestis; vel hoc non ignoratis,* nantis  
*quoniam hujus comparatione suavif-* voce.  
*simum est.*



8. Octobris. 8. Idus.

B. BEATRIX, quæ per furentes hu- *Floruit*  
jus mundi procellas & periculo- *anno*  
rum gravissimorum charybdes, sal- *1422*  
vam denique Virgineæ puritatis cym-  
bam ad portum Cisterciensem appli-  
cuiſti. Cùm enim ob ſpectatiſſimam

N n 5

formæ



*Pulch-  
ritudi-  
ni illius  
struū-  
tur in-  
sidia.*

formæ tuæ elegantiam proceres aulae  
Regiæ Castellanae per cædes inter se,  
cujus aliquando sponsa fores, decerta-  
rent, Isabella Regina te capsæ annulo  
obsignatae inclusit. In quo ergastulo  
litem Christus diremit, cui tuam Vir-  
ginitatem vovisti, moxque libertati  
reddita verè frontem velo Cisterciensi  
obnubilasti, utpote quam deinceps  
per annos quadraginta nemo unquam  
mortalium, præter unam Reginam,

*Mariæ  
præsen-  
tiâ re-  
creatur*

idque semel duntaxat aspexit. Interea  
Reginarum Regina non rarò viden-  
dam se obtulit, veste candida ceruleo  
colore mixta spectabilis: cujushorta-  
tu duodecim sororibus è Monasterio  
D. Dominici de Silos assumptis arctio-  
rem vitæ normam, sub legibus tamen

*Ingens  
prodi-  
gium  
precib⁹  
obtinet.*

Cisterciensibus tradidisti, sub titulo B.  
MARIAE de Conceptione. Quod In-  
stitutum insigni prodigio DEUS con-  
firmavit: dum Diploma Pontificium,  
quo illud Authoritate Apostolica ap-  
probabatur, in maris tempestate perdi-  
tum, tu fuis ad DEUM precibus è  
scrinio saluum eduxisti. Ne autem in  
mortuæ vultu mirabilis ille decor ex-  
spirasse videretur, frontem stella inse-  
dit fulgoris insoliti, auspicius Ve-  
nere Signum celeste, quod nempe nul-  
lius ultrà oculos offenderet. Non so-

*lūm mentis*



lūm mentis, sed & quammaximè oculorum puritatem amat Divina majestas, eam tu mecum roga illis Psaltis regij verbis: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.*

B. ELIA, Dunensis monasterii An-<sup>Obijt</sup>  
tistes: qui in spiritu & virtute tum ma-<sup>anno</sup>  
gni illius cognominis Prophetæ, tum <sup>1203.</sup>  
primorum Otdinis Patrum sacram il-  
lam familiam gubernans, corda prin-  
cipum ad eò in tui amorem traxisti, ut  
Leopoldus Austriæ dux deserta clam  
paterna domo, ac dissimulato genere,  
sub coqui persona tibi inservire non  
fuerit dedignatus: sed altiore in illo,  
quàm pro lixa, genium agnoscens, tu-  
o illum cubiculo præfecisti, donec à <sup>Autho-</sup>  
suis inventus, & ad sua reductus est. <sup>ricate</sup>  
Nihil huic cessit Mathildis An-<sup>apud</sup>  
gliæ Regina: cùm enim diuturni la-<sup>Princi-</sup>  
bores, interpositæ principum totiùsq; <sup>pes pol-</sup>  
regni preces, & oblata ingentia lytra <sup>let.</sup>  
pro liberatione Richardi Filii, Regis  
Angliæ, frustra fuissent adhibita, tu  
illius rogatu Imperatorem Romano-  
rum accedens illico negotium confe-  
cisti, acceptis à Rege in navatæ operæ  
mercedem donis, è quibus beneficii  
magnitudo facile poterat æstimari.  
Transactis in præfectura octodecim  
annis maximo omnium luctu ad supe-

Nn 6      ros raptus




# 300 ANNI CISTERCIENS.

ros raptus es, non igneo quidem curru, sed egregiarum virtutum alis subvectus. *E*sto tu mihi servus ille Evangelicus, qui jussu domini exivit in plateas, & multos ad cenam intrare compulit; ut saltem cum talibus ad cenam vitæ æternæ admittar.

S. BERNARDUS, ser. 99. de divers.

**DEUS** *Compelluntur multi varijs necessitatibus & oppressionibus afflicti: qui mira Dei providentia dum temporalem penam, si non libenter, tamen patienter sustinent, vitam consequuntur æternam.*

variè  
vocat  
ad cœ-  
lum



9. Octobris. 7. Idus.

**Obijt** *B. GERARDE, Abbas Novæ Vallis*  
**anno** *in Suecia: qui cum inter alios ad*  
**1195.** *barbaras illas Aquilonis gentes à S.*  
*BERNARDO ex Claravalle migrare*  
*jussus fuisset, penè totus in lacrymas*  
*liquefscens, querebaris, quod Patriam*  
*& parentes ideo maximè reliqueris, ut*  
*Sancti Abbatis præsentia fruereris, ac*  
*denique sepulturam in Claravalle ob-*  
*tineres: nunc verò te juvenem nimis*  
*celeri separatione ad tam remotas ter-*  
*ras amandari. Mota ad hos fletus Pa-*  
*terna pietas tibi promisit, non alibi te*  
*diem*

*Ægrè à*  
*S. Ber-*  
*nardo*  
*separa-*  
*tur.*



diem extremam clausurum, quam in Claravalle. Atque ut ejus dictis certior haberetur fides, æneæ pelvi, quæ pars erat sacræ suppellectilis in Sueciam asportandæ, digito signum impressit, quæ se prodigiosæ manui instar ceræ mollem præbuit. Tanta promissione lætus iter profectus es; ac post aliquantum temporis ad Abbatiale munus promotus; quod per annos quadraginta uberrimo animarum fructu gessisti, Regi tam acceptus, ut à te pendere totus videretur: circa filios autem tam sollicitus, mansuetus & humilis, ut coram quodam Converso ad petendam veniam te humi prosternere non sis dedignatus, à quo iræ furis agitato alapam acceperas. Senio tandem & afflictionibus morborum penè confectus, de S. Patris promisso indubius sella gestatoria per tanta terrarum marisque spatia ad Claramvallem deportatus inter fratrum pios amplexus animam ad superos transmisisti. Quo audito Rex Sueciæ graviter indoluit, deplorans terram suam indignam fuisse, quæ hunc exuviarum tuarum thesaurum suo sinu recondere. *Quàm languida est spes mea circa divina promissa, si fiduciam tuam in S. Patris verba considero! Tu illam in me auge, ut mer-*

*Abiur-  
ros pro-  
digio  
confir-  
mat.*

*Post 40  
annos  
vaticini-  
um  
S. Ber-  
nardi  
implet.*



*cedis promissæ intuitu promptior fiam ad  
sustinendos hujus vitæ labores.*


Obijt  
anno  
1621.

B. JOANNES Jacobe à S. Scholastica, congregationis Fulienfis Monache, quod Institutum anno ætatis decimo quinto amplexus, severam illam vivendi rationem, qua præter crudas herbas & aquam nil nisi furseum panem admittebant, rigidissimè ad ultimam usque horam tenuisti. Copioso animarum lucro omnis fationis ignarus diu noctuque te impendisti: in quo etiam labore ultimum spiritum exhalasti. *Angusta quidem ardua & aspera via ad fastigium montium eternorum, sed tria infinitis sanctorum millibus: quos qui sequi non vult, sibi imputare debet, si ad summitatem non perveniat.*

S. BERNARDUS. ser. 22. de diversis  
Ardua Sic state in Domino charissimi; ut  
est ad a- quemadmodum illi in fame & siti, in  
stra via. frigore & nuditate, in laboribus, in  
jejunijs & vigilijs, & ceteris observantys justitiæ viam regiam tenuerunt: sic & vos etsi non eorum meritis tamen exercitijs aliquatenus coequali, dicatis Domino Deo vestro, cum veneritis



neritis ante thronum gloriæ ipsius:  
 Letati sumus pro diebus, quibus nos  
 humiliasti, &c.



10. Octobris. 6. Idus.

B. GUNDISALVE Abbas Junien-<sup>Floruit</sup>  
 sis in Gallæcia: qui ut vitam egisti <sup>circa</sup>  
 omni sanctimonia claram, ita finem <sup>annum</sup>  
 imposuisti plenam prodigiosis eventibus. 1300.  
 Postremo enim die postquam in  
 quadam Ecclesia extra cœnobium  
 consueto pietatis ardore Agnum im-  
 maculatum æterno Patri obtuleras,  
 monitore interno horam transitus in-  
 dicante, haud procul à cœnobio inter  
 duas rupes in preces procumbens, ma-<sup>Campa-</sup>  
 nibus oculisque in cœlum erectis tum <sup>ne so-</sup>  
 primùm inventus es, cum æs campa-<sup>nus</sup>  
 num sua sponte signum rei insolitæ de-<sup>mortens</sup>  
 dit. Ad quod accurrentes filii mixto <sup>prodit.</sup>  
 gaudiis dolore funebri pompa corpus  
 terræ commendarunt, nec ante sile-  
 bant æneæ linguæ, donec exequiæ fi-  
 nem habuerunt. Id enim verò certum  
 est; mortem esse viæ echonem: parado-  
 xum est, bene mori illum, qui malè vixit.  
 Misericordiæ Domini multæ, sed & Justi-  
 tiæ. Doce me ita vivere, ut mori ne ti-  
 meam.

B. HUGO



Obijt  
anno  
1151.

B. HUGO cognomento Matiscotensis, ex Abbate primo Pontigniacensi Episcopo Antisiodorensis, ad geminum honorem nempe ab excelsum animorum genitore BERNAR-

*Resiliē* DO bis genite. Cū enim milites *tem re-* cros Cistercio donandos juvenis colligeret, tūque jam nomen nobili illi Albo inseruisses, à sodalibus perversus, *trahit* pedem retraxisti. Sed strenuus Dux *Ber-* BERNARDUS stratagemate usus, *nardus* te pluviā è sereno cœlo educta a se- *non si-* ductoribus sejunxit, tibi que unā cum *nè pro-* cœlo pro voto serenum animum mox *digio.* reddidit. Pontigniaco deinde præfectus celeri filiarum procreatione ipsum etiam Parentem superasti, vel ob hoc unum æterna dignus memoria,

*Exem-* quod januam aperueris primus, per *ptioni* quam ab Episcoporum imperio Cistercium fuit *Ordinis* *Exemptum*: Obedientiā *viam* Episcopo non nisi *Salvo Ordine* promissa: quod deinde plumbo Romano firmatum suum adhuc pondus celebri Ordinis gloriā conservat. Singularis Providentiæ Divinæ argumentum fuit, quod ad Insulas Antisiodorenses fueris assumptus, ut exemplo præires Privilegio, quod fueras exorsus. Et habuit illa Sedes acrem Jurium Ecclesiasticorum defensorem, sed *prudentiā*



prudentiâ non vi stabilientem Jura.  
 Hinc in Concilio Rhemenſi Gilbertus  
 errorum ſuorum te ſtrenuum exper-  
 tus eſt umbonem: & dignitatis oppug-  
 natores murum inexpugnabilem.  
 Quietem denique daturus laboribus in  
 Pontigniaco curſum vitæ abſolvifti.  
 Vivere tamen te poſt quatuor ferè ſe-  
 cula, tunc non penitus cæci, credide-  
 runt hæretici, quando opinantes ſe  
 furere in etiam tunc incorruptum S.  
 Edmundi corpus, tuum è tumultu ex-  
 traxere, & rede gere in cineres. Præ-  
 clariffima hac te Laurea donavit im-  
 pietas, ut & ſinè dolore, & pro hono-  
 re alterius, Martyrii diadema reporta-  
 res. Caruiſſes hac gloriæ corona, niſi te  
 Bernardus revocaſſet ad curſum: ita tu  
 me, cum vides à cepto bono opere langui-  
 dum recedere, hortare ad perſeverantiâ,  
 quam ſolam manet corona.

S. BERNARDUS, Epift. 129.


Non qui ceperit, ſed qui perſeverave-  
 rit uſque in finem, hic ſalvus erit.  
 Saul cum eſſet parvulus in oculis ſuis,  
 rex eſt ſuper Iſrael conſtitutus: non  
 perſeverans in humilitate, & regnum  
 amiſit & vitam.

II. Octobris.

400.  
 annis  
 incor-  
 ruptus  
 ab hæ-  
 reticis  
 Mar-  
 tyrio  
 corona-  
 tur.

Perſe-  
 veran-  
 tia.





11. Octobris. 5. Idus.

*Vixit* B. RODERICE, tyro Cisterciensis  
*se vide-* in Morerola; qui magnis passibus  
*ur cir-* per virtutum palæstram properasti,  
*ca aññ* utpote metam nondum finito proba-  
 1400. tionis anno feliciter affecutus. Duplex  
 incendium animo tuo insidens more-  
 tem acceleravit: alterum patiendi, al-  
 terum fruendi vita immortalis: & rectè  
 quidem, victoriam enim antecedit  
 certamen, quod ex sudore non tempo-  
 re superi metiuntur. Certè ad palman-  
 te vocatum testis fuit Ferdinandus  
 DEI famulus, qui te aurea redimitum  
 corona inter Angelorum choros tri-  
 umphantem vidit. *Hostibus animæ for-*  
*midabilia sunt Patientiæ arma: contra*  
*impatiens animum tradit inimico arma,*  
*quibus ipse perimatur. Merito igitur il-*  
*lam amabo, hanc fugiam.*

*Floruit*  
*anno*  
 1170.

B. GUALTERE Daniel, Mo-  
 nache Rievallis, eruditione & pietate  
 celebris; utrâque te imbuunt illud An-  
 glia lumen Alredus, nactus tam sedu-  
 lum sui imitatore, ut in virtutibus  
 penè parem, in doctrina etiam mayo-  
 rem te multi aestimaverint. Stylum  
 tunc maximè virili manu duxisti, cum  
 Virginis Deiparæ honor contra ma-  
 styges




stygēs te in arenam vocavit: cuius sinē  
macula Conceptionem, & Virginita-  
tem perpetuò illibatam pluribus libris  
propugnasti. Non video qua ratione  
quisquam hominis Christiani mereatur  
nomen, qui de Dei Matre humile aliquid  
ne dicam viliosum sentiat. In Deum in-  
iurius est, qui putat, post Deum majori ho-  
nore dignius aliquid esse Mariā.

S. BERNARDUS, ser. 25. de div.

Sapientia, quæ Dei erat, & Deus e-  
rat, de sinu Patris ad nos veniens, æ-  
dificavit sibi Domum, ipsam scilicet  
Matrem suam Virginem Mariam, in  
qua septem columnas excidit. Quid  
est in ea septem columnas excidere, ni-  
si ipsam dignum sibi habitaculum fide  
& operibus præparare?

Maria  
Virgo  
Domus  
Sapientia.



12. Octobris. 4. Idus.

B. EUSTACHI, Abbas Florefien-  
sis, vel ut alii legunt, de Flay, in  
Nortmannia; ex qua in Angliam mis-  
sus, vita, miraculorum patratiōe &  
Verbi Divini prædicatione gloriam  
Apostolici nominis promeruit. Uni-  
cus ille fons, cui tu vim medicam præ-  
cibus indidisti, tot penè effudit prodi-  
gia quot

Floruit  
anno  
1260.



*Ingens  
prodi-  
giorum  
nume-  
rus.*

*Episto-  
lam è  
cælo ac-  
cipit.*

*Obijt  
anno  
1438.*

gia quot guttas. Cæcitatem ab oculis ab auribus surditatem, aliósque morbos abstergebant illo liquore fideles: quin & malignum dæmonem hæc potio è pluribus ejecit. Alibi cùm incolæ laborarent aquæ penuria, unico baculi tui ictu, velut Mosaica virga, è rupe copiosas undas eduxisti. Erat in Insula passim, præsertim Londonii damnabilis consuetudo violandi legem Christianam, quæ labores serviles & mercimonia diebus festivis interdicit: quam ut abrogares, te cælum missâ epistolâ, iussit, gravem vindictam contemptoribus intentans. Quæ non paucos deprehendit, dum in coctis tali die panibus sanguinis guttas cum horrore spectarunt, vel repentina paralyssi percussi conciderunt. Sanctissimas has curas livido tamen oculo aspexit invidia: cui ut te subtraheres, excusso de pedibus pulvere ingratam terram ad propria reversus deseruisti, laborum mercedem ibi recepturus, ubi nullus est invidiæ locus. *Solet pijs contra-ribus semper obstrepere infernalis invidia sed facile contemnetur, si oculus pure intentionis in æterna retributione figatur.*


B. MARIA Priorissa cœnobij Mufsenfis propè Mechliniam: quæ licet ætate omnium minima, hortante cæteras Vir-



ras Virgines Angelo, in Priorissam electa, tanto ardebas charitatis fervore, ut ignis qui animam inflammabat, etiam foras per spectabiles radios erumperet: dulci ardore eas quoque comprehendente, quæ illud lumen videre merebantur. *Incende & cor meum, ut immensam divini amoris dulcedinem vel in modicâ scintillâ sentiam: scio, cessabit ex hoc gustu mihi sapere terrenarum rerum amor, vel potius insania: verus enim amor nullibi, nisi in Deo quiescit.*

S. BERNARDUS, ser. 83. in Cant.

Deo quidem honor & gloria: sed horum neutrum acceptabit Deus, si <sup>Sinè amore nihil</sup> mel- <sup>DEO</sup> le amoris condita non fuerint. Is per <sup>gratum</sup> se sufficit, per se placet, & propter se. Ipse meritum, ipse præmium sibi est amor.



13. Octobris. 3. Idus.

B. BERNARDE Escudere, Vallis-Obijt  
Bonæ in Hispania planta felicissi- anno  
ma; quam ex innocenti Paradisi horto 1606.  
illuc penè dixero esse transplantatam,  
cùm rarissima his temporibus felicitate  
originalem animæ decorem, quem  
Lex Gratiae renascenti induit, illibatum  
retuleris in tumbam mortualem:  
quod



# 310 ANNI CISTERCIENS.

*Innocē-  
tiam il-  
libatā  
confer-  
vat.*

quod celebris doctrinæ & probitatis  
viri, conscientia tuæ, in ultimis vitæ  
horis sese candidè aperientis, arbitri  
testari sanctè non dubitaverunt: cum  
tamen plura lapsus pericula struxissent  
& mundus, degenti inter deliciarum  
lenocinia, & honores, quorum comi-  
tes ubique esse solent præcipitia. Ge-  
mina vestis est, quæ nos Judici Deo sistit  
sinè confusione: innocentia & penitentia.  
Infirmetas naturæ lapsæ priore multos ex-  
uit, priusquam ejus pretium agnoscant;  
tu me iuva, ut saltem in altera me Juxta  
aspiciat.

*Obijt  
anno  
1218.*

B. GERBRANDE, Abbas Clari-  
Campi, emerite miles sub Cistercii Ve-  
xillis: qui à Comitibus Generalibus cœ-  
nobium tuum repetens, pro illo do-  
micilium æternum cœlestis patriæ at-  
tigisti: quod quædam DEO sacra-  
ta Virgo Visitationis tuæ curis commissa  
eo ipso momento, quo decesseras in  
loco longè distito vidit, retulitque stu-  
pentibus, se animam tuam multa luce  
fulgentem in cœlos Angelorum mi-  
nisterio deferri conspexisse. Fidissimi  
sunt vitæ nostræ duces & comites purissi-  
mi illi spiritus, eo maximè tempore, quo  
transeundum est ad Patriam, sed nimi-  
rum non deserunt, quos experti sumi sibi  
per vitæ decursum obsequentes.

*Angeli  
ejus a-  
nimam  
in cœlis  
ferunt.*

B. MAU-



XIII. OCTOBRIS. 311

B. MAURITI; Abbas Carnoëti.  
Præras ante Langoneto, promotus  
ibi quarto anno post susceptum Reli-  
gionis habitum, clavumque tenuisti  
annis triginta: quo successoris ponte  
tradito Carnoëtum duxisti coloniam  
ingentibus prodigiis decorandam.  
Quorum initium fuit in Missæ sacrifi-  
cio, in quo deficiente vino precibus ad  
DEUM fusis urceolum antea vacu-  
um mero plenum ministro tradidisti.  
Alterum quo Lupos, pecori & homi-  
nibus infestos à Monasterii finibus ar-  
cuisti: duobus tantum, homicidii reis  
mortem subire iussis. Idem fatum ex-  
perti sunt mures è noviter eruta ad æ-  
dificium perficiendum terra molestè  
prorumpentes: his abigendis usus es  
corvis ministris, qui per omnes officina-  
nas, & angulos nociva animalcula  
conquirentes rostris & unguibus extra  
muros deportarunt. Gravior bestiis  
bellua infernalis cum loci vicinos in-  
colas vexaret, quamdiu intra Mona-  
sterii muros morabantur, liberi erant  
ab ejus infestatione. Quantus deniq;  
fuerit ad sepulchrum tuum prodigio-  
rum numerus, calculos ducere despe-  
rarunt, licet tui honoris avidissimi Fi-  
lii; scripto hoc unum relinquentes:  
Miracula ipsa ita crebuisse, ut nec liber  
capere,

Obijt  
anno  
1191.

Vas va-  
cuum  
vinore-  
plet.

Lupos,  
& mu-  
res pel-  
lit.


& da-  
mones.



capere, nec manus scribere, nec cor hominis sufficiat cogitare: nam cæci vident, claudi ambulant, muti loquuntur, &c. Innocentie signum est potestas patrandi miracula, quâ veste primum nostrum in paradiso parentem spoliatum esse dolemus, non tamen à peccato cavemus: quo solo tantus decor amittitur.

S. BERNARDUS, ser. 10. in Ps. XC.

**Peccatum fugiendū.** Cavendum sanè interim peccatum magis, quàm peccati pena: & è studiosius à malo, quàm à flagello declinandum; quò perniciosius & omnino infelicius sit, à Deo animam, quàm à corpore separari.



14. Octobris. Pridie Idus.

Obijt

anno

1374.

B. JOANNES, Abbas Cistercii, ac totius S. Ordinis Pater Generalis XXXIII. ad quem honoris apicem te promovit præter alia virtutum insignia singularis eruditio, quâ cathedram Theologicam diu gloriosè ornaveras. Gravissimi labores onerare regimen annorum viginti, dum contagiosa lues per Gallias grassata multis Monasteriis fatalem ruinam minaretur; tua tamen industria, & providentia vigilans effecit, ut pleraque spe citius respiraverint.



verint. *Non est Ordinum major pestis, quam tepor in regulari disciplina: à quâ ut non adurar, me meriò absterret periculum interiûs, & quidem aterni: Vox Dei est: Quia tepidus es, evomam te ex ore meo.*

B. A L A N E, Insulis in Flandria *Obijt*  
progenite: ubi cùm Mellifluus Doctor *anno*  
suum divinæ facundiæ nectar effun- *1181.*  
deret, te unâ cum aliis ad Claramval-  
lem adduxit, ac vix emissis votis so-  
lennibus Ripatorio Abbatem dedit,  
numerum annorum ætatis supplente  
virtutum cumulo: quem in te venera-  
ti sunt imprimis viri nobiles, qui Cœ-  
nobium proventibus locupletarunt. *Gloria*  
Altiùs suspexit Antistodorum, Episco- *singu-*  
pale diadema capiti imponens tuo. *laris*  
Hic te BERNARDUS duodecimum *S. Ber-*  
aspexit inter filios suos ad infulas e- *nardi*  
vectum, cùm præter hos in Sede Petri *ex ho-*  
Eugenium, ornatos Purpura quatuor, *nore si-*  
in throno Archiepiscopali Petrum, *liorum.*  
omnes sanctimonix fama illustrissi-  
moseo tempore (biennio ante mor-  
tem) intueretur, rarâ, & planè solum  
BERNARDUM ambiente gloriâ.  
Regiminis Episcopalis præcones præ-  
cipuos reliquisti egenos, quos consilio  
& fortunis ut familiam domesticam  
parens, fovisti. Fervebat interea irre-  
quietum

O o

quietum



Honore  
se abdi-  
cat.

S. Ber-  
nardi  
vitam  
scribit.

quietum desiderium in corde tuo re-  
petendæ Monasticæ solitudinis; cuius  
explendi copiam post multas preces  
tertio decimo demum anno Christi  
Vicarius indulgit. Sacrum hoc otium  
piis doctisque lucubrationibus dicasti:  
è quibus & stylo & materiâ nobilior  
est vitæ series Melliflui Doctoris, quo  
vel solo labore de toto terrarum orbe  
optimè meritus es. Senio tandem vi-  
cinam nunciante mortem, charis in  
Ripatorio filiis ultimum valedicturus,  
in fatali amoris divini humanique  
conflictu animam tradidisti Condito-  
ri. Corpus tamen, ut vivus optaveras,  
in Claravalle quiescit. *Utinam & in me  
esset tam pius amor solitudinis claustralis;  
in qua delevis è memoria rebus caducis so-  
li Deo & animæ meæ vacarem! Tu hunc  
infunde cordi meo, heu nimis implicato  
ragis mundi ineptijs.*

Obijt  
anno  
1178.

B. GAUFRIDE de Meloduno,  
Episcopo Sorensis, qui precibus adhuc  
in Claravalle tyro cœlos ad te inclina-  
sti, ac promissum sanè amplissimum  
obtinuisti, omnes illos æterna salute  
donandos, pro quibus preces sis obla-  
turus. Dum infirmorum agebas cu-  
ram, labores tuos ac vigiliis iterum  
cœlum spectaculis sublevabat, oculis  
tuis sæpe ostensâ Angelorum Reginâ,  
quæ



quæ decedentium animas ad gloriam  
 supernam deferret. Etiam suam sce-  
 nam tibi aperuit sannio infernalis, *vexa-*  
 præsertim ad orandum in genua pro- *tur à*  
 strato: ubi simiam indutus ludicris ge- *dæmo-*  
 sticulationibus devotionem tuam tur- *ne:*  
 bare conabatur: & risum tulit, sed non  
 quem volebat, ridebas scilicet con- *quem*  
 temptum miserum histrionem ex An- *contem-*  
 gelo Lucis mutatum in vilissimam *nendo*  
 bestiam. Cæterum dum ægrotanti- *fugat.*  
 bus summa charitate serviebas, ipse-  
 met gravi molestia amissæ vocis labo-  
 rasti, morbo ad omnia medicamenta  
 inexpugnabili. Vocandus itaque fu- *Sana-*  
 it ex altero orbe medicus BERNAR- *tur à*  
 DUS, qui secundum quietem visus est *S. Ber-*  
 guttur tuum manu prodigiis assuetâ *nardo*  
 tangere, simulque totum languorem  
 abstergere. Promotioni porro ad Ca-  
 thedram Sorensem in Sardinia itidem *Voca-*  
 præcessit ostentum, quo tibi à venera- *tur di-*  
 bili quadam persona annulum digito *vinitus*  
 inferi videbas. In remotis tamen illis *ad E-*  
 regionibus tecum in pectore Claram *piscopa-*  
 vallem tuam circumferebas, ad quàm *tum.*  
 denique revifendam occasio fuit so-  
 lennis BERNARDI Apothe-osis; ad  
 quam præter alios Ordinis Præsules  
 accurrens, cum innumeri ærunis va-  
 riis afflicti sospitatem optatam inde  
 O O 2 reportarent,




reportarent, tu solus contrà mortem petiisti, quam etiam non sinè prævius de futura felicitate præsagis, inter Ecclesiæ Sacramenta ibidem obiisti. Mortem beatam efficit mors concupisceniarum; quam ut ego quotidie in me magis ac magis sentiam, tu me adjuva: cessabit in me omnis formido mortis, si manu animosa furentes hos motus trucidavero.

S. BERNARDUS, ser. 25. in Cant.

Mors  
mortē  
miti-  
gat.

Moriatur anima mea morte iustorum, ut nulla illam illaqueet fraus, nulla oblectet iniquitas. Bona mors, quæ vitam non aufert, sed transfert in melius: bona, quæ non corpus cadit, sed anima sublevatur.



15. Octobris. Idibus,

Obijt  
anno  
1243.

S. HEDWIGIS Poloniæ Ducissa: quæ infantiam ætati reliquæ non aliter præmisisti, quàm solet antecedere aurora Solem, verba enim & mores mera erant futuræ sanctimonie omina. Nupta illustri Poloniæ & Silesiæ Duci Henrico, post genitas illi sex proles, continentiam non invito persuasisti, erecto in sacri fæderis monumentum Monasterio Trebiniacensi: quod tam opulenta dote decorasti, ut nun-



ut nunquam infra centum Virgines  
sub Instituto Cisterciensi ibidem Deo  
famulentur. Dotem alteram addidisti *Mona-*  
Filiam, ac denique teipsam: rerum ta- *sterium*  
men imminentium præscia, non sta- *insigne*  
tim induebas habitum, sed in peculi- *cōstruit*  
ari domo sollicitam te Martham ege-  
nis præbuiisti. Et operâ quidem tuâ e-  
gebat & maritus: per insidias ab ho- *& cum*  
stibus captus: ad quem sinè mora pro- *filia in-*  
perans sola præsentia iniquos deten- *trat.*  
tores ita terruisti, ut etiam pacis con-  
ditiones illis scriberes. Pro triumpho  
vestis non palmata, sed Religiosa pla- *Mari-*  
cuit, detrita & vilis, veluti etiam de- *um ab*  
inceps victus, quem à pauperum gre- *hostib'*  
ge, stipem ad fores Monasterii accipi- *liberat.*  
ente, emendicare, aut redimere melio-  
ribus cibis solebas. Tanto honore per- *Pau-*  
sonas Deo devotas prosequeris, ut *pertatē*  
quotiescunque sese offerebat occasio, *amat:*  
eorum vestigiis oscula infigeres. Quod  
cum aliquando in Monasterio ageres, *Christ'*  
quædam Monialis conspexit Christi *de Cru-*  
Servatoris Imaginem soluto de Cruce *ce illi*  
brachio tibi bene precantem, cum di- *Benedi-*  
cto, exauditas esse tuas preces. Id sa- *cit.*  
nè plurimi experiebantur, quos edito  
Crucis signo à morbis quibuscunque  
liberauisti: imò & duo quidam extre-  
mo affecti supplicio, quos altera die  
incolumes



*Cordium  
arcana  
inspicit.*

*Mortem  
suorum  
fert  
equa-  
nimitur*

*Pul-  
chrior  
apparet  
mortua*

in columnas de infami ligno iussisti re-  
solvi. Didicerunt & alii complures,  
quibus suorum cordium occulta dete-  
xisti. Nuncium de obitu Mariti & fi-  
lii fideis oculis ideo te audisse dicebas;  
quod nimia in huiusmodi casibus per-  
turbatio in Divinae Providentiae inju-  
riam cedat, arguatque infinitam il-  
lam Bonitatem imperfectionis in di-  
spendendo Universi regimine. Eadem  
mentis tranquillitate excepisti mortis  
ictum, jam diu ante coelitus notum: &  
sanè quomodo metueres, cum ipsa  
Misericordiae Mater choro beatarum  
mentium stipata egredienti animae si-  
num offerre visa fuerit. Corpus ab  
inedia aliisque afflictationibus detri-  
tum & pallidum, statim ab obitu vi-  
vacissimum induit colorem, effuditque  
odorem longè suavissimum. Illud  
post annos triginta è sepulchro per so-  
lennem pompam eductum tres digi-  
tot habuit omnino incorruptos, qui-  
bus effigiem Matris Virginis eburne-  
am gestabas. Exaudiri etiam nunc pre-  
ces tuas à Clementissimo Iudice dubitari  
non potest; illum itaque mihi redde placat-  
um: scio me gravissimè reum esse, sed &  
illum infinitè misericordem: suggere illi,  
ut me modò corripit misericors pater, ut  
postmodum absolvat Iustus Iudex.

B. RICH.




B. RICHWINE, Monache Heisterbacensis; qui sub tyrocinii decursu *Floruit anno 1222.*  
 recepta clam epistola perversæ cuius  
 tam Monialis ad sæculi vitia revocatus,  
 paratum hunc à maligno laqueum  
 precibus tandem expugnasti, deinceps  
 ab hujusmodi certamine liber, ac  
 cœlitibus intimè dilectus. Quod  
 manifestum fecere aliquando fulmine  
 è sereno aëre in militem vibrato, qui  
 te equo spoliare tentaverat. Ita nihil  
 non potest pia oratio: cui ut libenter  
 instamus, nostra nos persuadere deberet  
 miseria & infirmitas, hoc sublevanda  
 remedio: tum invitare magna illa  
 promissio: Quidquid orantes petitis,  
 credite quia accipietis.

S. BERNARDUS, ser. 5. de XL.

Nemo, fratres, parvipendat orationem  
 suam: dico enim vobis, quia ipse, *Oratio semper aliquid impetrat.*  
 ad quem oramus, non parvi pendit  
 eam. Priusquam egressa sit ab ore  
 nostro, ipse scribi eam jubet in libro  
 suo: & unum indubitanter è duobus  
 sperare possumus, quoniam aut dabit,  
 quod petimus, aut quod noverit esse  
 utilius.







Obijt  
anno  
1241.

16. Octobris. 16. Cal. Novemb.

**B.** ELISABETH, Abbatisa Hovenensis: quæ in primordiis vitæ monasticæ cœlesti donata robore impo-  
sturas dæmonum tam viriliter repres-  
sisti, ut illi virilem mentienti speciem,  
*Alapā* sonantem alapam inflixeris: qualem  
*dæmoni* ne denuo devorare cogeretur, te resu-  
*infigit.* pinam per scalam egit præcipitem.  
Minis tamen, quas illi sine læsione as-  
surgens, intentasti, adeò territus est,  
ut deinceps emanferit iners strategus,  
Virgunculæ manu fustum se silentio  
*Ange-* fassus. Gloriosæ victoriæ applausere  
*lis fa-* cœlestes genii per vitæ decursum &  
*milia-* maximè in extremis familiares, cum  
*ris.* nempe fuerunt comites animæ ad glo-  
riam sempiternam evolanti. *Vires tu*  
*mihi dona & virilem dexteram, quâ sug-*  
*gestionem venenati serpentis eludam, con-*  
*temnam & gloriosè pervincam.*

Obijt  
anno  
1163.

**B.** BALDUINE Archiepiscopo  
Cantuariensis; qui pauperum paren-  
tum inopiam tua industria supplens,  
ope Bartholomæi Episcopi Oxomien-  
sis nobilem in te genium admirantis,  
felicissimo cursu artium liberalium pa-  
læstram superasti. Celebrem profe-  
ctum excepit Archidiaconi dignitas:  
in qua




in qua cum tibi minus, quam mundo placuisses, in Monasterio Fordensi cum Ascetis Cisterciensibus Sapientiae celesti operam dedisti, quam recte in *Indu-* sola humilitate radicatam esse nove- *striâ so-* ras. Sed ibi ex infimo gradu ad supre- *lâ pro-* mum promotus Abbas, mox Wigor- *move-* niensis Episcopus, denique primas In- *tur,* sulæ Cantuariensis Archiepiscopus, tot honores non humano favori, sed virtutibus debebas, præsertim disertæ *maxi-* ad miraculum facundiae: cujus vires *mè elo-* tum maximè enituerunt, cum ad fe- *quen-* rendam laboranti Palæstinæ opem *tiâ.* Anglos Hybernósque erexisti. Quin & ipsemet ex propriis facultatibus *In Pa-* conscripto milite non pauca de hosti *laestina* bustrophæa retulisses, nisi cum totius *ducit e-* Christiani exercitus gravissimo luctu *xercitū* victoriæ cursum mors intercepisset. Etiam mihi expugnanda est felicissima il- la Palæstina, non quam Servator pretio- sissimo cruore rigavit, sed quam promisit ijs, qui violenter eam sint rapiuri. Doce me saluberrimam hanc vim inferre pri- mum mihi, & vitijs meis, dein cælo per- immobilem in bono perseverantiam.

S. BERNARDUS, ser. 6. in Ps. XL. Undiq;  
Heu mihi Domine Deus, quia undiq;  
mihi bella, undique tela volant. Quo-

O O 5 cunque



*cunque me vertam, nulla usquam securitas est: & quæ mulcent, & quæ molestant, timeo. Et esuries & refectio: & somnus & vigiliæ; & labor & requies militant contra me.*



17. Octobris. 16. Cal. Novemb.

Obijt  
anno  
1165.

*Multa  
doctissi-  
mè scri-  
bit.*

S. GILBERTE, primùm Abbas S. Ursi-Campi, dein Cistercii, & Caput totius Ordinis VIII. Ad hunc apicem conscendisti suffragante eruditione, quæ tibi etiam Magni cognomen peperit. Testes hodièq; supersunt partus ingenii tui, quos tum soluta tum ligata oratione in publicam lucem emisisti. Increvit celebre cognomen ex numeroso prodigiorum catalogo, quæ tumbam tuam exornarunt. Scientiarum omnium pretiosissima est, ut solo naturæ lumine veteres agnoverunt, nōsse ipsum. Quàm longè aliter viverem, si essem hujus scientiæ peritus!

Obijt  
anno  
1636.


B. CHRYSOSTOME à Conceptione, Vallis Ecclesiarum in Hispania Monache; qui ex Aliobacia illuc ad exponendas publicè Sacras Literas accersitus, doctrinam ita pietati conjunxisti, ut in utraque supra cæteros emineres. Consuetas pensi diurni preces  
tanta



tanta solebas animi in cœlum erecti  
 attentione persolvere, ut nulla cogita-  
 tio nisi de rebus divinis tunc locum a-  
 pud te inveniret. Cùmque solita de-  
 votione aliquando versiculum illum <sup>Horam</sup>  
 Psalmi pronunciares: Cum dederit di- <sup>mortis</sup>  
 lectis suis somnum, ecce hereditas Do- <sup>cœlitus</sup>  
 mini: insonuit auribus tuis cœlestis <sup>cogno-</sup>  
 echo, te intrâ unius mensis spatium <sup>scit:</sup>  
 mortis somno soporandum, ac here-  
 ditatem regni cœlestis aditurum. Non  
 indigeret pigritia mea tot ad sectandam  
 virtutem calcaribus, si oculos meos sapius  
 evibrarem in nobilissimam illam cœli he-  
 reditatem, in qua regnat lætitia sinè metu  
 gaudium sine dolore, æternitas sinè fine.

S. BERNARDUS, c. 22. de cont. mun.

Cogita quidquid vis, quidquid potes <sup>Gloria</sup>  
 exopta; excedit cogitatum tuum, & <sup>cœle-</sup>  
 desiderium omne exsuperat illa felici- <sup>stis im-</sup>  
 tas, æternitas illa, beatitudo illa. <sup>mensa.</sup>



18. Octobris. 15. Cal. Novemb,

A Pollinis sui ludibria ad rogam Del-  
 phi condemnent, & tripodem il- S. Ber-  
 lum garrulum mille pedibus concul- nardus  
 cent, hodierna die S. Divinæ Puerpe- à B. V.  
 ræ imago alio spiritu animatam se esse saluta-  
 ostendit, cùm à te, Bernarde, salu- tur.



tata dulcissimis his te verbis dignata est affari: SALVE BERNARDE. Singularem hanc honoris simul atque amoris prærogativam primùm Affligemii, deinde etiam spiræ meritò admirata est præsentis populi multitudo & utrobique nobiles icones ad perpetuam facti memoriam devotè veneratur. *Liceat quoque meo in te amor*

Verbis Marianis te verbis paulò prolixius, ac de-  
Mariæ sumptis ex ejusdem carmine verbis allo-  
saluta- qui. Salve Bernarde, Rex animorum, Pa-  
tur S. ter misericordie vita, dulcedo, & spes te  
Bernar- amantium salve. Ad te clamamus exules  
dus. filij tui: ad te in cœlis regnantem suspira-  
mus gementes & flentes peccata nostra in  
hac lacrymarum valle. Eja ergo Advocata  
te miserorum illos tuos amabiles oculos ad  
nos ilientes tuos converte. Et Jesum solus  
sis de Cruce brachijs tibi constrictum, nobis  
post hoc exilium ostende placabilem. O cle-  
mens, o pie, o dulcis Bernarde.

Floruit  
anno  
1155.


B. GUICHARDE Monache Clara-  
vallis, genuinæ illius sanctimonie  
sectator, quæ solis Divinæ majestatis  
oculis patet. Hanc tamen paulò ante  
obitum tuum spectare meruit B. Ro-  
bertus, BERNARDI successor: qui  
duos miræ pulchritudinis ephebos per  
chorum flores spargere vidit: quos  
cùm percontaretur, cur rem tam inso-  
litam



litam hoc loci agerent; responderunt: *Mori-*  
*apparare se festivam celebritatem festi* *turus*  
*mox in honorem novi cujusdam san-* *ab An-*  
*cti in coelo terrisque obeundi. Specta-* *gelo*  
*culi finem fecit tabula mortualis, cuius* *sanctus*  
*pulsu ad te in extremis positum voca-* *dicitur.*  
*tus, summa utriusque lætitia te vidit*  
*purissimum spiritum efflantem. Stultè*  
*hic nos mortales imaginamur civitatem*  
*permanentem. De mansione nimirum æ-*  
*terna securus est, qui per hanc peregrina-*  
*tionem conversatur spiritu in cælis, agnos-*  
*cendus aliquando non ut peregrinus, sed*  
*anticipata habitatione civis cæli.*

S. BERNARDUS, ser. 7. in XL.

*Felices qui se presenti seculo nequam* *Homo*  
*advenas & peregrinos exhibent, im-* *est pe-*  
*maculatos se custodientes ab eo. Pe-* *regri-*  
*regrinus siquidem viâ regiâ incedit,* *nuster-*  
*12.*  
*non declinat, neque ad dexteram, ne-*  
*que ad sinistram: ad patriam suspirat,*  
*ad patriam tendit, victum & vestitum*  
*habens, non vult alijs onerari.*



19. Octobris. 14. Cal. Novemb.

B. FRANCO Converse Villariensis, Fl. circ.  
 qui pro seculi hujus, felicitatem *annum*  
 omnem in vanitate ponentis, genio e- *1200.*

O o 7

nutritus,



## 326 ANNI CISTERCIENS.

nutritus, maiorem ætatis floridæ partem fortunæ blandienti indulxisti. Cum verò Monasticæ disciplinæ rigorem cum tua vivendi ratione conferres, optarésque potiùs in illo, quàm ista mori; Villarium petiisti: ubi inter egregios virtutum actus piissimè ex hac lacrymarum valle migrasti. *Utinam meæ memoriæ fixissimè inhaereret ista cogitatio: Sic vive, prout mori desideras: utique multa, quæ nunc perditè amo, utilissimè fugerem.*

Floruit  
circa  
annum  
1304.

B. ELISABETH de Spaelbek, Monasterii Herkenrodensis in inferiori Germania sanctimonialis: quæ verè cum Gentium Doctore dicere poteras: Nihil te scire præter Jesum Crucifixum: cujus Sacratissimos dolores tam ardenti amoris affectu sinè ulla propè intermissione contemplabaris, ut plestigarumque septies per diem linquente animo corpus immobile sinè ullo vitalis spiraminis signo per longum temporis spatium jaceret. Cessante tamen raptu vegeta adjunctis muneribus alacriter incumbebas. Tantæ charitati ut vicem rependeret sponsus, quinque sua vulnera manibus, pedibus; & pectori tuo tam altè impressit, ut nunquam coaluerint, sed ex iis copiosus sanguis, maximè sexta qualibet feria, ebulliret.

Christi  
ei Vul.  
nerum  
stigma-  
ta im-  
primit.




ebulliret. His nempe monilibus orna-  
ri debueras, ut æternis amati ample-  
xibus digna redderis. Tu hæc stigma-  
ta non corpori sed cordi meo imprime: sint  
illa cogitationum mearum frequens ma-  
teria: & sicut in illis tota stat nostra salus,  
ita sint animæ meæ solatium, maxime in  
ultimo vitæ momento spes mea.

S. BERNARDUS, ser. 7. de XL.

Vivo ego, jam non ego, vivit verò in  
me Christus. Ac si diceret: Ad alia  
quidem omnia mortuus sum, non sen-  
tio, non attendo, non curo: si quæ verò  
sunt Christi, hæc vivum inveniunt &  
paratum.

Verè  
vivit,  
in quo  
Christus  
vivit.



20. Octobris. 13. Cal. Novemb.

B. JORDANE Monache Hemmen-Flornit  
rodensis, qui præter continuam fe-  
rè inediam novo abstinentiæ genere 1215.  
multos annos sinè omni potu vixisti.  
Ne verò alii siti affligerentur, messis  
tempore aquam insipidam precibus  
tuis dulcem reddidisti. Nunquam sinè  
fenore offertur Deo holocaustum morifi-  
cationis; aut enim refundunt aliquod cor-  
pori solatium, aut animam implent majore  
abundantiæ gratiarum.

B. ELISABETH Monasterii B.  
MARIE



328 ANNI CISTERCIENS.

Nascē-  
ri assi-  
stunt  
Aposto-  
li.


Mira-  
culis  
claret.

MARIÆ de Arouca Monialis, unā cum prodigiis in lucem mortalem edita. Nascenti enim Apostoli Simon & Judas visibiliter interfuere: à quibus procul dubio hausisti sublimem divini amoris ardorem, quo postmodum inter sacratas DEO Virgines frequentissimè rapta verè cœlestem in terra vitam duxisti. Sed & Apostolicam à Patronis tuis manum mutuasti, quæ solo contactu omnibus morborum ærumnis medebatur. Eadem virtus prodibat è tumulto, à quo supplex nullus sinè obtento favore recessit. Nulla est requies, nulla felicitas, nisi in solo Dei amore. O si hæc flamma totum cor meum sibi vendicaret, ac postremus vitæ meæ habitus hunc ignem spiraret!

S. BERNARDUS, ser. 83. in Cant.

DEUS  
colend⁹  
timen-  
dus &  
aman-  
dus.

Exigit Deus timeri ut Dominus, honorari ut Pater, ut sponsus amari. Quid in his præstat, quid eminet? nempe Amor: absque hoc & timor penam habet, & honor non habet gratiam.



21. Octobris. 12. Cal. Novemb.

Pl. añ.  
8135.

B. ALANE Monache ex Claravalle in Hispanias ad construendam Araucam



Araucam unâ cum aliis destinate à sanctissimo Patriarcha BERNARDO, sanctimonie laudem tum ex strenuis laboribus promerite, tum ex imitatione præstantissimarum virtutum Magistri. *Etiâ mihi illæ proponuntur, ut ad eas vitæ meæ normam instituam, sed heu quàm longè absum à tanta perfectione!*

B. BERTHOLDE Abbas Mona. Obijt  
sterii de Luka in Saxonia: qui cum anno  
diuturna regiminis diligentia tot edu- 1198.  
casses dignos in honore successores,  
quot numerabas alumnos, spiritu A-  
postolico incensus, S. Meynero te so-  
cium adjunxisti Evangelicæ Prædica- *Aposto-*  
tionis in Livonia. Cui è vivis sublato *lus ad*  
successisti in munere Episcopali, mul- *infide-*  
tis millibus infidelium in Christi ovile *les-*  
congregatis. Sed cum finitimi populi  
pium opus armis impedirent, tu pa-  
riter scripto exercitu eorum barbariem  
ferro domuisti. Per insidias deniq; in-  
terceptus, Apostolatûs honorem glo- *tyr.*  
rioso Martyrio coronasti. Corpus tu-  
um licet in torrido solis æstu jaceret  
per dies plurimos expositum, sinè ulla  
tabe repertum est, ac in Cathedrali Ec-  
clesia Rigaë honorificè conditum, non  
absque gloria miraculorum. *Impu-*  
*dens, ferox, & barbarus hostis animæ est*  
*Propria:*




330 ANNI CISTERCIENS.

*Propria Voluntas: suadens nociva, & nisi prematur, suffocans omnia sana consilia: tu me in hanc bella gerentem iuva.*

S. BERNARDUS, c. 2. de cont. mund.

Volun- *Omnia mala ex una radice pallulant*  
tas pro- *proprie voluntatis: illius enim san-*  
pria ra- *guisuga due sunt insatiabiles filie cla-*  
dix om. *mantentes: affer, affer. Siquidem nec*  
nium *animus vanitate, nec voluptate corpus*  
malo- *aliquando satiatur.*  
rum



22. Octobris. II. Cal. Novemb.

Floruit *B.* WIGANDE, Prior Waldsassen-  
circa *sis: qui celeberrimæ Domûs illius*  
annum *initia reddidisti illustria cœlesti ora-*  
1140. *culo, quo cœlitus fuisti edoctus, gratum*  
*fore Reginæ Angelorum, si sacra æ-*  
*des noviter erecta suo & Divi Joannis*  
*honori dicaretur. Docere me omnes actio-*  
*nes meas consecrare instar fidelis obsequij*  
*Mundi Domine debiti. Impossibile est e-*  
*nim, eas non placere Deo, si dignæ sint,*  
*quæ Virgineis ejus manibus præsen-*  
*tentur.*

Floruit *B.* HENRICE Converse Villari-  
anno *ensis, qui inter literarum ludos socie-*  
1300. *tatis perversæ veneno corruptus, non*  
*alio freno coerceri posse parentibus vi-*  
*debaris,*



debaris, quàm conjugio, ne bona fortunæ ad ultimum usque trientem dilapidares. Sed aliud jugum tibi Deus destinaverat. Nam cum paucis ante nuptias diebus Villarium invisens, sanctæ illius congregationis venerabilem morum gravitatem, aliâque seriæ pietatis opera cerneres, repente mutatus in alium, pro Hymenæi con-<sup>Lubri-  
cè vivit  
juvenis</sup> rolla cucullam induisti. Indoluit piæ <sup>Die pro  
nuptijs  
statuta</sup> metamorphosi leno infernalis per varias technas constantiam tuam ex-<sup>cucullâ  
induit.</sup> pugnare conatus: sed firmi animi petram invenit immobilem, spectavitq; lividis oculis te ad gustanda cœli gaudia frequentissimè admitti. Horum dulcedinem tantam esse ajebas, ut celestialem æstimare non dubitaveris, qui eâ <sup>Celestes  
favores</sup> nunquam fuerit expertus, cum sub-<sup>experi-</sup> tractæ voluptatis dolor vix non superet perceptæ suavitatis gustum. Inter hæc cursu vitæ paulatim ad metam properante optio tibi data est, an diuturnis, iisque levibus, an compendio <sup>Duplex  
via ad  
cælum.</sup> asperis doloribus reliquam ad cœlos viam legere placeat. Elegisti autem posteriorem, & calcasti forti animo: Victori denique obviam processere undecim mille Virgines, ac festiva sua solennitate te ad immortalem requiem deduxere. Tu infelicem censebas e-  
um, qui




332 ANNI CISTERCIENS.

*um, qui vel semel à delicijs cæli separare-  
tur; quàm ergo miser sum ego, qui illas ne  
à longè quidem gustare ob peccata mea me-  
reor? Fac me saltem eas per spei & desi-  
derij prægustum sentire.*

S. BERNARDUS, ser. 48. in Cant.

In um-  
bra  
Christi  
viven-  
dum

*Nos verò, qui nondum in paradysum,  
nondum in cælum rapi meruimus,  
Christi interim carne pascamur, my-  
steria veneremur, exempla sectemur,  
fidem servemus; & vivimus profecto  
in umbra.*



23. Octobris. 10. Cal. Novemb.

Floruit  
circa  
annum  
1219.

*B. RICHMUNDA, Monasterii S.  
waldburgis Monialis: quæ cum  
omnem amorem, præter solius Spon-  
si cœlestis, è corde tuo exclusisses, ille  
vicissim ut amorem accenderet dulcia  
tibi exhibuit spectacula; jam aperiens  
scenam, qua ipsum cernebas recens na-  
tum; aliàs in manibus Sacerdotis eum  
offerentis, pro pane lucidam Crystal-  
lum oculis tuis objiciens. Porro intrà  
præcordia tua receptus, quamdiu in-  
tegræ manebant panis species, te su-  
pra mortalem sortem elevabat, sen-  
sibus omnino emortuis: qui denique*

Christi  
sub va-  
ria for-  
ma vi-  
det.

cum



cum sacratissimum hunc cibum pro viatico sumeres, unâ cum anima in coelum evolârunt. *Impetra mihi à Dilecto tuo, ut accessurus ad mensam divinam, non alio affectu movear, quàm puro amore, quo cupiam illi in eminentissimo hoc mysterio nunc temporaliter, ac deniq; eternum intimè conjungi.*


B. GUNZELINE Monache Clavallensis; qui postquam suave Domini <sup>Floru it</sup> circa jugum per annos quadraginta in omni <sup>annum</sup> annu ni vitæ tam puritate quàm austeritate <sup>171.</sup> portavisses, nec tamen ullius te meriti hominem, ac cælesti indignum felicitate reputares: Christus Servator, re- <sup>Christ</sup> centibus plagis cruentus, & Cruci <sup>illum</sup> suffixus videndum se obtulit, docuitque, <sup>conso-</sup> quibus meritis salutem sperare te o- <sup>latur.</sup> porteat. Adeò penetravit animæ tuæ viscera hic dulcis aspectus, ut illum tibi memoria usque ad felicem consummationem vivaci identidem imagine repræsentaret. Summa, & certissima salutis fiducia reponitur in immenso meritorum thesauro, qui ex amaro Passionis Dominicæ mari scaturire nunquam cessabit. Tu fac, ut per veram pœnitentiam participatione illius me dignum reddam.

S. BERNARDUS, c. 3. de dil. Deo.

Duo hæc audi, quia potestas Dei est,  
& tibi



**Christ** & tibi Domine misericordia. [ps. 61.]  
 suam in Siquid in utriusq; rei testimonia cre-  
 nos bo- dibilia facta sunt nimis: Christo utiq;  
 nitatē moriente propter delicta nostra, & re-  
 fecit man- surgente propter justificationem no-  
 festam. stram: & ascendente ad protectionem  
 nostram: & mittenti Spiritum ad con-  
 solationem nostram: & quandoq; re-  
 dituro ad consummationem nostram.



24. Octobris. 9. Cal. Novemb.

**Floruit** B. BERNARDE Monache Grandis-  
 circa Sylva: qui cum à tyronum instru-  
 annum ctore audires, quam arcta sit ad cœlos  
 1167. via de tam multiplici regularum ob-  
 servatione desperans, ad laxiorem se-  
 culi viam, utique etiam ibi apertam,  
 redire decreveras. Sed cum æternæ sa-  
 lutis vadem sese offerret pius Abbas,  
 resumpto animo promptè secutus es  
 Obedientiæ sacræ ducatum. Perseve-  
 rante tamen illo metu, quàm poteras  
 infimos gradus precurrens, infirmo-  
 rum famulatui te totum addixisti.  
 Ingruente præsertim contagione con-  
 temnens præsentissima mortis pericu-  
 la, nihil omisisti, quin charitatis inde-  
 fessæ diligentiam omnes sentirent. Ip-  
 se deni-

**Abbas**  
**se illi**  
**vadem**  
**salutis**  
**offerri:**



se denique eodem morbo afflatus jam  
ad extrema deveneras: cum repenti-  
num animi deliquium te quasi mor-  
tuum aliquamdiu soporavit: à quo ex- *In exta-*  
perrectus hilaritate vultus mox prodi- *sim ra-*  
disti, quid in illo raptu spectaveris. *piur.*  
Quod Abbati, id cognoscere deside-  
ranti in hac penè verba retulisti. Te  
illum à vadimonio pro salute aeterna  
olim præstito, liberare, utpote jam de  
illa securum: scire deinde te omnes op- *Non*  
tare, gaudia illa vitæ alterius tam esse *sunt cõ-*  
jucunda, ut si omnium tormentorum *dignæ*  
dolore redimenda forent, neminem *passio-*  
refugere debere, quin cruciatus tem- *nes hu-*  
poraneos lubenti animo toleraret. *jus tẽ-*  
Doleo me hætenus tam meticulosè horru- *poris*  
isse corporales molestias, tanta deliciarum *ad fu-*  
eternarum affluentia compensandos. Tu *turam*  
animum meum obfirma, ne impatientia *gloriã.*  
me in hac palæstra fatiget.

B. MANSUETE, Primorum Cisterciensis Ordinis Fundatorum coad- *Floruit*  
jutor fidelis. Fundamenta Grandis *anno*  
structuræ fuerunt, mundi contemptus, *1100.*  
amor æternitatis: paupertas extrema,  
vitæ puritas Angelica: solitudo in si-  
lentio, & conversatio cum solo DEO.  
Fons in speciem parvus, sed qui totum  
terrarum orbem inundavit: prout ti-  
bi ex hac mortalitate discessuro cœ-  
lum osten-



# 336 ANNI CISTERCIENS.


lum ostendit: dum ex Oratorio ebullientem fluvium vidisti, ad quem per omnes deinceps ætates ingens homi-

**Celebre** num multitudo accurrebat, ut vestes  
**vat. ci-** ibi à sordibus elueret. Præsignatum  
**nium** hoc Ordinis incrementum ostende-  
**de S.** runt, prima duo ab exortu secula, sub  
**Ordine** quibus jam tum ducenta supra mille  
**Cister-** Cœnobia unum Caput Archicœnobii  
**cienst.** Cisterciensis Abbatem venerabantur, præter Ordines Equestres in utroque Orientis & Occidentis orbe sub iisdem legibus militantes. *Non immerito glori- or, me tot millium, ne dicam myriadum numerum augere, qui sub Cistercij vexillis Deo famulantur. Sed tu exemplo tuo, meritis ac suffragijs adjuva, ne degener tantis parentibus filius inveniar.*

S. BERNARDUS, s. 3. in cap. jejun.

**Mores**  
**conso-**  
**nent**  
**vesti.**

*Attende jolenter, quid diligas, quid metuas, unde gaudeas, unde contristeris: ne sub habitu religionis animum secularem, sub pannis Conversionis invenias cor perversum.*



25. Octobris. 8. Cal. Novemb.

**Obijt**  
**anno**  
**1624.**

**B.** DIONYSI, Abbas Clarævallis,  
Magni BERNARDI inter dignif-  
simos successores XLIV. Inauguravit  
futuris



futuros honores te Sorbona Parisiensis  
 Doctoratûs Laurea : ad negotiorum *Grada-*  
 dexteritatem Roma exercuit, ubi Pro- *tim as-*  
 curatoris Generalis munus tam pro- *cendit.*  
 sperè obibas, ut communibus suffra-  
 giis inde vocatus, & clavo Clarissimæ  
 vallis donatus fueris. Pressis vestigiis  
 vitæ cursum BERNARDI æmula- *Alter*  
 baris, nullis vigiliis parcens, quo pris- *Ber-*  
 cam loci sanctimoniam in suo vigore *nardus*  
 conservares. Nec ante laborum finis  
 fuit quàm vitæ. Hanc dum per Luxem-  
 burgensem Ducatum Filias visitatu-  
 rus peragrare in Aurea valle posuisti,  
 magno quidem filiorum luctu, sed  
 mox in gaudium vertendo, cùm ad se-  
 pulchrum tuum claram prodigia lu-  
 cem diffunderent. *Ita semper in filiis*  
 *suis vivit Mellifluus Parens, sed talibus,*  
 *qui dulcissimis ejus vestigijs inhaerent: uti-*  
 *nam & in me vel unica ex tot ingenibus*  
 *illius virtutibus viveret!*

SANCTI Martyres Monasterii Se- *Passi*  
 tichenbek in Germania, qui in odium *anno*  
 fidei Orthodoxæ crudeliter per varia *1376.*  
 supplicia mactati estis. Et Abbas qui-  
 dem, quasi vulgare tormentum esset  
 infra dignitatem, perticæ alligatus,  
 lentoque igne tostus, tot Valerianos  
 cum Laurentio risit, quot hæreticos  
 lictores intrepidus contempsit. Non

Pp

ignota




# 338 ANNI CISTERCIENS.

ignota sunt mihi arma, quibus triplex hostis animæ meæ sternendus sit ac triumphandus. Vos meritis vestris confortate manus meas, ut tanquam victoria avidus miles alacri mente in arena persistam.

S. BERNARDUS, c. 10. de dil. Deo.

Marty- *Magna vis prorsus amoris Marty-*  
res cor- *rum animas introrsum rapuerat, quæ*  
robora- *ita sua corpora foris exponere, & tor-*  
vit Dei *menta contemnere valuerunt. Quid*  
amor. *autem jam solutas corporibus? Im-*  
*mersas ex toto credimus immenso illi*  
*pelago aeterni luminis, & luminosa æ-*  
*ternitatis.*



26. Octobris. 7. Cal. Novemb.

Floruit *B. BERNARDE, Mauriennensis E-*  
circa *piscopo, gemma seculi illius auri,*  
annum *quo sola sanctitas digna æstimabatur*  
1238. *honoribus, & in summis passim sub-*  
*sellis adorabatur. Tot ornamento-*  
*rum fecunda mater & alatrix fuit re-*  
*ligiosa paupertas, quæ Cistercium ad*  
*tam alta conscendit fastigia, ut felices*  
*se arbitrentur Ecclesiæ, si ex hoc Or-*  
*dine sibi deligere pastorem liceret. A-*  
*manda mihi meritò est paupertas, cujus*  
*fructus & in hac & in altera vita sunt*  
*inæstimabiles:*




inestimabiles: hic pacem, animi quietem,  
& securam parit conscientiam: ibi regnum  
equale cum maiestate divina.

B. JOANNES Abbas Alnensis, Obijt  
qui una cum socio Monacho invictam <sup>anno</sup>  
animi constantiam in colenda servan- 1338.  
daque iustitia contempto mortis peri-  
culo tenuisti, dum ab iniquis raptori-  
bus sævissimè interemptus meruisti  
laurea Iustitiæ coronari. Christus mili-  
tiæ suæ Imperator sanguinea post se relin-  
quens vestigia, totidem quasi literis viam  
cæli signavit, ad gloriam cælestem aspi-  
rantibus calcandam esse patientiæ viam.  
Tu firma gressus meos, ut saltem in levi-  
bus molestijs sub patientiæ vexillo me mi-  
litare ostendam.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Annunc.

Si in Christo volumus pie vivere, ne- <sup>Vitam</sup>  
cesse est sustineamus persecutionem, ne <sup>perdit,</sup>  
malum pro malo, aut maledictum pro <sup>qui pa-</sup>  
maledicto reddamus. Alioquin qui <sup>tientiā.</sup>  
patientiam non servaverit, perdet iu-  
sticiam, hoc est vitam perdet.



27. Octobris. 6. Cal. Novemb.

Florui

B. MENFRIDE, Prior Eberbacen- <sup>circa</sup>  
sis cœnobii; qui ut gregituz dire- <sup>annum</sup>  
ctioni commisso securius invigilares, 1171.

P p 2

focias



## 340 ANNI CISTERCIENS.

Paven- focias è cœlo excubias precibus evocâ-  
 da ne- sti: cujus singulari dono internos alio-  
 gligen- rum cogitatus aperto mentis oculo  
 tibus pervidisti. Fuit ex junioribus alumnis  
 visio. quidam, qui ficto morborum pallio  
 lupinam in frequentando Choro ne-  
 gligentiam obtegebat. Hunc aliquan-  
 do de precibus nocturnis egredientem  
 cùm cerneret à nigerrimi coloris pig-  
 mæo impelli; mansuetè desidiosum  
 fratrem bis térque monuisti, gravissi-  
 mam à DEO vindictam vaticinans,  
 si pergeret superioribus sic suâ pigritiâ  
 porrò illudere: DEUM esse longani-  
 mem, sed hujusmodi malitiosam im-  
 posturam aut in hoc orbe graviter,  
 aut gravissimè in altero punire. At il-  
 le aures, quas paternis monitis nega-  
 vit, maligno præbuit: nam abjecto  
 turpiter S. Ordinis habitu ad seculum,  
 & miserrimum paulò post interitum  
 rediit. Heroici animi tui virtus tunc  
 maximè gloriosum statuit trophæum,  
 cùm Friderico Imperatore in Ortho-  
 xæ Fidei invidiam personas utriusque  
 sexûs DEO dicatas è diversi instituti  
 cœnobiis in militaria castra evocante,  
 per tuam industriam Eberbachum à  
 pudenda illa lue intactum perstitit.  
 Etiam pro me pervigila, ne tenebrarum  
 princeps suis fraudibus atque illecebris à  
 castris



*castris pietatis ad castra peccati me pertrahat.*

B. CATHARINA in Parco Do-  
 minarum sanctimonialis, inaudita  
 humilitatis & penè decrepita Virgo: 1650.  
 quæ inter sacratas D E O Virgines per  
 annos quinquaginta innocentissimè  
 versata, in illa demum ætate persuade-  
 ri vix potuisti, ut sacrum velum accep-  
 tares, tali ornamento te reputans in-  
 dignam. Tum verò Sponsi cœlestis a-  
 morem potius, quàm religiosam ve-  
 stem induisse videbaris: erumpebant  
 enim ex tenero corde continui gemitus  
 ad intimam cum D E O unionem  
 anhelantes. Sed transcundum erat in  
 refrigerium per dolorum ignes, quos  
 satis acres aliquot ante mortem annis  
 summa tranquillitate mentis tolerasti.  
*Recusat esse in corpore (inquiiebat ille) qui  
 pati recusat cum capite. Pati cum Christo  
 tot pro me doloribus afflicto desiderat mea  
 voluntas, sed tu eum roga, ut animum  
 meum sua gratia confirmet.*

*Obijt  
 anno  
 1650.  
 Anno  
 ætatis  
 50. ty-  
 rociniis  
 suscipit.*

S. BERNARDUS, s. i. in cap. jejun.

*Quis non solo contremiscat auditu? Pecca-  
 Tollens membrum Christi, faciam toris  
 membrum demoniorum? Abscissus à infania.  
 corpore Christi, satanæ miser incorpo-  
 rabor?*



342 ANNI CISTERCIENS.

rabor? Sit procul à nobis semper ista communicatio Fratres mei. Mihi omnino adherere tibi bonum est, o caput gloriosum, & benedictum in secula in quod & Angeli prospicere concupiscunt. Sequar te, quocumq; ieris.



28. Octobris. 5. Cal. Novemb.

Floruit  
circa  
annum  
1500.

B. BRIOLAYA Eboracensis Monasterii in Lusitania Monialis vere pia: quæ nuptias à parentibus oblatas fastidians soli Christo unice adhesisti. Cujus imaginem ad pectus gestans, omnem aliam de rebus transitoriis cogitationem è memoria exclusisti. Cælesti lumine donata in manibus Sacerdotis dilectum animæ sponsum non sub panis nube latentem, sed modò blandientis puelli, modò spinis cruenti specie intuebaris. Aliàs cœlestium geniorum catervas, aut clariorem sole splendorem circa sacrificantem spectabas. Tot cœli favores sub custodia humilitatis tam cautè occultabas, ut non nisi coacta illos manifestares. Scio, & mihi insipidas fore, quas tam stultè amo, res terrenas, si cordi meo Christi seu docentis seu patientis imaginem ita impressam gestarem, ut è memoria mea nunquam excideret.

B. EGBER.

In SS.  
Hostia  
Christi  
præse  
videt.



B. EGBERTE, Villariensis Monasterii Converse, cujus maximæ erant deliciae, veterum Sanctorum gesta revolvere, & inde velut ex sanctitatis *Patientia* horto flosculos virtutum ad imitationem illius fragrantiam colligere. Arrisit ex *hinc* domus tibi præ aliis rosa, de cujus spinis *lores* coronam cum ardentissime desideras probat. res, materiam ministravit rupta in intestinis vena, largam dolorum mensem germinans, quæ Christo Patientiam grata fuit, ut tibi in ultima læta præsens adesse & triumphum augente Martyrum choro, viam ad cœlos præire dignatus fuerit. Salebrosus est, & asper huius mortalis vitæ cursus: & plane falluntur, qui hæc rosas querunt sine spinis. Utinam ego tecum saperem & Jesum patientem sequerer alacriter, cerid cum ipso in patria coronandus.

S. BERNARDUS, ser. 7. de XL.

Mihi mundus crucifixus est [Gala. 6.] *Omnia*  
 Quasi diceret. Omnia, quæ mundus *spernit,*  
 amat, crux mihi sunt; delectatio car- *cui mū-*  
 nis, honores, divitiæ, vanæ hominum *duſ est*  
 laudes: quæ verò mundus reputat cru- *cruci-*  
 cem, illis affixus sum, illis adhæreo, il- *fixus.*  
 la toto amplector affectu.





29. Octobris. 4. Cal. Novemb.

*Obijt* S. PETRE, qui regii sanguinis splen-  
*anno* dorem non alibi clarius radiatu-  
 1186. rum esse rectè censuisti, quàm sub illi-  
 us umbra ac tutela, quæ Solem Justi-  
 tiæ genuisset. Et quod illa te in clien-  
 tem suscepit, tibi per visum ostendit,  
*B. V.* in folio sedens sublimis, ac ex amabili  
*illum* fronte blandos oculorum radios in te  
*in cli-* vibrans. Ad quam cum accurrere co-  
*tem re-* nareris, duo atrii canes viam interclu-  
*cipit,* debant, quos ipsa facessere iussit. A  
 quorum rabie ut securior esses, Ighia-  
 ci Cisterciense Institutum amplexus es,  
 perpetuo mancipatu te Magnæ Matri  
 consecraturus. Quod quàm gratanter  
*Et ad-* acceperit, statim novo, & planè non  
*miran-* vulgaris gratiæ dono tibi ostendit o-  
*dis fa-* ranti: ad te enim descendens, modo  
*vari-* quidem ineffabili, sed suavitate omnes  
*bus im-* arterias penetrante, te spiritu implevit,  
*perit.* quo deinceps per omnem vitam inte-  
 rius animæ regnum moderante, velut  
 alii à negotiorum tumultu haud faci-  
 le se ad res supernas colligunt, ita te  
 vis illa extatica vix usui sensuum cor-  
 poreorum permittebat. Hinc summa  
 fuit omnium admiratio, cum te cer-  
 nerent nulla temporum aut fortunæ  
 vicissitu-



vicissitudine moveri, quin semper in eadem mentis æquabilitate steteris erectus. Gravis aliquamdiu capitis dolore te cruciabat, quo denique victus è choro discedere statueras: sed dux ille tuus intrà præcordia tua vocem hanc dedit: *Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis saluus ero: Quâ* confirmatus eodem die, ad divinum epulum accedens ab illa molestia convaluisti. Ex Priore dein Igniacensi in Abbatem vallis Regiæ cooptatus, eandem de cælo opem expertus es in fistulæ morbo, ad cò fontico, ut ne manus quidem medici adhibere præsumerent. Illud magis stupendum, quod ibidem mer- cenario cuidam accidit. Is cùm post longam petitionem à Cellario debita- tam mercedem obtinere non posset, igna- ira fremens proximam monasterii vil- lam allato igne jamjam erat combu- sturus: cùm in tua persona (nam tunc in lectulo te morbus detinebat) Ange- lus insanum hominem à scelere ab- sterruit, iussitque altera die pro reci- pienda solutione mercedis audacter in Monasterio comparere: adfuit, tibi- que quod acciderat cum utriusque admi- ratione narravit: sibi gratulatus, quod sanctimoniâ tuâ à tanto crimine, & debito liber evasisset. Ex Regia Valle

P p 5

revocatus.



# 346 ANNI CISTERCIENS.

revocatus ad propriæ domus Ignia-  
 census Abbatiales curas celeberrimis  
*Loque-* prodigiis claruisti. Ex pluribus eminet  
*lam al.* Baldunus Miles, qui exomologesi  
*teri re-* conscientiam exornaturus, cum repen-  
*stuit,* tē obmutuisset, illi facilem in verba  
 linguam, & pro militari sago deinde  
*dein* vestem Religionis, ac mortuo cœlum  
*epur.* dedisti: nam flammis piacularibus e-  
*gatorio* um cruciari divinitus cognoveras.  
*eum li-* Paucis hic annis præeras, cum in Mel-  
*berat.* lissui BERNARDI octavum succes-  
 forem te Claravallis elegit; quem ho-  
*Latens* norem fuga declinaturus, in quadam  
*divini-* villa latebas, sed digito cœlesti ostē-  
*ius pro-* sus, tanquam Angelus DEI à sancta  
*ditur.* illa congregatione susceptus es. Prima  
 regiminis cura fuit disciplina regula-  
 ris, quam efficacissimis juxta ac dul-  
 cissimis monitis, sed maximè morum  
 simplici innocentia in pulcherrimo  
*Lites* flore conservasti: A litibus de bonis  
*cedendo* fortunæ tam cras alienus, ut cū mi-  
*cōponit.* les quidam de iis litem intentaret, &  
 magno suorum apparatu in arenam  
 descendere pararet, tu paucis verbis  
 jurgium decidisti: servaret nempe, si in  
 illa bona plus te juris haberet. At ille  
 tantā mansuetudine obstupescens,  
 suadente præsertim illius uxore, omnia  
 cum fœnore tibi restituit. Plura e-  
 jusmodi



jusmodicum ad aures Ludovici Fran-  
corum Regis pervenissent, te in tua *Rex*  
Claravalle invisens, jussit solitariae *Franci-*  
pietati quietè indulgere, atque Abba. & curā  
tem intra Monasterium agere, se foris *Clara-*  
Abbatem fore, nec permissurum, ut *vallis*  
Claravallis vel minimo detrimento *in se re-*  
affligatur. Ita securus & liber à nego. *cipit.*  
tiis totum te rerum coelestium con-  
templationi dedisti, in qua nunquam  
siccis oculis versabaris, sed perennes  
nunc desiderii ad patriam supernam, *Fletu*  
nunc pro mundi sceleribus lacrymas *oculum*  
effundebas: adeò ut ex nimio fletu o- *perdit,*  
culiusum amiseris, sortitus inde cog-  
nomen Monoculi: quam jacturam a- *joco ja-*  
deò non agrè tulisti, ut etiam joculari *cturam*  
soleres: non multum te dolore, libe- *eludēs.*  
rum deinceps ab uno ex geminis præ-  
donibus. Inter hæc Lucius III. Ro. *Summo*  
mam te vocavit, & quo in pretio te *Ponti-*  
haberet, vel hoc uno demonstravit, *fici à*  
quod post factam noxarum confessi- *Cōfessio-*  
onem SS Eucharistiam è tua manu re- *nibus.*  
ceperit, futurus in Claravalle etiam  
depositâ tiarâ filius, nisi consilia tua  
suis desideriiis prætulisset. Iter ad Fri- *B. P.*  
dericum Imp. nobilitavit Deiparæ fa- *pro illo*  
vor, quæ, cum in æde cathedrali Spiræ *orat.*  
precibus incumberes, Orationem il-  
lam, quæ fratribus ad iter accinctis dici



*Obit* potens sempiternæ Deûs, miserere huic fa-  
*sanctæ.* mulotuo, &c. Postremum laborem in  
 Filiarum lustratione mors absolvit,  
 quam in Fusniacensi Cœnobio & læ-  
 tus prædixisti, & inter ardentia de a-  
 more Divino verba sanctissimè obiisti.  
 Scriptæ sunt in exulcerata conscientia mea  
 innumerabiles causæ, propter quas cen-  
 tum, si mihi essent, oculos per lacrymas  
 effundere me oporteret. Sed heu siccus est  
 fons ille salutis. Tu emolli durissimam  
 cordis mei petram: melius enim mihi erit  
 oculorum, quàm æternæ vitæ jacturam  
 pati.

*Vixit* B. IDA de Lewis, quæ jam infans  
*se vide-* divinis præventa favoribus mundum  
*tur cir-* contemnere cum vanitatibus suis cæ-  
*ca añũ* pisti, vilem vestitum ac victum, præ-  
 1400. cum devotionem, & sacras ædes in so-  
 lis deliciis numerans: surda in collo-  
 quiis, quæ cœlum non saperent. At-  
 que ut lilium virginale Castissimo  
 sponso immaculatum servares, an-  
 no ætatis tertio decimo in Rameya  
*Divinæ* sacrarum Virginum choro te adjun-  
*provi-* xisti: in uno hoc desiderio semper de-  
*dentia* fixa, ut DEO uni quammaximè pla-  
*set totam* ceres. Montem scilicet petebas ardu-  
*comit-* um, non nisi per confragosas rupes,  
*et it.* scandendum. Quas infernalis draco sa-  
 tis metu-



tis metuendas objecit: dum cernens  
 suggestionum ventos à te contemni,  
 verbera præsertim in lectulo quiescen- *Demon*  
 ti ingessit. Verùm utcunque sævierit *eam*  
 ne gemitum quidem aut doloris in- *horrendè*  
 dicium expressit. Primum hujus vi- *affligit.*  
 ctoriæ præmium fuit lux interna, quæ  
 tanta claritate te totam implevit, ut *Recrea-*  
 tralucidi instar crysalli cordis tui in- *atur*  
 tima perspiceres. Nec tuæ solummo- *miris*  
 do, sed & aliorum cogitationes arca- *cæli fa-*  
 næ tibi hoc speculo patebant, quas ad *vari-*  
 eorum promovendam salutem non *bis.*  
 rarò stupentibus aperuisti. Huic acces-  
 sit in perceptione Eucharistiæ dulcis-  
 simus ille gustus, qui sensus corporis  
 inutiles reddens te ad novum favo-  
 rem à Deo petendum compulit, ne  
 Sacri Ordinis consuetas ceremonias in  
 accessu & recessu intermitteres. Ro-  
 gasti nimirum amabilissimum spon-  
 sum, ut te illa suavitate perfunderet,  
 cùm solitaria intrâ cellulæ parietes de-  
 litesceres. Neque hanc tantùm grati-  
 am impetrasti, sed continuum deinceps  
 illius contubernium: ita ut neque *Conti-*  
 interplallendum à te recederet. Cùm *nudâ*  
 enim aliquando ex more assurgere, & *Christi*  
 manibus ad latera demissis Versum *presen-*  
 cantare deberes, nec tamen divino pu- *riâ fru-*  
 ello extra gremium tuum locus esset: *tur.*




350 ANNI CISTERCIENS.

ille interim brachiis collum stringens  
tam diu hæsit, donec iterum in seden-  
tis sinum rediret. Non potuit mors  
appellari tuus ex hoc orbe transitus,  
cum inter hos sponsi amplexus suavissi-  
mè obdormieris. Cor humanum non  
alibi magis prodit insanabilem dementi-  
am suam, quam dum per sua desideria  
fatigatur in rebus vanis, nec securè nec  
diu possidendis; & interea Deum per infi-  
nitos modos nos in sui amorem allicientem  
quasi indignum amore contemnit. Tu mi-  
hi dona cor tuum, ut discam solum Deum  
amare.

Quo-  
modo  
DEUS  
querere  
deus.

S. BERNARDUS. ser. 37. de divers.

Si nolumus frustra querere Dominum,  
queramus veraciter, frequenter, per-  
severanter: ut nec pro illo queramus  
aliud, nec cum illo aliud, sed nec ab il-  
lo ad aliud convertamur. Facilius est  
enim cælum & terram transire,  
quàm ut sic quærens non inveniatur, sic  
petens non accipiat, sic pulsanti non a-  
periat.



Fl. añ.  
1300.

30. Octobris. 3. Cal. Novemb.

B. RAYNERI Monache Villariensis,  
qui cum Purissima cœlitum  
Regina



Regina pio quodam amoris duello  
 certabas. Jam puer illi statas quotidie  
 preces tenero devotionis affectu per-  
 solvebas: illa te aquis haustum com-  
 plexa brachiis liori reposuit incolu-  
 mem. Inde additum illius cultui Ci-  
 sterciense institutum ingressus, sed sta-  
 tim morbis oppressus, verè sensisti il-  
 lam meritò vocari Consolationem af-  
 flictorum; utpote frequenti ejus allo-  
 quio recreatus. Vicissim illi dolorum  
 tolerantiam in munus gratissimum  
 obtulisti; nec ipsa respondere suis fa-  
 voribus destitit: nam à Filio suo, mor-  
 talium Judice impetravit tibi liberum  
 finè flammarum ullo supplicio in cœ-  
 los aditum, & ultimum agonem de-  
 pugnantem cincta Virginum choro ad-  
 fuit, animamque inter cœlestes can-  
 tus ad sidera transportavit. O felix con-  
 certatio, quâ cum Matre Deipara puris  
 amandi studiis in devotionis arenam des-  
 cenditur! Nec ego desinam illi offerre pre-  
 cum etsi, heu frigidarum munuscula, ni-  
 hil contemnit ille indeficiens fons miseri-  
 cordiæ.

B. V.  
 eum a  
 morte  
 liberat

Et in  
 morbis  
 solatur.

Et in  
 morte.

B. TERESA de Toledo, Abbatisa  
 Cænobii S. Annæ, quæ parem gere-  
 bas nobili prosapia animum: quem  
 tuis quoque alumnis adeò efficaciter  
 ingenerabas, ut virgineas manus verè  
 extenderint

Floruit  
 anno  
 1590.



352 ANNI CISTERCIENS.

extenderint ad fortia ac virtutum a-  
ctus planè viriles: quorum primaria  
exercitatio fuit, mentem statione im-  
mobili figere in contemplatione amo-  
ris divini, ex qua radice non potuerunt  
non prodire uberes sanctimonix fru-  
ctus. Dei & rerum æternarum oblivio  
moriiferum illud venenum est, quod om-  
nes virtutes extinguit; quod peccati labe  
totum genus humanum corrumpit. Doce  
me tam noxium malum omni conatu vi-  
tare.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Epiph.

DEO *Securè credamus in Jesum, securè cre-*  
nec de- *damus ei nos ipsos, Fratres mei; cui*  
est po- *damus ei nos ipsos, Fratres mei; cui*  
tēstas, *nec potestas deest salvandi nos, cū sit*  
nec vo- *verus Deus & Dei Filius: nec bona*  
lutas *voluntas; cū sit tanquam unus ex*  
nos ju- *nobis, verus homo & hominis filius.*  
vandi. *Quomodo namque nobis erit inexora-*  
*bilis, propter quos factus est similis*  
*nobis passibilis?*



31. Octobris. Pridie Cal. Novemb.

Floruit **B** LADISLAE Converse in Polo-  
annu **nia**: qui ob tarditatem memoriæ  
1221. nullas omnino preces addiscere pote-  
ras, quàm Salutationem Angelicam,  
idque



idque diuturno labore. In ea tamen simplicem devotionem respiciente DEO tantam sentiebas animi dulcedinem, ut linguam à pronuntiatione continua diu nocturne vacare non permitteres. Hæc tua pietas quam grata cœlo fuerit, statim post mortem paruit; dum ex corde tuo ignoti germinis arbor surrexit, cujus singula folia Angelici Nuncii verba, A V E M A R I A, pulcherrimis characteribus insculpta referebant. *Discat nunc lingua mea laudare Mariam, verè omni laude dignissimam. Tu illam dirige, ut linguæ cor meum consonet, atque ita has laudes decantet, ut eandem Cœli Imperatricem laudare æternum mereatur.*

Salu-  
tationē  
Ange-  
licam  
devotē  
recitat.

B. C L A R A, Bellopratensis Mona-sterii Abbatisa, quæ per annos quadraginta Virgines tibi subditas in majore virtutum quàm auri abundantia rexisti: absque ulla tamen penuria: quotiescunque enim urgebat necessitas, præstò fuit ignoti nominis, sed elegantis formæ persona, quæ sinè exactione usuræ præsentem pecuniam numerabat, tamdiu ad usus tuos suffecturam, donec precibus tuis revocata, comparere iterum juberetur. Si rectè paupertatem aestimo, nihil est illa diutius: si opes terrenas; nihil illis spernendum magis:

Obijt  
anno  
1545.  
Pau-  
pertati  
succur-  
ritur  
prodi-  
gijs.



354 ANNI CISTERCIENS.

dum magis: hæ fumus sunt momentodum  
sparens: illa pretium est regni cælestis: hæc  
Lazaro aperuit sinum Abraham, illæ divi-  
tem epulonem æternum sibi in flammis  
cogunt. Cur ergo non tecum illas contem-  
nam, & cum paupere Christo egere desi-  
derem?

S. BERNARDUS, S. I. in vig. Nat.

De cœ- In terris abundabat, & superabun-  
lo Chri- dabat species paupertatis: nesciebat  
stus de- dabit species paupertatis: nesciebat  
scendit homo pretium ejus. Hanc itaq; Dei  
pauper- Filius concupiscens, descendit, ut eam  
tatis amore. eligat sibi, & nobis quoq; sua assi-  
matione faceret pretiosam.



ANNI





ANNI  
CISTERCIENSIS  
NOVEMBER.

*I. Novembris. Calendæ.*



ANCTI, ac Beati  
Cistercienses, quorum  
gloriosam hodierna  
die memoriam, unâ  
cum reliquo Electo-  
rum cætu orbis ortho-  
doxus ritu solenni veneratur: Vos præ-  
sertim athletæ Clarævallenses, quo-  
rum venerandas exuvias, tanquam su-  
a charissima viscera, è terræ visceribus  
reassumpta, sanctissimus vester in spi-  
ritu parens BERNARDUS hac ipsa  
luce, anno salutis 1140. è veteri Mona-  
sterio ad novam Basilicam transtulit:  
Vos, inquam, quanta possum animi  
demissione supplex accedo: atque in-  
primis gloriæ & felicitati vestræ im-  
mortali aggratulor, quam vitæ inno-  
centia,



356 ANNI CISTERCIENS.

centia, & puro in DEUM amore meruistis. Deinde me totum patrocinio vestro commendo; in sinum misericordiae vestrae effundo miseras meas: opem à vobis efflagito inter pugnas cum hostibus animae meae, quos generosè vicistis. Adeste periclitanti invicto robore vestro, praesertim mihi à Clementia Divina felicem mortis horam impetrate.


*Florui.* B. SPINELA monasterii de Arauca Monialis, quæ nobilissimo spiritu  
*anno* tum ex prosapia tum gratia superna  
*1240.* hausto, quasi quibusdam pennis, ad  
*Contem-* sublimissima coeli mysteria evolabas:  
*platio-* suavi pietatis sensu nunc perpendens  
*ni rerū* effusam in genus humanum DEI Bo-  
*divina-* nitatem, quā Electos tenerrimè am-  
*rum* plexatur: nunc admirans inexhaustam  
*vacat.* ejus longanimitatem, quā scelerato-  
rum poenitentiam non expectat so-  
lummodò, sed & multis beneficiis ad  
*Ange-* sui amorem invitat. Coelestem hanc  
*lis can-* fuisse vivendi rationem comprobavit  
*tantib⁹* Angelicus in obitu tuo cantus à mul-  
*obit.* tis auditus: & in felici patria te grati-  
osam esse, sentiunt vicini populi, qui  
in hodiernum usque diem ad sepul-  
chrum tuum divina munera impe-  
trant. *Impetra & mihi, quā tu tam e-*  
*gregiè imbuta fueras, contemplationem*  
*rerum*



rerum celestium. Si enim in Deo summam  
clementiam seriò perpendam, fieri non po-  
test, quin amem infinitum illud Bonum:  
Si iustitiam strictissimam, orietur in me  
sanctus ille timor Domini, qui est initium  
sapientiæ.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Annunc.

Quàm dives es in misericordia, quàm Mirabi-  
magnificus in iustitia, in gratia quàm lis boni  
munificus, Domine Deus noster! Non tas DEI  
est, qui similis sit tibi, munerator co- in ge-  
piosissime, remunerator æquissime, pi- nus hu-  
issime liberator. Gratis respicis hu- manū.  
miles, justè judicas innocentes, mise-  
ricorditer etiam salvas peccatores.



2. Novembris. 4. Nonas.

B. BERNARDE Cathalane, sacrae Floruit  
militiæ de Calatrava genere & pi- anno  
etate Eques insignis: qui negotiis ter- 1606.  
renis tibi ex officio incumbentibus non  
aliter invigilabas, quàm ut finè inter-  
missione in cælo mens defixa hæreret.  
Quo affectu Augustissimam cæli Im-  
peratricem colueris, etiam posteros ig- Maria  
norare noluisti, dum publico Instru- se man-  
mento te perpetuo ejus obsequio man- cipat.  
cipasti. Ejusdem amore summam ad-  
hibuisti



# 358 ANNI CISTERCIENS.

**SS. Be-** habuisti diligentiam ne vel levi cogi-  
**nedictus** tatione puritatem animi aut corporis  
**& Ber-** offenderes. Post multa tandem cha-  
**nardus** ritatis opera ad extrema deveniens,  
**moriē-** Divos Benedictum & BERNAR-  
**ti assi-** DUM in illo certamine consolatores  
**stunt.** habuisti, in iō ad astra duces, uno dex-  
tram altero sinistram manum tuam  
apprehendente. Tuis ego verbis mea

nunc obsequia Regina Virginum offeram:  
tu da, ut ea devotione depromam, quā tu  
olim ore & calamo illa expressisti. [In pri-  
mis diligam ex toto corde Divinam maje-  
statem, ut omnia, quæ cogitavero, locutus  
vel operatus fuero, ad supremum honoris  
ad B.V. & gloriæ sanctissimæ Trinitatis dirigam-  
tur. Et ut omnes inferni ministri in me  
nullam partem se habitueros intelligant,  
sciant me non esse meum, sedque solam fa-  
cere, cogitare & loqui posse, quod gratum  
sit Angelorum Reginae Dominae meæ.]

**Floruit** B. CHRISTIANE, Dunensis in  
**anno** Anglia Episcopo. In eam Insulam à  
**1149.** BERNARDO missus es, ut Mona-  
sterio Mellifontis præesses: inde alteri  
ejusdem nominis Præsuli successisti.  
In qua dignitate verum animarum  
pastorem agens, in id unum summo  
studio intendebas, ac à toto clero exi-  
gebas districtè, ut omnes curas ani-  
marum cura præcederet. Utinam & e-  
go hic



go his monitis tuis diligentius obtempera-  
rem, mihi que sapius occinerem illam Chri-  
sti Servatoris sententiam: Quid prodest ho-  
mini, si totum mundum lucretur, anima  
verò suæ detrimentum patiatur?

S. BERNARDUS, s. 2. de Nat.

Agnosce ô homo dignitatem tuam, Magna  
agnosce gloriam dignitatis humane. digni-  
Est enim tibi cum mundo corpus: sic tas a-  
enim decet eum, qui constitutus est su- nimæ  
per universam hujus creaturæ corpo- huma-  
reæ molem, aliqua ei similari ex par- næ.  
te. Sed est tibi etiam sublimius ali-  
quid, nec omnino comparandus es ca-  
teris creaturis: compacta & confœ-  
derata sunt in te caro & anima, illa  
plasmata, hæc inspirata.



3. Novembris. 3. Nonas.

S. MALACHIA, Archiepiscopo Obijt  
S. Hybernæ: qui naturæ & gratiæ anno  
præclarissimis donis jam in matris piæ 1148.  
gremio plenus, studiorum palæstrâ  
feliciter superatâ, florens juvenis con-  
sortium amavisti Anachoretæ cujus-  
dam, cujus rigidissimam vitam nemo  
erat, qui non horreret. Sed animi ro-  
bore se-



*Tyroci-  
cinium  
sancti-  
monia  
ponit.*

*Egregiè  
in Vi-  
nea Do-  
mini o-  
pera-  
tur.*

*Pi-dro-  
gijs cla-  
rescit.*

*Pessimā  
consue-  
tudinē  
tollit.*

bore severitatem vincente non perdu-  
rasti duntaxat, sed & statim alios in  
disciplinæ sanctioris societatem ad-  
duxisti. Ab his latebris te loci E-  
piscopus produxit, suoque lateri ad-  
movit: tanto suorum fructu; ut cum  
gens illa barbara vix rituum Christia-  
norum haberet notitiam, mox tuâ in-  
dustriâ viderit in templis aras, fre-  
quentaverit S. Confessionis tribunal,  
agnoverit matrimonii leges, & facti  
ex lupis oves pastorum vocem prom-  
ptissimè audirent. Fidem plebis con-  
firmabant prodigia, quibus mutos, a-  
mentes, aut alio gravi morbo labo-  
rantes sospitate donasti. Quibus per  
famam divulgatis Lesmoriæ Episco-  
pus diu tuâ operâ usus est, donec pri-  
mum ad Conneretensem, ac deinde  
ad Ardinacensem Archiepiscopatum  
vota Regis, Cleri, & populi te voca-  
verint. Remorabatur assensum præ-  
visus ingens labor, quem detestabilis  
consuetudo objecit, cuius vi certa fa-  
milia in eam cathedram hereditate  
succedebat. Huic abrogandæ cum  
modestia tua manum admoveere nol-  
let, nec pars adversa cedere, DEUS  
litem diremit, sublatis e vita Simonia-  
cis illis fulmine, peste, aliisque morbis,  
uno relicto, qui damnis alienis sapere  
tergiver.



tergiversabatur. Hunc tamen in ipso  
 infidiarum loco, in quem te trucidan-  
 dum invitaverat sub specie amici, sola  
 præsencia mutasti in alium, ipsomet  
 metamorphosin suam mirante, qua  
 nihil minus voluerat. Honorem ta-  
 men tot laboribus & periculis acqui-  
 situm in alterius humeros devolvisti,  
 contentus Insula Conneretensi, mini-  
 ma parte Diœcesis. Pulsabat inter hæc  
 animum fama BERNARDI, quem  
 in itinere Romam versùs instituto in  
 Claravalle sua invisens, charissimum  
 ab eo donum, sacram vestem Cister-  
 censem, consueti tyronum ritu susce-  
 pisti. Romæ auctus munere Legati  
 Apostolici in Angliam redux ipsum  
 penè BERNARDUM patratiōe  
 miraculorum superasti. Admiratione  
 illud præ cæteris dignum, quod in  
 Cæmeterio à terribus Ecclesiasticis sa-  
 crato multis postmodum annis ex illi-  
 us glebæ contactu innumeri remedium  
 contra omne morborum genus ab-  
 stulerint. Ordinis Cisterciensis Mona-  
 chis totam penè Hyberniam implevi-  
 sti, erectis non minus quadraginta  
 Monasteriis. Sed ut Melliflui Docto-  
 ris verbis res infinitas compendio  
 complectar. [Non defuit tibi Prophe-  
 tia, non revelatio, non ultio impio-  
 rum, non

*Adver-  
sarium  
vincit  
mansu-  
etudine*

*Habitū  
Cister-  
ciensem  
assumit*

*Ingen-  
tia pro-  
digia.*

*40 mo-  
naste-  
ria cō-  
struit.*

Qq

rum, non



*Insignes ejus  
virtutes præ-  
dicat S.  
Bern.*

*Mori  
desiderat in  
Claravalle.*

*S. Bernar-  
do  
Sacrificanti  
gloriosus  
apparuit.*

rum, non gratia sanitarum, non denique suscitatio mortuorum: non profunda humilitas, non zelus cum sincera discretionem, non paupertatis amor, non vitæ austeritas, non perfectissima ubique conformatio tuæ voluntatis cum Divina.] Hæc denique implevit desiderium unicum cordis tui, quo anhelabas ad mortem in Claravalle, die Commemorationi fidelium defunctorum sacro excipiendam. Illuc ergo festinatis itineribus denuo profectus præsentem dulcissimo BERNARDO ita placidè spiritum emisisti, ut nisi spirare desisses, nemo te mortuum crederet: adeò nulla serenæ frontis, nulla vividi coloris apparebat mutatio: animæ jam in coelo beatæ pulchritudinem repræsentante corporis specie. Id Mellifluus Abbas divinitus cognovit in Sacrificio, quo tibi prærentabat; dum pro oratione in funerali sacro consuetâ decantabat aliam gloriosus de Confessore Pontifice, jam inter sanctos relato. Is duplici etiam argumento ostendit amorem, quo te amplectebatur, permutatâ tecum tunicâ, in sua te terræ commendans, in tua verò moriturus. Nobili dein panegyrico, quo sanctissimæ vitæ seriem stylo (altiori non potuit) suo digessit, & nominis



### III. NOVEMBRIS. 363

nominis tui famam cum immortalitate transmisit ad posteros. *Arripio nunc ego ex Mellifluis eiusdem de te verbis materiam, qua te alloquar. Esto mihi alter Elias, impariens & de spiritu tuo mihi, ipse enim in spiritu & virtute venisti. Vita tua lex vite & disciplinæ; mors tua mortis portus, & porta vitæ. O luminare magnum & lux in tenebris lucens, signorum radijs & meritorum, illuminans carcerem, latificans civitatem. Benedixisti moriens Bernardo, benedic & mihi morienti.*

Verba  
S. Bern.  
ad S.  
Mala-  
lachiã.

S. BERNARDUS, ser. i. de S. vict.

*Studeamus moribus conformari, cui in mirabilibus similiari et si volumus, non valemus. Emulemur in viro sobrium victum, devotum affectum, mansuetudinem spiritus, castimoniam corporis, oris custodiam, animi puritatem.*

Imita-  
tatio  
virtu-  
tum



4. Novembris. Pridie Nonas.

**B.** TEZELINE, venerabilis senex Clara vallis, qui ultimis vitæ annis gravi morbo afflictus, æquanimâ dolorum tolerantia meruisti, ut Mater totius consolationis, circumdata An-

Floruit  
anno  
1160.

Qq 2

gelorum



gelorum choro egredienti animæ ob-  
via procederet: quod B. Gaufridus, eo  
tempore in odæo sacro precibus inten-  
tus, claro die conspexit. *In eandem*  
*ego tota mentis fiducia spero: tu me doce il-*  
*lam modò ita colere, ut in morte illius me-*  
*rear patrocínio protegi.*

*Floruit* B. HENRICE Converse Hem-  
*anno* menrodensis, qui ob corporis animiq;  
*1221.* integritatem à DEO specialiter dile-  
ctus, oculis donatus es supra humanam  
aciem elevatis. Properabat ad mor-  
*Appa-* tem quidam è Monachis, ad cujus ca-  
*ritiones* put cum sederes, territus es à duobus  
*videt* exoticæ magnitudinis corvis illic cito  
*miras.* cumvolantibus. Sed te in preces pro-  
cumbente, mediam se intulit candoris  
nivei columba, quæ aves inauspicatas  
abegit, placidamque infirmo mortem  
peperit. Jucundiora tibi dedit specta-  
cula Hermannus Prior, circa cujus ca-  
put in aëre columba illa suspensa hæ-  
rebat, dum psalleret, & in cujus bra-  
chiis ludebat pulcherrimus puellus,  
dum Incruentam DEO hostiam offer-  
ret. Neque minùs delectabaris MA-  
RIÆ Unigenitum suum gestantis  
præsentia, & hilares in choro cantores  
blandè, desides verò torvè intuentis.  
Sed & ipse Consolator Spiritus sub  
forma venerandi senis familiare collo-  
quium



quum tecum frequenter habuit: cui  
 cum simplici pietate cingulum tui-  
 tamque offerres, non respuit ille mu-  
 nus, sed altera die novum cingulum  
 donavit, quo ad morbos depellendos  
 felicissime utebaris, & maxime in  
 morbum alias sanari difficilem, carnis  
 pruritus, multi experiebantur mirum  
 in modum efficax. Is porro te studio-  
 se ad observantiam sacri Instituti hor-  
 tabatur; utpote, ut ajebat, summæ  
 perfectionis: proximum Angelis puri-  
 tate, par Martyribus rigore, Prophetis  
 contemplatione, Apostolis paupertate,  
 Patriarchis, verbi divini prædicatione,  
 & peccatorum conversione. Mo-  
 rituro iterum adfuit Regina cœlitum,  
 quam singulis per ordinem, quo dis-  
 cessuri erant, infirmis bene precantem  
 vidisti. *Illumina & meos internos oculos,  
 ut imprimis videam Dei continuam in  
 me præsentiam, omnes animi motus intu-  
 entem. Perspiciam deinde meipsum, mille  
 imperfectionibus obstitum, ut exinde me  
 despiciere & humiliare discam.*

*Cingulo  
 à Spiritu S.  
 donatur.*

*Ordinis  
 Cister-  
 ciensis  
 encomi-  
 um in-  
 signe.*

S. BERNARDUS, ser. 37. in Cant.

*Si nos ignorantia Dei tenet, quomodo  
 sperabimus in eum, quem ignoramus?  
 si nostri, quomodo humiles erimus?  
 scimus autem, nec superbis nec despe-*

*Ignorantia  
 duplex  
 vitanda.*



*ratis partem esse vel societatem in sorte sanctorum.*



5. Novembris. 8. Idus.

Obijt  
anno  
1114.

B. U D A R D E Episcopo Brechinensis in Scotia. Produxit te in publicum ex Cuprunensi Cisterciensium monasterio tum sæpe ex suggestu cum plurium admiratione audita facundia, tum vita doctrinæ, quam tradebas, conformis: quâ utrâque dote, velut rutilantibus gemmis tiaram Pontificiam condecorasti usque ad maturam cœlo ætatem. *Quàm improvidi sumus mercatores, dum pretiosissimum hoc merendi tempus inter crepundias pueriles sine fructu dilabi permittimus, dispendium hoc tota æternitate nunquam reparaturi!*

Obijt  
anno  
1184.

B. H A K E T E, Abbas Dunensis. Sustinebas in virilis ætatis primo flore munus Decani Brugis; de consequenda æterna salute sollicitus, sed non satis tibi videbaris securus tot implicatus rerum mundanarum negotiis. Unde ad Monasticam solitudinem cofugiens, tantum in sacra disciplina proficisti, ut noviter condendo Monasterio Thosano præpositus fueris, & post quatuor annorum felices labores ad maternam



maternam domum, clavum ibidem moderaturus, superstitite adhuc prædecessore Waltero, & electionem dirigente, vocatus fueris: præsertim ex speciosa quadam animi magnitudine celebris, quam eruditio & pietas fulciebant. Sape nos ipsos decipimus vano timore suscipiendi pro cælo laboris: pijs conatibus semper aspinat Deus, modò non desit promptitudo voluntatis, ad sumendum de nostris viribus experimentum.

S. BERNARDUS, c. 10. de cont. mun.

*Ad imaginem Dei facta anima rationalis cæteris omnibus occupari potest, repleri non potest. Capacem Dei quidquid Deo minus est non implebit.*

Anima  
solo  
DEO  
imple-  
tur.



6. Novembris. 7. Idus.

**B** SIMON Alnensis Converse: qui Obijt anno ætatis 16. divina voce admonitus illud cœnobium petiisti susceptâ ovium pascendarum curâ, quod difficulter ab Abbate generis nobilitatem ad sordes damnare nolente, impetrasti. Sed Moyſen alterum acturus hæc rectè præmittebas exordia. Nocturnis sub vigiliis suspensa in aëre columna, multa luce agros animûmque tuum implevit: cujus deinde vices egit co-

hac die  
anno  
1229.

Moyſi  
in mul-  
tis com-  
parabi-

Qq4

lumba



lumba aureum è capite & argenteum  
è pennis splendorem diffundens. Tes-

*Glorio-* fera hæc militaris fuerat, quâ roborata  
*fas de* tus ter gemina pugna malignum dæ-  
*dæmo-* monem fudisti. Primum certamen  
*ne vi-* septennale fuit, quo turpis lurco suis  
*Elorias* te facibus conabatur conspurcare: al-  
*repor-* terum; quo membra pigro quodam  
*tat.* sopore effecit languida ad omnem la-  
borem: ad triarios denique redacto

prælio fustibus, ferro & igne, pedibus  
vix non omnino deustis, in te sæviit.  
At aurum nempe injecerat fornaci,  
quod purgatum *septuplūm* ad invidi-  
am pulchrum exivit. Quod ne dein-

*In affli-* cept rubigine corrumpetur, illud in  
*ctatio-* incude patientiæ planè supra vires hu-  
*nibus* manas per totum vitæ decursum exer-  
*mira-* cuisti. Nec enim vulgaria afflictatio-  
*bilis* num genera satiabant desideria tua;  
*magis,* lorica squammata, & catenæ nodis  
*quàm* graves corpori diu noctūque adhære-  
*in ita-* bant: cibum non admittebas, nisi tam  
*bilis.* vilis esset, ut vix non cum porci nau-  
searent. Hæc auri puritas quàm Deo

*Hostia* placuerit, inter prima signa fuit quan-  
*sacra* do ad Evcharisticam mensam accessi-  
*ad eum* sti. Dilapsa erat sacra Hostia è porri-  
*se ele-* gentis manu in terram; quam dum in-  
*vat.* ter lacrymas ardentis amoris aspice-  
res, & querulo gemitu hanc Christi

Servatoris



Servatoris ab ore tuo fugam tuis peccatis imputares: subito sese sponte elevans divina esca in os tuum advolavit, tantæque dulcedine perfudit, ut verbis exponi non posse fassus fueris. Hinc pro veri amoris genio audacior divinam Majestatem facie ad faciem *Deum* videre desiderabas: quem favorem *videt* post septem annorum lacrymas tandem consecutus es. Quin te divinitatis quidpiam inde hausisse credere *& secretas hominū cogitationes:* cgebantur ii, quibus conscientiae suae apertum librum posuisti ante oculos. Cujus rei experimentum facturus Innocentius III. te Romam accersivit, & veritate deprehensa, cum Sacros Ordines suscipere demissio animi tui non acquiesceret, cum hoc indulto remisit, ut qui jussu tuo peccata sacerdoti exponeret, plenā remissione gauderet. *Romana vocatur.* Oderant hanc lucem duo tenebriones, qui metu ne occulta sua scelera à te proderentur, tibi sub specie familiaris colloqui in loca abdita se ducto mortem inferre cogitabant. *Latrones ad meliorem mentē reducit* Verum utrique pessimos conatus ita efficaciter dissuasisti, ut seipsis multo meliores à te dimiseris. Idem expertus est quidam Conversus, qui fucatam ratus sanctimoniam tuam, despicabiles te de cogitationes animo a-



gitabat: ad quem mansuetè accedens:  
Noli, inquiebas, frater, DE I dona in  
aliis temerè dijudicare. Ne autem abs-

*Multa* que vaticiniis de secuturis eventibus  
*mōritu-* decederes, horrendum illud Schisma,  
*rus va-* cuius caput Fridericus Imperator fu-  
*ticina-* turus erat, per ordinem prædixisti. In-  
*tur.* ter Ecclesiæ Sacramenta denique te-

nerrimo pietatis sensu mortuum, cū  
*Glorio-* quidam impatientiū lugeret, te illi  
*sus ap-* splendidissima luce circumdatum ob-  
*paret.* tulisti, ac iussisti, ut luctum poneret,  
ac potiū gaudeat, brevī ad eandem  
gloriam, si in bono perseveret, edu-  
cendus. Sed & alii fuerunt tuæ felici-  
tatis participes, qui vestium tuarum  
contactu, aut solo iuvocato nomine à  
gravissimis morbis liberabantur. Eri-  
am ego infirmitates meas meritis tuis com-  
mendo, præ alijs autem mentis meæ caci-  
tatem; hanc à me proscribe, & interiores  
oculos meos aperi, ut peccata mea verè ag-  
noscam & defleam.

*Obijt* B. GAUFRIDE, miraculo Magni  
*anno* BERNARDI posthumo Cistercien-  
*1170.* sibus adscripte: dum enim ad glorio-  
sum illius sepulchrum preces effunde-  
res, tam dulcem sensisti subitò cordis  
tui mutationem, ut ne moram qui-  
dem admiseris ad patriam redeundi,  
sed statim relicto amplissimo patri-  
monio &



monio & Canonicatu Virdunensi in Claravalle permanseris: ubi perfectissimos quosque in stadio virtutum affectus, perseverantiæ cursum sancto fine absolvisti. Impetra & mihi à sanctissimo Tharmaturgo efficacissimam illam gratiam perseverandi in bono, nec permitte me redire ad notos, id est ad seculi huius vanitates. Vox enim divina est, reprobum esse, qui manum ab aratro retrahit.

S. BERNARDUS, ser. 2. in Pasch.

Va tibi, quicumque es, canis reversus <sup>Pecca-</sup>  
ad vomitum, & sus lota in volutabro <sup>toris</sup>  
luti. Nec ad eos tantum loquor, qui <sup>recidi-</sup>  
corpore, sed etiam eos, qui corde rede- <sup>vi insa-</sup>  
unt in Ægyptum, seculi huius oblecta- <sup>nia.</sup>  
menta sectantes, ac proinde fidei vi-  
tam, quæ charitas est non habentes.  
Quis enim magis mortuus eo, qui fo-  
verignem in sinu, peccatum in consci-  
entia, nec sentit, nec expavescit, nec  
excutit?



7. Novembris. 6. Idus.

B. PAULE Lamps, Monache Bonef- <sup>Passus</sup>  
fensis: qui Principem Auriacum <sup>anno</sup>  
Cœnobio tuo flammis subjicientem <sup>1536.</sup>  
Qq 6 fugiens,



372 ANNI CISTERCIENS.

fugiens, ab ejus satellitibus comprehensus, in crucem actus ac plumbea grandine de tormentis bellicis excussa interemptus, odio fidei orthoxæ viriliter superato meruisti inter tyrannorum victores æternum cœli amorem. *Sentiam & ego victoriarum tuarum fructum, tua pro me suffragia, quibus juvenitur infirmitas mea in pugna contra hostes anima mea, qui nunquam non parati sunt ad insidias.*

*Floruit  
circa  
annum  
1200.*

B. GUISBERT E, Prior Monasterii Bebenhusani: qui priusquam humeros suavi Religionis jugo submitteres, de viribus facturus periculum, rigidis cruciatibus te afflixisti. Quam vivendi rationem adeo habuisti pro lege, ut usque ad postremum vitæ mortalis diem præter viles herbas & aquam omne alimenti genus excluseris: Pascebas interea mentem orationibus, à quibus te nullum tempus inveniebat vacantem, nisi cum te charitas ad ob-eundas officii curas vocabat. Sanè de salute mea æterna multò essem securior, si & ego gemina hæc præsidia, sobrietatem & orationem virili magis animo apprehenderem.

S. BERNARDUS, ser. 4. in XL.  
*Oratio virtutem impetrat jejunandi,  
& jejunium*



*& jejunium gratiam promeretur orandi. Jejunium orationem roborat, oratio sanctificat jejunium, & Domino representat.*



8. Novembris. 5. Idus.

**B.** GOSBERTE, Monasterii Hemmenrodensis Converse: qui juxta consuetam aurei illius seculi felicitatem, post placidum inter preces agonem piè obdormisti, sed feretro jam parato in vitam revocatus ad multorum utilissimam instructionem triduo supervixisti. Quo tempore cum omnes à te avidè cognoscere cuperent, quid in altero orbe spectaveris, neminem dimisisti sinè singulari documento: id universim seriò inculcans; ut immensam illam in cœlo paratam mercedem nunquam è memoria dimitterent: sic enim nec vigilias nec alium Ordinis rigorem iis gravem fore: sic futuros perpetuo liberos à disciplinæ regularis peste, quàm sævissimam affirmabas esse, torporem in obsequio Divino, & incuriam legum, quas aliqui inter minimas ineptè numerant: nihil enim parvum esse, quo DEUS vel offenditur, vel honoratur. Inter

Oratio  
& jejunium.

Obijt  
anno  
1284.

In vitam  
revocatur  
ad  
suum  
instru-  
ctionem.

Qq7

hac pia



## 374 ANNI CISTERCIENS.

hæc pia colloquia consumpto triduo,  
ad notas jam sedes iter relegisti. Ora-  
tionibus tuis me iura, ut hæc monita cor-  
di meo bene imprimam, & juxta illa diri-  
gam actiones meas.

*Floruit* B. ADAME, Abbas Perseniæ, qui  
*anno* ob insignem eruditionem sanctimoni-  
*1190.* æ junctam non solum Romæ, sed pas-  
sum apud terræ principes celebri au-  
thoritate pollebas. Inter hos erat Ma-  
ria Comitissa Campaniæ; filia, soror,  
& Mater Regum Galliæ: quæ cum  
transactis aliquot viduitatis annis ho-

*Triste*  
*Funus*  
*tante*  
*Princi-*  
*pis.*

ram supremam instare cerneret, te  
tanquam in illo temporis articulo u-  
nicum solatium accersiri jussit. Sed  
famulorum perfidiâ contigit, ut vitâ,  
fortunis, imò & vestibus spoliata in-  
veneris: & non indigno gemitu to-  
tum orbem ad tam lugubre spectacu-  
lum invitaveris, ut videret in hoc sum-  
mæ originis & fortunæ ad summam  
ignominiam dejecto cadavere consue-  
tum mundanæ gloriæ finem. Discam  
& ego execrari, quidquid carni blandi-  
tur, & quidquid illam trucidat animo  
generoso amplecti. Quam amara est illa  
separatio à divitijs ac delicijs, quam dulcis  
transitus paupertatis ad celi thesauros!



S. BER



S. BERNARDUS, s. s. de Nat.

Non consolatur Christi infantia gar-  
 rulos, non consolantur Christi lacry-  
 me cachinnantes, non consolantur  
 panni ejus ambulantes in stolis, non  
 consolantur praesepe & stabulum a-  
 mantes primas cathedras in sinagogis:  
 sed equanimiter fortè universam  
 hanc consolationem expectantibus in  
 silentio Dominum, lugentibus, panno-  
 sis, pauperibus cedere videbuntur.



9. Novembris. 5. Idus.

B. NICOLAE, Converse Villarien-  
 sis: qui veluti corpore pusillus & circa  
 fuscus eras, ita animo candido & san-  
 ctimonia magnus. Utramque hanc  
 dotem à simplici obedientia habuisti:  
 per annos enim 40. dum opilionem e-  
 gisti, non actiones duntaxat, sed & co-  
 gitationes illa sola moderabatur. Et  
 ne in piis etiam exercitiis aliquid po-  
 testatis sibi arrogaret propria volun-  
 tas, à Superioribus obtinuisti manda-  
 tum, ut toto vitæ spatio semel tan-  
 tum vespere pauxillo cibo te reficeres,  
 & asperrimum cingulum nunquam  
 deponeres.



## 376 ANNI CISTERCIENS.

*E pur-  
ga-  
torio a-  
nimas  
educit.*

deponeres. Post obitum anima tua ad ergastulum piacularis ignis delata, est non pœnam, sed gloriam reportatura. Cuidam enim notæ pietatis Eremiticæ illâ horâ cœlitus ostensum est, per merita tua plures ex illis pœnis tecum ad patriam evolâsse. *Doce me salubri nunc timore metuere illas pœnas, illisquæ materiam subtrahere, quæ sunt peccata & negligentie leviores, quæ sanè in illis supplicij onus erunt gravissimum.*

*Floruit  
anno  
1153.*

B. ALBERO, Abbas Dunensis: qui felicior te reputabas in paupere domo Clarævallis, quàm in aula Comitissæ Elsatii, quam ideo deseruisti, ut Parenti BERNARDO adhæreres. Post cujus obitum Dunas vocatus, cœnobij illius regimen non ultra biennium tenuisti: sed dilectam solitudinem repetens sub umbra humilitatis latere sanctimoniam tuam potius voluisti, quàm hominum oculis esse in publica dignitate conspicuam. *Preposteri sumus aestimatores, qui pro aura favoris humani sepe ingentes labores vendimus: prudentius utique facturi, si bonas actiones soli Deo, qui nihil sine mercede relinquit, notas esse vellemus.*

S. BERNARDUS, ser. 5. de Nat.  
*Is verè fidelis est, qui nec sibi credit,  
nec in*



nec in se sperat, factus sibi tanquam  
 vas perditum: sed sic perdens animam  
 suam, ut in vitam æternam custodiat  
 eam. Porro id quidem sola facit hu-  
 militas cordis, ut non sibi fidelis ani-  
 ma innitatur; sed deserens semetip-  
 sam ascendat de deserto innixa super  
 dilectum.

DEI so-  
 lius au-  
 xilio  
 inniti-  
 tur hu-  
 militas



10. Novembris. 4. Idus.

B. ANDREA, Abbas Calissi, cuius Floruit  
 monasterii prima jecisti funda- anno  
 menta, tam celebri virtutum famâ in- 1240.  
 clytus, ut statim à morte per populi  
 acclamationem titulum sanctitatis  
 obtinueris. Duplicem plerumque Deus  
 retribuit mercedem operibus piè susceptis:  
 largitur famæ gloriam in hac vita, in al-  
 tera vitam finè fine. Sed utramque sola  
 meretur, quam utinam meis actionibus  
 semper præfigerem, Recta Intentio.

B. ALQUIRINE, Clarævallis Obijt  
 Monache: qui tanquam rutilans ex il- anno  
 lo virtutum cælo radius, charitatis ig- 1169.  
 nem in domesticos & extraneos spar-  
 sisti. Ansam præbuit Medicinæ scien-  
 tia, quam ita morbidis adhibuisti, ut  
 ad feli-



*Medi-  
cum a-  
git ani-  
marum  
& cor-  
porum.*

*Christ<sup>9</sup>  
Vulne-  
ra sua  
ei ad  
osculū  
offert.*

*Peccati  
gravi-  
tas ex  
reme-  
dio æ-  
stima-  
tur.*

ad feliciorē curæ methodum præmitteres pharmaca, interiores animi morbos sanantia. De cætero solum in ulcerosis Christum intuebaris, ac sine horrore fluentem ex putentibus membris saniem non manibus solum sed & osculis premebas. Fuit id longè gratissimum Medicorum principi Christo; qui, ut te ad heroicos huiusmodi actus audaciorē redderet, sua sacratissimā vulnera tibi amplexanda obtulit, relinquens in corde tuo tam dulce amoris vulnus, quod tum primum coaluit, cū anima ad vitam immortalem evolavit. Quam horribilia infligat animæ vulnera peccatum, convincunt pretiosissima remedia, his ulceribus adhibenda: sanguis nempe ille Divinus, quem pro nobis effudit Servator. Quis hæc audiat, & non summum concipiat in animo peccati odium?

S. BERNARDUS, ser. 3. de Nat.

Ex consideratione remedij periculi mei æstimo quantitatem. Sanus mihi videbar: & ecce! mittitur Virginis Filius, Filius Dei altissimi, & jubetur occidi, ut vulneribus meis pretioso sanguinis balsamo medeatur. Agnosce, ô homo, quàm gravia sint vulnera, pro quibus



pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari.



II. Novembris. 3. Idus.

**B.** ENARRANDE, gemina sub vexillo Cisterciensi militia clare: quarum priorem exercuisti juvenis inter Templarios Equites tum gregarius tum supremus Ordinis Magister: posteriolem emeritus in Claravalle gessisti, te solum pro hoste agnosens: galeam dedit humilitas, armorum vicem subiere flagella: vigiliae, preces, & inedia ludi militares erant, quibus denique melius quam ante Jerosolimam coelestem expugnasti. *Dignum utique stipendium est militiae brevissimae Civitas illa felicitatis aeternae. Tu accende animum meum ad pugnam, ut mori millies eligam, quam victas hosti infernali manus dare.*

Floruit  
circa  
annum  
1190.

**B.** HENRICE, Abbas Heisterbacensis: qui juvenis à propinquis, suum magis commodum, quam tuum spectantibus, ad Canonicatum Bonnensem promotus, salutem in fuga ad coenobium Heisterbacense quaesisti. At illi te extra limites evocatum equo violenter imponunt, Bonnâque reducunt. Stra-

Obijt  
anno  
1219.



*Calixtus  
ad Or-  
dinem  
voca-  
tur,*

*Et ad  
honores*

*Mortē  
visione  
præno-  
scit.*

cunt. Stratagematis igitur pugnan-  
dum effecernens, latens in corde de-  
siderium cautē celasti, donec opportu-  
nē ex eorum manibus elapsus sacra te-  
veste tanquam vallo muniisti: haud  
parum adjutus precibus cujusdam pie  
Reclusæ, quam sub tua persona An-  
gelus, ut pro te DEUM precari per-  
geret, fuerat adhortatus. Post admi-  
nistratum deinde aliquamdiu Prioris  
munus regimini Abbatiali præfuit  
vaticinium, quo B. Sifridus vidit à Re-  
gina coelitem tibi annulum miræ pul-  
chritudinis donari. Industriam tuam  
sensere filii, quos quotidiano incre-  
mento catervatim ad condendas co-  
lonias emisisti: sensere etiam lustrali-  
um flammæ captivi, magno nu-  
mero tuis precibus libertatem conse-  
cuti. Laborum denique propinquan-  
tem mercedem præostendit Deipara,  
quam sub nocturnis vigiliis vidisti co-  
ronam aureâ catenâ suspensam in  
chorum dimittere, cui gemmarum lo-  
co tuum ac filiorum nomina erant  
inserta. Ea nimirum est Divinæ Clemen-  
tiæ consuetudo, ut sua dona in nobis au-  
geat, si pro acceptis gratos nos inveniat:  
ingratis verò, Et malè utentibus etiam ea  
quæ dedit, auferat. Inter hos posteriores  
ne numerer, tu me ad agnoscenda divina  
in me beneficia exstimula. S. B. E. R.



S. BERNARDUS, ser. 3. de Annunc.

Nos ergo, fratres, si gratiam cupimus **DEUS**  
 invenire, sic de cetero abstineamus à <sup>respicit</sup>  
 vitijs, ut de prateritis quoque peccatis <sup>absti-</sup>  
 dignè pœniteamus. Nihilominus quo- <sup>nentes</sup>  
 que solliciti simus, & devotos nos Deo <sup>à vitijs,</sup>  
 exhibere; huiusmodi nempe animas <sup>& ope-</sup>  
 gratanter respicit pio illo respectu, de <sup>rantes</sup>  
 quo sapiens ait: Et respectus in electos <sup>bona,</sup>  
 illius.



12. Novembris. Pridie Idus.

**B.** WALTERE, Abbas Villariensis. <sup>Obijt</sup>  
 Flos innocentiae, utpote quam ad <sup>anno</sup>  
 extremam usque horam ne levi qui- <sup>1221.</sup>  
 dem deliberatè admissâ noxâ libâsti.  
 Hunc maturè è divitiarum spinis,  
 quas generis nobilitas promittebat,  
 exemisti: ac ne marcesceret deinceps, <sup>Dono</sup>  
 continuo lacrymarum imbre rigabas: <sup>lacry-</sup>  
 fovisti etiam precum fervore: in quas <sup>marum</sup>  
 cùm te multis subinde horis proster- <sup>& de-</sup>  
 neres, ad eò inconnivis oculis cœlo in- <sup>votio-</sup>  
 hærebas, ut nulla molesta cogitatio a- <sup>nis c la-</sup>  
 nimum pulsaret. Animi demissio tum <sup>rus.</sup>  
 primùm clarissimè eluxit, cùm in sede  
 Abbatiali quiescebat. Gratulabatur  
 sibi



sibi copiosa filiorum multitudo, se  
tanti Patris curæ concreditam: sed &  
plura Virginum cœnobîa eandem op-  
tabant felicitatem. Nec exclusit illa-

*Curam* rum votum benigna charitas: sed cū  
*monia-* in emittendis ad illas conscientiarum  
*lium,* moderatoribus multæ tibi occurre-  
*ut suis* rent difficultates, domesticæ discipli-  
*nocivâ,* næ periculum minitantes, illi juri ite-  
*deserit.* rum cessisti nunquam ultrâ repeten-

do. Occupaverat inter hæc oculos fe-  
nilis caligo, in cuius vicem successit è  
coelo illustratio mentis, quâ absentia  
etiam & cordium intima spectabas.

*Oculo-* Lux ista radios tunc maximè emitte-  
*rum u-* bat, cū sacro Altari assistebas: licet  
*sum in* enim aliàs egeres duce ad viam, eorū  
*Sacrifi-* men tempore ex libro. sinè vitæ subsi-  
*cio re-* dio sacrificii verba legebas expeditissi-  
*met.* mē. Ingens beneficium eruditioni tu-  
æ debuisset posteritas, nisi egregias lu-  
cubrationes tua humilitas subtraxisset.

Multa tamen vivæ vocis oracula no-  
taverat filiorum diligentia, quorum  
illud repetebas ad eorum cautelam  
frequentius. [Justo Judicio DEUM  
permittere, ut is in peccata labatur,  
quæ nunquam sit agnitus, qui post  
cognitam peccati malitiam sciens vo-  
lens divinam offendere majestatem  
non vereatur.] *Sit ista non solum hujus*  
*diei,*



XII. NOVEMBRIS. 383

*diei, sed omnium dierum tessera mea: quâ  
in odium tam horrendi mali accendar: nō  
enim gravius punit sceleratos Deus, quàm  
ubi peccatum fit pœna peccati.*

B. JOANNES Prior Clarævallis, Fl. circ.  
vir spectatæ doctrinæ simul ac pieta- *annum*  
tis: qui postquam Provisoris officium 1300.  
in Collegio Parisiensi summa cum  
laude gessisses, nec minore virtutum  
præconio præfuisse Monasterio de  
Albis Petris, plurium Clarævallensi-  
um more, terrenos honores tanquam  
onera ante mortem relinquentium, ad  
solitudinem privatæ cellulæ reversus,  
residuum vitæ tempus impendisti ad  
felicem ex hac orbe transitum. Utinam  
et ego has curas tandem seriò susceperem!  
Quot horas, si non otiosè saltem inutiliter  
è manibus elabi dissimulo, quas aliquan-  
do forsitan nimis serò revocare conabor.

S. BERNARDUS, c. 16. de cont. m.

*Nihil pretiosius tempore, sed heu ho- Jactura  
die nihil vilius aestimatur. Transeunt tempore  
dies salutis, et nemo recogitat, nemo *ris do-  
lenda.*  
sibi non reditura momenta perisse  
causatur.*



13. Novem-





13. Novembris. Idibus.

Sacrata est hæc dies felicitati vestrae, vos inclyti Proto-Patriarchæ Benedicti Filii: quam celebrem esse iussit Christi Vicarius Paulus V. nec planè immeritò; cùm per seculorum duodecim gloriosum decursum, sanctissima illa radix tot flores produxerit, qui propemodum soli Apostolicam Ecclesiæ orthodoxæ speciem poterant conservare in decore suo. Inter quos nobile præ aliis germen Cisterciense inter vaticinia & infinita prodigia natum & educatum, sæculo post partum Virginis undecimo totum terrarum orbem inumbravit celeberrimâ sanctimonix famâ & innumeris titulis auxit sanctorum catalogum, sed quorum maiorem partem oblivione sepelivit injuria temporum. Vos itaque, quorum nomina exiguus iste libellus continet, singulari devotionis affectu veneror, invoco, ac saluto: id unum à vobis efflagitans, ut per merita vestra efficiatis me dignum nunc in terris, ac demum in cœlis vestro consortio.

Obijt  
anno  
1220.

B. EDILREDE, Abbas Warden-  
sis in Anglia: qui à politiore literatu-  
ra gradum altiores conscensurus, to-  
tum te



tum te immerfisti immenso illo pela-  
go Divinae Scripturae, incitatus exem-  
plo Melliflui Doctoris, cuius loquen-  
di & scribendi modum viva repraesentabas imagine. Mirabantur simul ac venerabantur affabilem facundiam & eruditi & rudes, quâ illis Christianam Doctrinam tam penetrabili suavitate exponebas, ut ad te audiendum ex tota Insula populi fieret quotidianus accursus. Nulla dies transit, quin & ego audiam verbum Dei: sed metuo ne sim inter eos, qui ut auditores tantum & non factores ab Apostolo redarguuntur. Adde tu gratia superna stimulos, ut in opus exeat, quod intrat per aures.

*Imita-  
tur sty-  
le, &  
mori-  
bus S.  
Bern.*

S. BERNARDUS, ser. i. in LXX.

Qui ex Deo est verba Dei audit. Non-  
nullos enim sic interdum audientes in-  
venies, ac si nihil omnino ad eos perti-  
neant, quæ dicuntur: non intrare cor  
suum, non discutere mores suos, non  
cogitare; ne forte, quod audiunt, di-  
ctum sit propter eos.

*Verbū  
DEI  
variè  
auditur*



14. Novembris. 18. Cal. Decemb.

B. EUGENI Ogallahurre, Abbas passus  
Afferocensis: qui generosum caput  
R r nefandæ

*passus  
1606.*



# 386 ANNI CISTERCIENS.

nefandæ Anglorum hæresi opposi-  
tum, Angelorum manibus coronan-  
dum Martyrii laureâ obtulisti, dum il-  
lud sævi lictoris ferrum demessuit.  
*Pius ego lictor ero, si propriam volunta-  
tem capite, id est perinacia sua minuero:  
fieret illud sinè dolore, sed non sinè utili-  
tate, de qua per totam æternitatem essem  
gavisurus.*

*Floruit* B. LETHALDE, columnarum u-  
*anno* na, quas nobilissimus Instituti Cister-  
*1090.* cienstis Architectus Robertus in solitu-  
dine Cisterciensi erexit. Hanc siue Ce-  
*Cum S.* drinam dixero, illi nomen dabit vitæ  
*Roberto* puritas, à carie noxarum immunis: si  
*Cisterci-* affirmem fuisse adamantinam, invi-  
*um mi-* ctam comprobabit austeritas, qua na-  
*grat.* turæ humanæ terminos estis trans-  
gressi: si denique auream, id testabitur  
cœlestis in DEUM, & fraterna inter  
vos primos parentes charitas, qua ve-  
luti virtutibus armata phalanx sum-  
mas difficultates perrupistis. Has do-  
tes tuas in me nunc transfunde: muta spe-  
ciem animæ meæ, heu tuæ longè dissimi-  
lem, & da illi formam veræ pietatis, &  
quæ omnia potest, omnia superat, charita-  
tis.

S. BERNARDUS, ser. 2 de LXX.  
*Sit in nobis, charissimi, unitas animo-  
rum, uni-*



XIII. NOVEMBRIS. 387

*rum; unita sint corda, diligendo u-* Unitas  
*num, quærendo unum, adharendo u-* cordiū.  
*ni, & idipsum invicem sentiendo.*



15. Novembris. 17. Cal. Decemb.

**B** EDMUNDA, Subpriorissa Mo- *Obijt*  
nasterii Parcæ Dominarum: quæ *anno*  
priscæ sanctitatis redivivum exemplar *1638.*  
huic nostro seculo exhibuisti: in teip-  
sam omnis ignara clementiæ, in sorores solius memor mansuetissimæ charitatis: pro quarum salute promovenda nec omittebas pia monita, nec orationum assiduitatem. Claustrali solitudini tam eras addicta, ut jubentibus pro restituenda valetudine egressum medicis parere contempseris. Debile ex morbis corpus roborabat animus, qui gravissimos dolores adeo non sentiebat, ut ab obsequio divino nullam pateretur absentiam. Quo tempore *E vul-*  
frontem non solum solito gerebas se- *tu ra-*  
reniorem, sed sæpe etiam radios evi- *dios e-*  
brantem. Tandem continuis suspiriis *mittit.*  
ad coelestem patriam aspirans, in pervigilio sancti Patroni tui suaviter exspirasti. *Quam ardentem tu ad vitam immortalem aspirabas, tam frigide ego ad illam propere, magis verò hoc miseris om-*

R 12

nibus



nibus plenum amo exilium. Ejice hunc  
stultum amorem ex corde meo, illudque sa-  
cris desideriis imple.

*Floruit* B. CATHARINA Perezia, Mo-  
*circa* nialis Castrensis in Lusitania: quæ so-  
*annum* lenni more castarum Christi spon-  
1400. rum dolorosam Dominicæ Passionis

*Passio* historiam continua contemplatione  
*Christi* præ oculis habebas: illius in Cruce  
*illius* pendentis Imaginem ubicunque ob-  
*medita-* viam, non aliter lacrymis rigabas,  
*tio.* quam Pænitens illa pedes recumben-  
tis. Unicum denique votum erat, do-  
lorum communio, quam multo gemitu

*Vulnus* impetravisti, gravi percussa vulnere  
*prodi-* in pede: cujus acerbissimas molestias  
*giosè* mira cordis jucunditate pertulisti.  
*accipit.* Horam, quæ vitæ simul & patiendi  
finem sit allatura, divinitus multò an-  
tè cognoveras: unde non minore gau-  
dio illam expectabas, quàm nos mise-  
ri eandem formidamus. Utinam tuo  
mille aliorum Sanctorum exemplo per pie  
contemplationis affectus amplecterer ar-  
ma Dominicæ Passionis! Immensum pa-  
rit hæc pietas fructum, ac, quod omnia su-  
perat, felicem mortem comparat.

S. BERNARDUS, s. 43. in Cant.

*Medi-* Ego, Fratres, ab ineunte conversione  
*tatio* mea pro acervo meritorum, quæ mihi  
*Domi-* deesse



deesse sciebam, hunc mihi fasciculum  
 colligare, & inter ubera mea collocare  
 curavi, collectum ex omnibus anxie-  
 tatibus & amaritudinibus Domini  
 mei.

nicz  
 Passio-  
 nis.



16. Novembris. 16. Cal. Decemb.

SEDMUNDE, Archiepiscopo Can-  
 tuariensis: qui nominis tuo causam  
 insolita nascendi ratione dedisti, tam  
 mundus ab utero tanquam ex lavacro  
 progressus. Huic puritati corporis &  
 animi conservandæ piissima Mater te  
 instruxit adhuc penè infantem prae-  
 diis, quæ vel viro gravia viderentur:  
 nam feria quaque sexta indixit jejuni-  
 um in pane & aqua, ac cilicio tenerum  
 corpus strinxit, quem utrumque rigore  
 cum ætate semper auxisti. Oxoni-  
 æ studiis liberalibus vacans celeritate  
 vivacis ingenii instructoribus summæ  
 eras admirationi. Sed ne mundi lu-  
 brica vanitas te abriperet, singulari tu-  
 telæ innocentiam tuam Deiparenti  
 commisisti, fabricato gemino annulo,  
 quorum alterum Virginis Matris, al-  
 terum tuo inseruisti digito, pro gem-  
 ma insculpta erant Angeli salutantis

Obijt  
 anno  
 1227.

Sanctæ  
 educa-  
 tur a  
 matre.

Deipa-  
 ra pa-  
 tre cinio  
 se tra-  
 dit.

Rr 3

verba:



*Et an-  
nulo se  
despon-  
sat.* verba: AVE MARIA. Æmulaba-  
tur hunc Matris Amorem Virginis Fi-  
lius, qui tibi ludentibus in campo so-  
dalibus obuius fronti suæ inscriptas  
horum verborum initiales literas.

*A Chri-  
sto re-  
mediū  
accipit  
contra  
mortem  
subitā.* *Iesus Nazarenus Rex Iudeorum:* osten-  
dit, iussitque frequentius tuæ fronti  
inscribere, futurum tibi aliisque id fa-  
ctitantibus certissimum contra subi-  
tam mortem amuletum. Quantam  
verò de te curam Dilectus ille gesserit,  
in scholis expertus es, cum interno im-  
petu è loco surgere es coactus, in quem  
decidens è pariete lapis te erat oppres-  
surus: quin & aliquando te alapa ca-  
stigavit, ante obsequii Divini finem  
ex Ecclesia cum sociis egressurum.

*Mira  
illius  
afflicti-  
ones.* Crescebat in dies patiendi desiderium:  
unde in tormenta ingeniosus cilicium  
pro xenio à Matre mitti solitum exas-  
perabas nodis, ac funibus, quibus vix  
ipsi olim tyranni athletas Christianos  
afflixisse leguntur: atq; in his te tortu-  
ris ultima vitæ hora deprehendit. Pa-  
risiis inde altiores facultates tam felici  
dexteritate complexus es: ut licet relu-  
ctans, Pileo Doctoris fueris donatus.

*Doctri-  
na cœ-  
lestis.* E cathedra linguæ tuæ instrumento  
Divinum Pnevma loqui facile sibi per-  
suasere alumni, qui Columbam nescio  
quid cœlestis nectaris ori tuo inferre  
videbant.



videbant. Sed & linguas igneas à te  
 dispergi demonstrare septem illi au-  
 ditores, qui sub stellarum rutilantium  
 specie in schola lucere, & altera die  
 Cisterciensem Ordinem amplecti, à te  
 cernebantur. Acumen felicitis ingenii *Mater*  
 te ad jucundiorē eruditionem attra- *per vi-*  
 xerat; sed post fata de te sollicita parens, *sum ei*  
 per visum ostendit, cœlum te melius *studia*  
 in studiis cœlestibus, quam terrenis in- *severio-*  
 venturum. Sacrum lecturus Codicem *ra sua-*  
 nunquam sinē piæ reverentiæ osculo *det.*  
 aperiebas. Primam collegisti sancti-  
 moniæ famam ex promovendâ pro-  
 ximorum salute, cū te de rostris au-  
 diret nemo, qui non vehementissimè  
 accenderetur odio vitiorum, & meli- *Crucem*  
 oris vitæ amore. Hinc evenit, ut Cru *prædi-*  
 cis Prædicationem (quod iis ætatibus *car,*  
*sum* viris sæpius erat conceditum)  
 Gregorius IX. Pontifex tibi injunge-  
 ret: quod munus crebra miracula à te  
 patrata reddidere illustre. Horum oc- *inter*  
 casionem offerebant plerunque morbi *pluri-*  
 desperatissimi, quos solo Crucis signo *ma mi-*  
 profligabas. Vacabat intereā Sedes *racula.*  
 Ecclesiæ Cantuariensis: è qua cū  
 tres vitiosè assumptos Sedis Apostoli-  
 cæ Authoritas rejecisset, paribus Re-  
 gis, Cleri & Procerum votis tibi fuit  
 oblata: sed verè invito, & nunquam



*A Sede*  
*Cantu-*  
*ariensi*  
*exula-*  
*re cogi-*  
*tur.*  
*Mond-*  
*rum*  
*induit.*  
*Mira-*  
*cula*  
*post obi-*  
*tum.*

Electioni consensuro, nisi sub nexa  
 lethalis interminatione te Provincia-  
 les Episcopi coëgissent. Verum An-  
 glia jam tum hæreticos furores spirare  
 incipiens, nec ferens tuam in defen-  
 dendo Jure Ecclesiastico libertatem,  
 licet venerabilem ex quotidianis mi-  
 raculis, exilio multavit, inruento  
 scilicet martyrio debitam meritis tuis  
 coronam contextura. Itaque commu-  
 ni Cantuariensium Præsulum usus a-  
 sylo, ad Coenobium Pontigniacense  
 confugisti. Hic invenisti campum vir-  
 tuti tuæ aptissimum. Nam statim as-  
 sumpto Cisterciensi habitu aliquot  
 annis ibi tanto rigore emeritus  
 jam miles vixisti, ut infirmis tyronibus  
 te humilitas, exercitatissimis senibus  
 pietatis fervor æquaret. Propinqua-  
 bat denique jure succedens exilio coe-  
 lestis patria; ad quam transeundum  
 esse, te gravis monebat infirmitas.  
 Aeris ergo mutandi gratiâ Solciacum  
 profectus, tribus de tuo discessu  
 Pontigniacensibus promissisti, te die S.  
 Edmundo festiva ad eos reversurum.  
 Et promissis stetisti fideliter pompa  
 funebri inter admirabilem miraculo-  
 rum gloriam eo die Monasterio illa-  
 tus. Hujus triumphi trophæa erexe-  
 runt afflicti innumerabiles ad tumu-  
 lum tuum



lum tuum supplices, sed tu maximum  
 eras (& adhuc perduras) trophæum:  
 utpote qui meritis tuis corpus totum  
 conservas ab omni corruptione à qua *vide*  
 tuor ab obitu tuo seculis illæsum, spi-*p. 1. f.*  
 rant! simile, vivens patratiōe quoti-*141.*  
 diana prodigiorum. *Quemadmodum*  
*in cura corporaliū morborum; ita in pe-*  
*tendis sanctorum suffragiis plurimum effi-*  
*cit fiducia in sospitatorem. Ecce! erecto in*  
*maximam spem animo coram te supplex*  
*procumbo: nihil à te peto, nisi quo salus*  
*animæ meæ promoveatur: id & me longè*  
*melius nōsti, & facilius quam ego à Deo*  
*impetrabis.*

B. MARTINE: qui in Monasterio *Floruit*  
 Vallis-Ecclesiarum susceptione habi-*anno*  
 tūs Cisterciensis quoddam quasi classi-*1539.*  
 cum cecinisti, quo inferni furias in te  
 concitabas. Primo impetu emisit illa  
 vomica larvas, nunc terrorem nunc il-  
 lecebras oculis tuis repræsentantes. *A dæ-*  
 His fortiter repulsis, truculentior ho-*mone*  
 stis jam non animum sed corpus inva-*cæditur*  
 dens, te tamdiu flagris cecidit, donec *ad mor-*  
 fatali morbo contracto exanime cor-*tem.*  
 pus doloribus succubuerit. In ipso ta-  
 men crudelis lanienæ epilogo pæan  
 præcinuit Gloriosissima Victrix anti-  
 qui serpentis MARIA, quæ agoni tu-  
 o spectabilis & gratulabunda adfuit,

Rrs & victo-



& victorem deduxit ad triumphum. Dubitari potest, an periculosis salutis nostræ hostis incumbat malignus demon, an quæ latet in sinu nostro infrenis concupiscentia. Tu in periculis pugna utriusque mihi assiste, certius vincam, si non solus certabo.

S. BERNARDUS, ser. 5. de XL.

Hostem  
nostrum  
in sinu  
circum-  
ferimus.

Ipsi, ut manifestum est, gestamus laqueum nostrum, ubique proprium circumferimus inimicum: carnem hanc loquor de peccato natam, in peccato nutritam, corruptam nimis ipsa origine, sed multo magis prava consuetudine vitiatam. Verumtamen in nobis est, si vinci nolumus: & nemo nostrum in hoc certamine dejicitur invitus.



17. Novembris. 15. Cal. Decemb.

Obijt  
anno  
1182.

B. GARIMUNDE: primum Pontigniacensium, deinde exigentibus meritis electus Altisiodorensis Ecclesiæ Antistes. Sed posterioris promotionis gloriam turbavit æmulorum ambitio. Cum quibus ne disceptare cogereris Romam properasti, à Christi Vica-



sti Vicario facultatem cedendi peti-  
tus. Litem tamen antè mors diremit,  
quæ in itinere illo priùs quàm Romam  
videres tibi pro temporali sede sedem  
cœlestem assignavit. *Quoties ita nobis-  
cum ludit ille mortalium terror! dum nu-  
meramus futuros vitæ longioris annos, il-  
le vix tot nobis relinquit momenta, ludi-  
mus tamen, & jocamur, quasi verò jocus  
sit immensa illa eternitas.*

B. EDMUNDE Monache Claræ. *Floruit*  
vallis: qui cum vitæ tuæ ratione con- *anno*  
ferens illud Servatoris monitum, ar- *1170.*  
ctam esse ad cœlos viam, deprehendi-  
sti, te inter Canonicos Regulares, la-  
xiùs tunc degentes, haud parum à recta  
via deflectere: aliam ergò in Clara-  
valle quæsisisti. Sed maligni fraudibus  
circumventus, damnato tam incle-  
menti rigore, ad pristinam mollitudi-  
nem redire decreveras, nisi clausis per  
quietem oculis te toto cœlo aberrare *Confir-*  
spectâsses. Videras in ampliissimo illo *matur*  
siderum theatro spatiosissimum simul *per vi-*  
ac amænissimum occupare locum Ci- *sum in*  
stercienses Monachos, è quorum me- *proposi-*  
dio solis instar fulgebat BERNAR- *to.*

DUS: quibus cùm te avidè sociare  
percuperes, gressum impediabant  
compedes: sed statim soluti, postquam  
constanter cum iis in cœnobio perse-

Rr 6

verandi




396 ANNI CISTERCIENS.

verandi propositum renovâsti. Varijs  
hamis instructus est piscator ille nequissi-  
mus, quos plerumque obtegere solet com-  
moditatibus corporis, atque ita miserè se-  
ductos in socordiam ac ultimam pernici-  
em præcipitare. Tu me doce has illius sal-  
lacias pervigili diligentia vitare.

S. BERNARDUS, ser. I. in Pasch.

*A luctu transi-  
tur ad  
gaudiū.* Vos ergo, charissimi, ita in novitate vi-  
te ambuletis, ut à seculari latitia &  
consolatione mundi per compunctio-  
nem & tristitiam, quæ secundum De-  
um est, ad devotionem sanctam, &  
spiritualem vos transire gaudeatis  
exultationem.



18. Novembris. 14. Cal. Decemb.

Floruit  
anno  
1150.

B. RICHARDE, monasterii Fonta-  
nensis Abbas in Anglia, nobilis  
propago nobilissimi Parentis BER-  
NARDI: cujus è disciplina prodiens,  
stylo, eloquentia, & prodigiis penè  
Magistrum æquavisti. Innumera intu-  
eor virtutum exempla in sanctissimo Pa-  
rente Bernardo: tu ejus studiosissimè emu-  
lator me excita, ut saltem unam ex ijs co-  
ner imitari.

B. ANIANE Converse Eberbacen-  
sis: qui



sis: qui cū à Deo ob egregiam fan-  
 ctimoniam potestate donatus esses pa-  
 trandi miracula, solóque Crucis signo  
 proscriberes ab infirmis languores; po-  
 puli accursum Regulari silentio & qui-  
 eti infestum cernens Abbas, sub Obe-  
 dientia tibi præcepit, ut nemini ultra  
 manum imponas. Quod præceptum  
 tam æquo animo adimplevisti, ut po-  
 tius summopere tibi fueris gratulatus,  
 quòd humilitas in latebris securiùs  
 conservaretur. *Lydius lapis virtutum*  
*est humilitas, argenteam veritatem à*  
*plumbo hypocrisis discernens. Doce me*  
*huic Deo & hominibus gratissimæ virtuti*  
*sinceram operam dare, ut semper magis*  
*desiderem & gaudeam contemni, quàm*  
*laudari.*

*Floruit*  
*anno*  
*1207.*

*Prohi-*  
*betur*  
*patrare*  
*mira-*  
*cula.*

S. BERNARDUS, ser. 2. de Purific.

Humilitatis virtus maxima, maxi-  
 méque necessaria est, ut honore præve-  
 niamus invicem: nec modò priores,  
 sed & ipsos juniores sibi quisq; præ-  
 ponat: quæ nimirum humilitatis per-  
 fectio est, & justitiæ plenitudo.


*Humi-*  
*litas est*  
*virtus*  
*maxi-*  
*ma.*



Rr 7

19. No-





19. Novembris. 13. Cal. Decemb.

*Floruit* B. JOANNES Abbas B. Mariæ de  
*circa* Salseda in Hispania: qui non so-  
*annum* lum dignitatem sed totam Cisterci-  
 1300. sem familiam magnitudine virtutum  
 ac eruditionis illustravisti, promeritus  
 in cœlis coronam, & apud posteros  
 celebrem memoriam. *Erubescere cogi-*  
*mur nos Christiani ne dicam Religionis af-*  
*fectu, cum fortè in historijs priscis legimus,*  
*ad grandia facta incitados fuisse antiquos*  
*heroes solo gloriæ terrenæ desiderio, nos ve-*  
*rò jacemus desides, cum nobis pro labore*  
*modico promissa sit æterna felicitas.*

*Floruit* B. ELISABETH Montis Corneli  
*circa* monialis: quæ consilio S. Julianæ reli-  
*annum* ctis Beghinis, inter quas juventutem  
 1256. transegeras, Cisterciense Institutum  
 amplexa, ad altum perfectionis gra-  
 dum in tantæ virginis individuo con-  
 sortio conscendisti: eo maximè felix,  
 quòd omnium ejus ærumnarum &  
 persecutionum particeps ingentium  
 meritorum manipulos collegeris, &  
 ipsa præsentem ex hac vita migraveris.  
 Cùm enim loci Abbatisa vidisset,  
 quod Juliana tui in vivis amantissima  
 nullas pro te ex Ordinis more preces  
 funderet, durius ipsam increpuit: at  
 Beata



Beata modestè reposuit injuriam irrogari regnantibus in cœlo, si pro ipsis, tanquam ope mortalium indigentibus apud DEUM intercedatur. *Impe- tra mihi à Deo amorem veræ patientiæ: cumq; leves hujus vitæ misérias malignus intolerabiles esse mihi persuadere voluerit, tu contra eternæ gloriæ pondus oppone, quod utique dignum est emi modico dolore.*

S. BERNARDUS, s. i. in cap. jejun.

*Quidni caput suum membra sequantur? si bona suscepimus ab hoc capite, mala autem quare non sustineamus? An respuere tristia volumus, & communicare jucundis? si ita est, indignos nos capitis hujus participatione probamus.*

Cum Christo  
patientium,  
aut non  
regnandum.



20. Novembris. 12. Cal. Decemb.

S. BERTRANDUS Grandis-Sylvæ *Floruit*  
S. Abbas: qui veluti rutilans Galliæ *anno*  
fidus, sanctimonix radios longè latè- *1190.*  
que diffundebas. Quod manifestum  
fecit copiosissimus ille alumnorum  
numerus, ac Principum favor; quos in  
tui amorem & venerationem virtu-  
tum splendore attraxisti. *Sim & ego*  
*hujus*



400 ANNI CISTERCIENS.

*hujus lucis particeps, sint opera mea lucis non tenebrarum; sint talia, de quibus cum in lucem coram Iudice Deo proferentur, non cogar erubescere.*

*Floruit* B. JOANNES, Prior Caroli-Loci,  
*circa* magnanimo conservandæ disciplinæ  
*annum* zelo clare; quem etiam proprio san-  
*1300.* guine testatum fecisti. Cum enim gra-  
ve quoddam crimen in Converso pro-

*Pro* merito corripere, ille in medicum su-  
*Justi-* um phrenetico furore insurgens, ferro,  
*tia oc-* quod sub veste occultaverat, laterale  
*cumbit* vulnus tibi in ipso Capituli vestibulo  
*martyr* inflixit. Hoc corruens inter prima  
verba rogasti accurrentes fratres, ut  
homicidæ parceretur. Quo obtento  
Psalmum trigesimum tibi prælegi ius-  
sisti, & inter illa verba: *In manus tuas, &c.* victricem animam emisisti ad  
coronam. Ad hanc promerendam nemo  
queri potest occasionem deesse, modò non  
deesset animus. Sic enim nos instruit Chri-  
stiana doctrina, animam perdere jubens,  
id est affligere & amaram reddere hanc  
vitam, ut gloria æterna potiatur patienti-  
a temporalis.

S. BERNARDUS, ser. in 8. Pasch.

*Marty-* Memento & unicum & quotidiana-  
*rii ge-* num esse Martyrium. Est enim mar-  
*nus va-* tyrii genus quoddam effusio sanguinis  
*rium* in quoti-



*in quotidiana corporis afflictione. Sic quippe infirmis & pusillis corde necesse est, ut quem semel pro Christo ponere non sufficiunt, saltem mitiori quodam, sed diuturniori martyrio sanguinem fundant.*



21 Novembris. II. Cal. Decemb.

**B.** ANNA Abbatissa Agri Clavium in Germania: quæ mente ad æternas cœli delicias erecta, facillè generis contempsisti splendorem. Et conversationem tuam fuisse in cœlis continuam, spiritus prodebat propheticus, quo te cœlitus esse donatam plurimi experiebantur. Innata est mortalibus ista curiositas de futuris eventibus, quam ego saluberrimè explebo, si diligenter inquiram de genere meæ mortis. Facilis est questionis solutio: si enim piè vivam, quin piè sim moriturus, non conjectura est, sed infallibilis certitudo.

Floruit  
circa  
an. num  
1260.

Beate GELASI Oculenam, Abbas Boylensis in Anglia, genere nobilis, sed sanguine haud paulò nobilior, utpote quem pretiosissimo sanguini DEI Filii conjunxisti, dum ad publicum supplicium raptus, & cum socio Eugenio

Passi  
anno  
1580.




402 ANNI CISTERCIENS.

Eugenio Omulkéram suspensus & in frustra concisus cum Christo compassus es, utique, quod tua in fide constantia merita est, conregnaturus. *Qualem a nobis crucem quotidie tolli, ac portari Christus desideret, querere simul & metuere ejus gravitatem infirmitas humana potest, cum pendentem in Cruce Deum suum cernit, sed hanc mihi levem reddere potest expositio, quam tradit*

S. BERNARDUS, s. l. in Paschate.

Gemæ  
Crucis  
Christi

*His quatuor virtutum gemmis quatuor cornua Crucis ornantur: est siquidem in eminenti Charitas, à dextris Obedientia, Patientia à sinistris, radix virtutum Humilitas in profundo. His ditavit tropheum Crucis consummatio Dominice Passionis.*



22. Novembris. 10. Cal. Decemb.

Passi  
hac die  
anno  
1536.

*BEati Martyres Anglicani, jam Angelicis sociati choris, RICHARDE Abbas Glaftemburiensis, JOANNES Torne, & ROGERI James, hac die ab impio Rege Henrico VIII. ad laqueum damnati, indeque membratim discerpti. Erravisti, vesana hæresis: auxisti coronas, dum plures in partes dila-*



tes dilaceras non tam humana quàm  
Christi membra: totidem fecta tulere  
victores, quoties divisi de te, bestia, tri-  
umpharunt. *Sed nec ego, nisi victor, ad  
vestram audebo gloriam aspirare; nec eti-  
am vincam, nisi vestro adjutus auxilio:  
hoc à vobis & peto supplex, & expecto spe  
plenus in extremo certamine.*

B. GREGORI, Obacinæ Abbas: *Floruit*  
qui majorem temporis partem tibi ad *circa*  
contemplationem rerum cœlestium *annum*  
seponere solebas. In qua aliquando *1221.*  
defixus duos soles vidisti in cœnobi-  
um tuum dilabi, quorum splendor to-  
tam circum circa viciniam illustrabat. *Reve-*  
De hujus autem ostenti significatione *latio*  
ambiguus cùm in Claustrum oraturus *celebris*  
descenderes, in duos Divi Domnici *de Ord.*  
alumnos incidisti: quibus non sinè *Predi-*  
summa consolatione retulisti, quo *catorum.*  
gratiæ loco apud DEUM sit illud no-  
viter orbi exoriens Institutum, tibi  
tam illustri visione ostensum. Ea est  
*intellectus* humani natura, ut à perpetuo  
cogitationum motu nunquam quiescat.  
*Sed felix est, qui instar primi mobilis men-*  
tem occupat rebus cœlestibus: miser, qui  
vanas, inutiles, ne dicam sordidas quis-  
quiliis in sua memoria circumfert. Illæ  
mentem instar sapidissimi cibi impinguant  
& nutriunt, hæ omni decore spoliant.

S. B E R -



S. BERNARDUS, ser. de S. Bened.

Res spiritu-  
ales ci-  
bus sūt  
animæ. *Cibat nos pane vitæ & intellectus, &  
potat aqua sapientiæ salutaris. Est  
enim intellectus rerum spiritualium  
& invisibilium verus animæ panis,  
confirmans cor nostrum & ad omne  
opus bonum corroborans in omni ex-  
ercitatione spirituali.*



23. Novembris. 9. Cal. Decemb.

Obijt  
anno  
1223. *B. GUILLIELME, Episcopo Alti-  
sodorenسيس primū, dein Parisien-  
sis, utrobique magnus virtute & eru-  
ditiōe; quam præter alia opera pro-  
dit Theologiæ Summa à te doctissimè  
juxtà ac subtilissimè conscripta: sed  
tum denique eras maximus, quando  
spretis honorum ornamentis ultimos  
vitæ annos Monachus Pontigniacen-  
sis transegiisti. Ibi animo semper inter  
cœlestia commorante plurima cog-  
nitis novisti arcana: præsertim eorum pæ-  
nas vel præmia in orbe altero, quos  
monitis tuis habebas vel contempro-  
res vel obsequentes. Admittam & ego  
hanc considerationem frequentius de fu-  
tura alterius vitæ mercede. Serio ibi agi-  
tur, ubi in utramque partem pondus ad-  
dit im-*



*dit immensa illa & infinita aeternitas.*

B. ADAM, Abbas Ebracensis, con-  
 sortio dulcissimo BERNARDI felix  
 jam in tyrocinio Cisterciensi. Ali-  
 quamdiu inde moratus es Fusniaci,  
 morum modestia & monastica obser-  
 vantia omnibus venerabilis. Stabilem  
 porrò sedem in Morimundo fixisti.  
 At cum Arnoldus Abbas sanctimoni-  
 am tuam sat altis radicibus animo in-  
 hærentem cerneret, adeoque parem  
 singulari certamini, solitudinem sua-  
 sit: è quâ tamen te Mellifluus Parens  
 per literas revocavit, non ignarus, u-  
 tiliori te labori à DEO destinatum.  
 Statim enim te ad clavum vocavit  
 Monasterium Ebracense, summo tam  
 spiritualis quam temporalis regiminis  
 emolumento. Venerata quoque fuit  
 S. Hildegardis virtutum tuarum insig-  
 nia, à qua pluribus epistolis es hono-  
 ratus. Laudo & ego venerorque promp-  
 tam tuam ubique obedientiam: quam u-  
 tinam & ego simplici corde imitarer, cum  
 hæc sit & facillima & securissima ad cœ-  
 lum via.

S. BERNARDUS, ser. 2. de Asc. D.

Perseverate, dilectissimi, in disciplina,  
 quam suscepistis, ut per humilitatem  
 ascendatis: quia hæc est via, non est a-

lia præ-

Floruit

anno

1140.

Ejus

prom-

ptæ obe-

dientia

solitudo

promo-

tio.

Humi-

litas u-

nica ad

cœlum

via.



406 ANNI CISTERCIENS.

*lia prater ipsam. Qui aliter vadit, cadit potius quàm ascendit; quia sola est humilitas, quæ exaltat, sola, quæ ducit ad vitam.*



24. Novembris. 8. Cal. Decemb.

*Floruit  
anno  
1500.*

*Amori  
Dei  
jungit  
amorē  
Mariæ.*

**B.** ANTONIA, Monasterii S. Benedicti de Castris DE O sacrata Virgo: quæ stemmatis nobilitatem sanctimonix sublimitate longè superasti. Ardebat animus tuus continua flamma divini amoris: cui rectè adjunxisti amorem in divinam Puerperam: quàm in te fervens, ipsi verò gratus fuerit, experta es hoc exilium relictura: in fatali enim hora illam vidisti Iudici Filio pro te supplicem, manumque porrigentem, quâ in sponsi divini thalamum te lætabundam induxit. *Non sinè dolore sentio, me visco quodam proprii amoris implicitum: tu hoc venenum à me expelle, & cor meum gemino illo sanctissimo amore occupa.*

*Floruit  
anno  
1224.*

**B.** NICOLAE Monache in Brabantia: qui tam benigno commiserationis affectu in egenos ferebaris, ut omnem laborem, quantum permittebat obedientia, iis sublevandis impenderes. Quem amorem ut in te auget, ac



ret ac simul consolaretur DEUS, sub  
 forma pauperis puelli & in nives ab-  
 jecti, tibi iter facienti se obtulit. Quem *Christi*  
 cum ineffabili pietatis sensu in ulnas *sub for-*  
 acceptum foveres, atque ad vicinum *ma ege-*  
 hospitium contenderes, se oculis tuis, *ni susci-*  
 at non animo subduxit: nam tam ve- *pit.*  
 hemens dilectionis incendium post se  
 reliquit, ut unum hoc in te desiderium  
 viveret, dissolvi, & esse cum Christo.  
 Ad cujus æternos amplexus post tole-  
 ratos aliquot annorum dolores feli-  
 citer es admissus. Est utique dulce in-  
 cendium cordis, quod ardet amore Divino.  
 Quam dulcedinem & ego procul dubio  
 sentirem, si hujus mundi amor, tanquam  
 frigidissima nix, quodam desidiæ gelu non  
 cor meum constringeret.

S. BERNARDUS, c. 3. de dil. Deo.  
 Fidelis anima & suspirat præsentiam *Amo-*  
 Dei inbianter, & in ejus memoria re- *ris di-*  
 quiescit suaviter: & donec idonea sit *vini*  
 revelata facie speculari gloriam *indo-*  
 Dei, crucis ignominia gloriatur. *les.*



25. Novembris. 7. Cal. Decemb.

B. CONRADE, Heisterbacensis Fl. añ.  
 Monache: qui centum vitæ tuæ 1221.  
 annos



## 408 ANNI CISTERCIENS.

100. an-  
norum  
miles.

annos in duas, easque diversissimas rationes distinguens, primos 50. militiæ profanæ, reliquos religiosæ assignasti: illis quidem non impie transactis, his autem in admirabili fervore: quo tyrones tyro, & deinceps ætate compares longo post te intervallo reliquisti. Pro tot laboribus stipendium jam certa spe occupasti, paulo antè quàm stadium vitæ absolveris: dum Lamberto ejusdem cœnobii monacho ostensa fuit gloria tibi in cœlis præparata. *Nota est & mihi ex fidei dogmatis divinisque promissis gloriæ illius cœlestis inscrutabilis magnitudo, quam scilicet nec oculus vidit, nec auris audivit. Hinc meritiò damno cecitatem meam, quâ tantam felicitatem non pro dignitate æstimo ac desidero.*

Obijt.  
anno  
1346.

B. GUILLIELME, S. R. E. Cardinalis, titulo S. Stephani in Monte Cælio: ad quem honoris apicem non minùs reluctans promotus es, quàm antè ex solitudinis Bolbonensis quiete productus eras ad Episcopatum Arelatensem. Muneri tamen amplissimo generosum animum tuum non defuisse ad Ecclesiæ & S. Ordinis ornamentum, inter reliqua monumenta testatur Collegium S. BERNARDI Parisiis, quod ædificiis & proventibus liberaliter auxisti. *Apostolico munere d. Christi*



Christi Vicario donatus, egregijs operibus ostendisti, sub quo duce militares. Tu fac ut & ego sequar Christum humilem, ut & exaltatum sequi merear.

S. BERNARDUS, l. 2. de Ascens. D.

Beatus, qui ubique te ducem habet Qui se-  
quitur  
Christū  
beatus.  
Domine Jesu, non illum transfugam  
spiritum, qui statim ascendere voluit,  
& tota divinitatis dextera percussus  
est. Nos autem populus tuus & oves  
pascuæ tuæ sequamur te per te ad te:  
quia tu es via, veritas & vita: via  
exemplo, veritas in promisso, vita in  
præmio.



26. Novembris. 6. Cal. Decemb.

B. WALTERE, Prior Alnensis: qui Obijt  
tuis partim precibus, partim melli- anno  
fluæ BERNARDI suadæ debes do- 1200.  
num vocationis ad S. Ordinem Cister- Loque-  
ciensem. Leodii enim Canonicis ad- la S.  
scriptus, cum illo Legati Apostolici Bern.  
munus obeunte in Ecclesia Cathedrali ad Cla-  
inter lacrymas & preces D. O salutem ram-  
animæ tuæ anxie commendares, vo- vallem  
cem audivisti, quæ foras ire jubebat, addu-  
& quid facto sit opus audire. Egressus citur.

Ss

incidisti



410 ANNI CISTERCIENS.

*Mira-  
cula  
patrat.*

*Mori  
deside-  
rat.*

incidisti in suavissimum Ecclesiasten, cujus verbis cor tuum ferientibus, illico eundem secutus es ad Claramvallem. Ex qua postmodum ad Alnense Monasterium migrare iussus, Prioris officio non solum in pietate perquam celebri, sed inter plura miracula functus es: precibus impetrata sospitate animi (quod genus curationis difficilimum est) pluribus, qui tuam opem imploraverunt. Senile denique corpus occupante frigore inflammabatur interiora divini amoris ignibus: unde semper natabat in supremis labiis illud Psalmographi suspirium: *Quando veniam, & apparebo ante faciem Domini?* Nec surdum fuit ad has voces cœlum, quod paucis ante obitum diebus hunc reddidit echonem: *Regem in decore suo videbunt oculi tui: Stellam quoque misit, quæ te spiritum emittente, supra ædes lucere visa fuit. Fac, ut ego hunc psalmi versiculum ex æternæ patriæ desiderio frequenter revolvam: nunc seria penitentia tollam eas causas, propter quas erubescere debeo, cum apparere cogar ante faciem Domini.*

Beati Martyres insignium militiarum Cisterciensium de Calatrava, Alcantara, Avisio, Christo, & Montesia: qui soli DEO labores vestros consecraturi,



XXVI. NOVEMBRIS. 411

craturi, vitam, sanguinem, fortunas pro convertendis, aut ex Hispaniæ regno ejiciendis Barbaris hilari fortiq; animo impendistis; vestros hodierna die triumphos Cisterciensis familia solenniter celebrat. Vos verò jam de felicitate securi nobis robur animi vestri supeditate, dum adhuc stamus in prælio contra illos hostes, quos vos quoque præter Saracenos vicistis.

S. BERNARDUS, f. 1. in 8. Pasch.

Certum triumphati mundi testimonium est, si corpus castiges, & subjicias servituti, ne perniciosam libertate serviat voluptati; si fletui magis oculos præbeas, quàm petulantia vel curiositati.

Signa triumphphi de mudo.



27. Novembris. 5. Cal. Decembr.

B. GAUFRIDE, ex Priore Claravallensi Abbas Clarimarisci, ad utrumque dignitatis gradum suffragio, quo sanctius optare non poterat, BERNARDI promote. Adduxerat ille te ex Flandria unà cum alia cohorte juvenum generis claritate insignium: quo numero non tam Clarævallis alumnos quàm cives cœlestes auxit;

Obijt anno 1143.

Ss2

utpote



412 ANNI CISTERCIENS.

utpote quos effecerat sui similes vitæ innocentia & religionis fervore. Ete-  
go quoque augere felicissimum illum nu-  
merum desidero: quod nempe fiet, si vestro  
quoque fervore accensus, virtutes vestras  
imitatus fuero.

Floruit  
anno  
XIIIO.

B. FASTRADE, Abbas Villarii,  
qui licet regendi artem sub disciplina  
sanctissima BERNARDI in Clara-  
valle, ac duobus in Villario prædeces-  
soribus egregie didiceris; præesse ta-  
men non ultra biennium sustinuit:  
sed, quod totius vitæ decursu tibi uni-  
co fuerat solatio, sub obedientiæ scuto  
ictam fatalem mortis expectavisti.  
Doce me verè agnoscere pretium obedientiæ  
& illius custodiæ tanquam firmissimo mu-  
nimento, animæ meæ salutem committere.  
Excitet me ad ejus amorem vel unicum hoc  
solatium, quod mortem reddat non formi-  
dabilem.

S. BERNARDUS, ser. 3. in Pasch.

Propria  
volun-  
tas De-  
um pe-  
ximit.

Et ipsum (quantum in ipsa est) Deum  
perimit voluntas propria. Omnino e-  
nim vellet, Deum peccata sua aut vin-  
dicare non posse, aut nolle, aut nescire:  
vult ergo non esse Deum, quæ, quan-  
tum in ipsa est, vult eum aut impoten-  
tem, aut injustum esse, aut insipien-  
tem. Hæc



tem. Hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & leana savissima.



28. Novembris. 4. Cal. Decembr.

B. GUILIELME, totius Ordinis Cisterciensis Caput ac Superior Generalis XIII. qui in quoddam rudimentum suscipiendi universalis regiminis Savigniacum per aliquot annos gubernavisti. Sed posteriores curas absolvesti compendio, brevitate temporis per negotiorum numerum & utilitatem compensans. Quorum immortalẽ memoriam sacer Ordo Cisterciensis deprædicat, te promotore primus, (si fides historiis) qui honorifico Exemptionis omnimodæ privilegio à Sede Apostolica donatus est. Una est exemptio, quam per te mihi impetrari à Summo Pontifice Christo anxie rogo, nimirum à reatu peccatorum meorum: à quo si me eximere dignetur Dei clementia, verè & ego de exemptionis gratioso titulo eternum gloriabor.

Beati quindecim Monachi Luken-  
ses: quorum merita Christus B. Rudol-  
pho in læta simul & tragica scena ma-  
nifestavit; dum oranti post nocturnas

Obijt  
anno  
1186.

Exem-  
ptionis  
promo-  
tor.

Circa  
annum  
1190.




*Christi  
crux est  
vitare-  
ligiosa.*

vigilias vos omnes secum singulis crucibus affixos ostendit: adiecitque: vos rigidâ disciplinæ regularis observantiâ veros esse Crucis suæ bajulos, idcircoque futuros sui regni coheredes. Licet *Aeterna Veritas* non pronuntiasset, *Jugum Crucis* suave esse; ex hoc tamen clarissimum foret, quod eos, qui illud spontaneis humeris suscipiunt, sapius in hac vita, & æternum in altera consoletur.

S. BERNARDUS, s. 3. de dil. Deo.

*Cum  
Christo  
nolle  
pati e-  
rubes-  
cit ani-  
ma fi-  
delis.*

Planè fideles nôrunt, quàm omnino necessarium habeant Jesum, & hunc Crucifixum: dum admirantes & amplexantes super eminentis scientia charitatem in ipso, id vel tantillum, quod sunt, in tantæ dilectionis & dignationis vicem non rependere confunduntur.



29. Novembris. 3. Cal. Decemb.

*Obijt  
anno  
1197.*

B. GUILLIELME, Abbas Villariensis, verè Pater, sive charitatem in domesticos, sive in paupertate oppressos extra cenobium considerem: utrisque enim tam liberalem porrexisti manum; ut vacuum aliàs ea tempestate penarium cœlitus redundasse, nemini non fuerit manifestum. Hæc nimirum  
*fiducie*



*fiduciae in Deum vera est merces certissima. Quamvis enim non semper per prodigia Benignissima illa Bonitas suam circa nos curam declaret, nunquam tamen, ut canit Vates, deserit sperantes in se.*

B: R O B E R T E, Melliflui Parentis *Obijt*  
 BERNARDI consobrine, sed & non *anno*  
 absque dolore ejusdem bis genite fili. *1190.*  
 Primus circa te illius labor fuit, cum  
 te inter caeteros triginta tyrones Ci-  
 stercium deduxit. Admissionem ta-  
 men in annum differente S. Stephano,  
 primi propositi tenax emissis solenni-  
 ter votis cum eodem Claramvallem  
 petiisti. Ubi tam diu te ad severa licet  
 iussa habuit obsequentem, donec te *Seduci-*  
 neræ ætatis tuæ malè misertus Clunia- *tur in*  
 census Prior ad mitiores sui coenobii *mona-*  
 leges te allexit simul, & absente S. Ab- *sterium*  
 bate abduxit. Datus est fugæ specio- *Clunia-*  
 sus color, quod infans Cluniaco fueris *cense.*  
 Oblatus. Sed hunc BERNARDUS  
 unius epistolæ spongia ita excussit, ut  
 seductoribus ruborem, tibi veræ pæni-  
 tentiæ lacrymas expresserit. Hæc est *Revo-*  
 illa epistola toto celebris orbe, quam *catur*  
 Guilielmus, tunc sancto Patri à Secre- *à Ber-*  
 tis, in medio imbris scripsit intactam. *nardo.*  
 Itaque ad Claramvallem reversus ade-  
 ò te S. Parenti post hunc secundum  
 partum probasti, ut brevi pòst tempo-



416 ANNI CISTERCIENS.

re tibi Abbatialem Domus Dei curam  
commiserit: quam per annos quin-  
quaginta cum celebri sanctimonie fa-  
ma administravisti. *Infinitis instru-*  
*ctus est fraudibus hostis nostre salutis,*  
*quibus nostram in bono constantiam la-*  
*befacit, & in vitiorum consuetudinibus*  
*inducat. Tu me gemina virtute premuni:*  
*prudentia, ut ejus tela agnoscam, fortitu-*  
*dine, ut animosè repellam.*

Perseve-  
rare in  
malo,  
diabo-  
licum  
est.

S. BERNARDUS, ser. i. de Adv.

*Perseverare in malo, diabolicum est,*  
*& digni sunt perire cum illo, quicum-*  
*que in similitudine ejus permanent in*  
*peccato.*



30. Novembris. Pridie Cal. Decembr.

Obijt  
anno  
1299.

B. RUFINUS, Archicoenobii Cister-  
ciensis Abbas, & S. Ordinis Gene-  
ralis XXIX. Experta est prius felix tuo  
regimine Filia Firmitas, quam bene-  
clavum Maternum sis moderaturus:  
hunc autem præter alia virtutum de-  
cora mansuetudine ac prudentia exor-  
nasti. *Has tu modò virtutes in me trans-*  
*funde: utraque enim necessaria est, exter-*  
*nam & internam pacem conservare vo-*  
*lenti.*

B. BER.



B. BERNARDE, Converse Clauvallis. Habuit clarissima illa BERNARDI schola variarum virtutum magistros; in te relucebat juncta charitati humilitas: id testabaris, cum injustè accusatus ardentissimas pro delatore preces fundere soleres. Nec defuere hujus pietatis æmulatores, qui hanc vindictæ mirabilis artem imitabantur. Felicius hoc stratagema successit, dum in itinere in latrones incidens, etiam vestibibus spoliatus, sine ulla significatione doloris in genua procumbens pro prædonibus DEUM, ut iis hanc condonet injuriam, precabaris. Illi autem re tam insolita in stuporem rapti, non solum ablata restituerunt, sed etiam sui ipsorum dedicationem, pro quodam spoliis auctario, fecerunt; illico juratis verbis scelera sua detestantes, ac deinceps victuri ad leges, quas sibi à te præscribi supplices rogabant. Sed & parata huic tuæ charitati in cælo præmia quidam in longè diffito cœnobio moriturus prævidit: qui cum plures horas in extasi jacuisset, tandem sibi restitutus, quid viderit in illo sopore, circumstantibus enarravit. Ductum se, agebat, in locum omni gloria & deliciis redundantem, & tunc à cœlestibus ephebis

Florus

anno

1125

Orat

pro suis

delato-

ribus,

Et spo-

liatori-

bus:

quos

ad me-

liorem

vitam

conver-

tit.

Cælestis

gloria

illius

revela-

tur.



418 ANNI CISTERCIENS.

recentibus aulæis exornatum. Se verò  
hujus ornatûs causam ex ductore suo  
quærentem, audivisse; hac hora in cœ-  
lo expectari animam è Claravalle ad-  
volaturam cujusdam humilis & man-  
sueti Conversi, idcòque majori appa-  
ratu à cœlitibus excipiendam. *Versor*  
*& ego inter latrones, qui ex infernali la-*  
*tibulo prodeuntes nihil aliud quarunt,*  
*quàm ut me suis suggestionibus veste su-*  
*perne gratie despolient. Tu indue me illa*  
*charitatis & humilitatis lorica, quæ te-*  
*clius victor toties evasisti.*

S. BERNARDUS, s. 2. in cap. jejun.  
*Scindamus corda nostra dilectissimi,*  
*quatenus intacta proinde vestimenta*  
*servemus. Vestes enim nostra virtu-*  
*tes sunt. Bona vestis charitas, bona*  
*vestis obedientia, Beatus qui custodit*  
*vestimenta hæc, ut non ambulet nu-*  
*cus.*

Vestis  
animæ  
sunt  
virtu-  
tes.



ANNI





# ANNI CISTERCIENSIS DECEMBER.

1. Decembris. Calenda.



HUGO, S. R. E. Car. Promo-  
linalis Episcopo Osti- tus añ.  
ensis. Romani te ra 1150.

puit Eugenius III. præ-  
teras enim Monasterio  
Trium Fontium in Ca-  
talaunia. Quam promotionem licet  
Pontifici ac S. Ordini gratuletur per e-  
pistolam BERNARDUS, absentiam  
tamen tuam gravissimè se ferre fate-  
tur, utpote quem amaverit non mi-  
nùs seipso, & cuius prudentia in con-  
siliis sibi tot inter curas fuerit perneces-  
saria. Perleveravit utriusque amor,  
dum operâ tuâ alter Romæ, alter è  
Claravalle in summorum commen-  
datione negotiorum usus est. Gravissi-

556

mum præ



## 420 ANNI CISTERCIENS.

num præ manibus meis versatur negotium coram cælesti curia pertractandum, cum nempe de vita mea rationem reddere cogar Deo Judici. Te in advocatum imploro, ne causa cadam, à qua pendes æternitas.

Obijt  
anno  
1592.


B. MARCE de Villalba, S. Congregationis Hispanicæ Generalis emerite: qui ob eminentem eruditionem ac pietatem Philippo II. Regi Catholico cras in deliciis. Is ne te post absolutum triennii regimen in gradu inferiori, juxta Congregationis leges aspiiceret, nec tamen iis vellet derogatum, ad Fiteriensem Abbatiam promovit, à legibus illis exemptam. Duplex posteritati nominis tui monumentum reliquisti, quorum primum est industriæ, qua Collegii Salmanticensis fundamenta jecisti, gloriosa doctrinæ famâ totum orbem impleturi: alterum sanctimonix, cujus indicium prodigiosum perdurat in corpore tuo, inter vivæ calcis cumulos sepultum, & hætenus nulla carie libatum. Vermes illos ex putredine miseri corpusculi nascituros non timeo; tu fac, ut viva penitentix calce irrequietum conscientix vermem, ex peccatis meis genitum, extinguam. Tormentum est omni gangrena voracius: sed heu! miseri huic malo quoties nimis serò medemur!

S. B E R.

Corpus  
manet  
incor-  
ruptū.



S. BERNARDUS, f. 4. in die Palm. Vermis  
 O vermis conscientia! qui quamdiu consci-  
 vivit, nunquam interiora cordis co- entia  
 medere & depascere omittit: qui nun- malum  
 quam vivere, & per hoc rodere desi- horri-  
 nit, nisi eum mucrone puritatis suæ bile.  
 humilis confessio jugulaverit.



## 2. Decembris. 4. Nonas.

B. ROBERTE: qui Monasterium de *Floruit*  
 Mata-Plana primus regendum sus- anno  
 cepisti; sed labore tam felici, ut sterilis 1185.  
 antè & inhabitabilis terra tuo parens  
 imperio in lætissimam fertilitatem ef-  
 floruerit. Quo mirabili privilegio  
 DEUS tuas etiam exuvias donavit:  
 cùm enim vicini agricolæ vel tempe-  
 statum vel locustarum injuriis vexan-  
 tur, solenni supplicationis ritu per  
 campos sub tui nominis invocatione  
 procedunt, semper votorum compo-  
 tes. Nullam terram tam siccam ac steri-  
 lem esse credo, quàm sit cor meum: tu illud  
 imbre devotionis riga, ne hanc miseriam  
 meam ultra cogar deplorare.

B. ANSELME monache in Ger- *Fl. circ.*  
 mania: qui licet animi corporisque annum  
 puritatem, uti & alia divinæ gratiæ 1200.  
 dona,



dona, sub quadam caligine humilita-  
 tis servares occulta, ea tamen DEUS  
 pluribus signis in lucem produxit.  
 Quorum illud quemadmodum fre-  
 quentius, ita & illustrius fuit; quando  
 aut Diaconus Evangelium, aut Sacer-  
 dos Sacrum cantabas, visa est candoris  
 splendori columba capiti tuo immine-  
 re. Ex his tamen cœli favoribus adeo  
 non superbiebas, ut te maximum pec-  
 catorem, & hominum consortio in-  
 dignum judicares: unde passim te om-  
 nium precibus commendabas, maxi-  
 mē Henrici Conversi pietate eximii.  
 Is cū pro te aliquando preces funde-  
 ret, hanc vocem audivit: Tu pro An-  
 selmo oras, istamen talis est, ut ma-  
 gis pro te orare possit. Etiam pro me o-  
 ra, cū te posse jam certum sit: fac ut ora-  
 tiones meæ à Deo exaudiantur: amove  
 peccatorum meorum obstacula, quæ sola  
 nempe occludunt aures Divinas.


S. BERNARDUS, l. in cana Dom.

Pedes  
 animæ  
 sunt  
 ejus af-  
 fectus.

Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes  
 lavet. Id est, qui gravia peccata non  
 habet: cujus caput, id est, Intentio, &  
 manus, id est operatio & conversatio  
 munda est. Sed pedes sunt animæ af-  
 fectiones, dum in hoc pulvere gradi-  
 mur ex



*mur ex toto mundi esse non possunt,  
quin aliquando vanitati, aliquando  
voluptati aut curiositati plus quàm o-  
portet, cedat animus vel ad horam.*



## 3. Decembris. 3. Nonas.

**S** GALGANE: qui post triginta an-  
nos inter seculi vitia transactos ab  
Archangelo Michaële per quietem mo-

nitus es, ut reliquum vitæ in eremo  
perageres. Sed à Matre persuasus ad  
nuptias, cùm ad visendam sponsam  
properares, equo progredi renuente,  
à monitore tuo ad cacumen Sepii  
montis ductus es. Ibi crucem è ligno  
fabricaturus, à maligno tamen hoste  
impeditus, ensẽ petræ infixisti, quæ  
instar ceræ liquidam ferro se præbuit.

At Mater ut te reduceret, destinatam  
sponsam tibi exhibuit: quæ tuo allo-  
quio statim mutata in aliam, ex dote  
Cisterciense monasterium construxit,  
suscepto ibidem Virginali velo. Irrita  
hæc cecidisse tela dolens infernus, a  
perta vi de statione te movere conaba-  
tur, objectis variæ formæ larvis, a te  
tamen facilè explosis. Frequens inte-  
reà fuit ad te populi accursus, post-  
quam nempe cæci, surdi, aliisque mi-

seriis

Obijt

anno

1181.

A. S.

Micha-

ele in

eremū

duci-

tur.

Sponse

persua-

det vir-

ginita-

tem.



*Apostolorum*  
*Limina*  
*visitat.* seriis afflicti corporum & animorum  
fospitatem accipiebant. A quorum o-  
culis te quietis gratiâ aliquamdiusub-  
ducens, Apostolorum Limina peti-  
isti; ubi ab Alexandro Pontifice huma-  
niter susceptus, multisque muneribus  
donatus es. Te autem in Urbe morante,

*apre-*  
*donib<sup>9</sup>*  
*spolia-*  
*tur.* prædones cellulâ tuâ quam ex arbo-  
rum ramis construxeras succensâ, en-  
sem in frustra comminuerunt. Sed  
statim ultione divina horrendo mor-  
tis genere consumpti. Quo coelitus  
cognito ad fumantes adhuc cineres re-  
versus, enssem per tuas preces & loco  
& integritati restituisti. Excivit hæc  
prodigiorum fama vicinos, ut vix un-  
quam diu noctûque te solum relin-  
querent. Itaque instanter DEUM ro-  
gasti, ut tibi aut securum secretumque  
latibulum monstraret, aut ad patriam  
coelestem ex his turbis evocaret. Quod

*Mori-*  
*turus*  
*habitū*  
*Cisterc.*  
*induit.* ultimum non sinè prodigio annuit di-  
vina Bonitas. Ad radicem enim mon-  
tis fortuitò ex diversis itineribus Epil-  
copi duo, tresque Abbates convene-  
rant; qui mutua adhortatione decer-  
nunt te invisere; inveniuntque ultimæ  
horæ jam proximum, ac supplicem,  
ut in cuculla Cisterciensi mori liceret.  
Desiderium implevit Casæmarii Ab-  
bas, qui injecta sua tibi veste, post e-  
missa



missa ritu consueto vota, te Cisterciensibus, ac mox cœlitibus junxit. Qui dum corpus ad sepulturam compone- *Prodi-*  
ret, tanta accolarum multitudo con- *gijs post*  
fluxit, ut omnem penè numerum tam *mortem*  
fidelis populus, quam prodigia ibidem *clarus,*  
patrata excesserint. Exstructa est in loco sepulchri parva ædes, quæ deinde in insigne Monasterium post tria lustra centum septuaginta Monachos, pluresque Conversos continens, excrevit. *Doce me Angelo meo, me ad pietatem & vitæ emendationem tam suaviter adhortanti, fideliter obsequi: & vicissim generoso animo insultus maligni spiritus contemnere, cujus tu licet sero serio tamen egregium exemplum mihi præluxisti.*

R. ALBERTE, Abbas Olivensis *obijt*  
in Prussia, qui post diuturni regiminis *anno*  
sanctissimos labores multis à DEO *1272.*  
lacrymis petiisti, ut in Villariensi Cœnobio, mortem oppetere tibi concederet: illud Propheticum identidem *Mortē*  
lingua & animo revolvens: Moriatur *obtinere,*  
anima mea morte justorum. Occasi *qualē*  
one igitur itineris, quo ad Comitia *optat.*  
generalia properabas, Villarium delatus es: ubi post aliquot dierum morbum, votite & (quod placidissima obdormitio fecit indubium) cœli compotem DEUS fecit. *Fac, ut & ego moriar mor-*



riar morte iustorum: quod ceriò futurum est, si nunc vixero vitam iustorum.

S. BERNARDUS, J de SS. Pet. & Paul.

Vivere  
debet  
sanctè,  
sanctè  
mori-  
turus.

Studeamus, fratres, vivere vitâ iustorum, sed morte illorum mori multo magis desideremus. Sapientia enim iustorum novissima præfert, ibi nos iudicans, ubi nos invenerit. Omnino necesse est, vitæ præsentis finem futuro coherere principio, nec tolerabilis dissimilitudo est.



4. Decembris. Pridie Nonas.

Floruit  
anno  
1227.

B. CHRISTIANE, Lubaviæ Apostole: qui jussu Innocentii Pontificis ad barbaros illos rudésque populos Evangelii disseminandi gratiâ profectus, intrâ paucorum annorum spacium innumeros ad ovile Christi adduxisti. Eiusdem deinde Sedis authoritate thronum Episcopalem Culmensem primus erexisti. Cùm verò finitimæ gentes tibi tuisque grave bellum minarentur, Poloniæ Regem, aliósque Principes ad societatem armorum incitasti: quorum ope, & miraculorum splendore totam illam provinciam à superstitionis errore immunem reddidisti.



disti. *Converte cor meum in terram optimam, ut recipiens Verbi Divini semina, fructum plurimum afferat in patientia.*

B. JOANNA, *Conversa Bellopra-Obijt*  
 tensis: quam dum parentes genere no- *anno*  
 biles Abbatissæ traderent, sedulo pa- *1240.*  
 sti sunt, ne ad munia unquam adhibe-  
 aris, quæ stemmati possent esse dede-  
 cori. Tu verò Christo potiùs quàm il-  
 lis placitura, votis solenniter emissis *Humi-*  
 non alibi majores delicias invenisti, *litalis*  
 quàm in functionibus abjectissimis, *mirè*  
 Hujus tuæ demissionis præmium sanè *studio-*  
 nobilissimum cuidam piæ virgini o- *sa.*  
 stendisti, post obitum gloriosè illi ap-  
 parens, gestansque in digito annulum,  
 cujus rutilantem gemmam asserebas  
 datam tibi in specialem humilitatis tu-  
 æ gloriam. *Mirandumne magis an mi-*  
*serandum est cor humanum, quod post*  
*Christi & Sanctorum exempla innumera*  
*superbiam dediscere, & amare humilita-*  
*tem nescit: cum hæc sit via ad vitam, alte-*  
*ra ad mortem, utrobique eternam?*

S. BERNARDUS, s. i. de Circumc. D.

*Qui peccatum non fecit, non dedigna-* *Chri-*  
*tus est se peccatorem reputari: nos &* *stus ex-*  
*esse volumus, & nolumus aestimari. I-* *emplū*  
*tane sano opus est medicina, & non* *humili-*  
*potiùs malè habentibus?* *litatis.*  
 5. Dec.



5. Decembris. Nonis.

Floruit  
anno  
1213.

B. GODEFRIDE, Episcopo Sylva-  
nectensis: qui tiaram Pontificiam,  
per annos triginta gloriosè gestatam,  
ne mortis spoliū fieret, spontè sepo-  
suisti, securior coram DEO Iudice  
compariturus in humili veste mona-  
chi, quam in Monasterio Caroli-Loci  
assumptam, magnis virtutibus deco-  
rasti. *Vetus paxia est: Mores, non ve-  
stes probare virum. Fac ergo tu, ut perso-  
nam, quam me agere vestis ostendit, non  
fictē, sed verē & serio agam: iudicandus  
nempe olim non ex vestibus, sed factis.*

Obijt  
anno  
1244.

B. JOANNA, Flandriæ Comitiss-  
sa, regendi artibus, ut quibus sola pie-  
tas pro lege erat, instructissima. Exi-  
mium ejus monumentum est Marche-  
tense Cœnobium: cujus ædificiis à tua  
liberalitate erectis adjunxisti peculiare  
pro te domicilium, ad quod sepositis  
subinde terræ negotiis soli tibi ac DEO  
vacatura te reciperes. Mortem deniq;  
vicinam præsentens suscepto sacro  
habitu ibidem piissimam vitam pari  
obitu clausisti. *Quoniam pacto de pretio-  
sissimo tempore Iudici DEO rationem reddi-  
turus sum, qui tot horas ab ipso mihi ad  
pietatis exercitia donatas negligo, te verò  
considera*



considero inter amplissimas regiminis curas tam sedulam de æterna salute? Doce me saltem sapius, si non semper tuam hanc sollicitudinem imitari.

S. BERNARDUS, s. 2. de SS. Pet & c.

Hæc nempe spiritualis est exercit<sup>us</sup> <sup>Vitæ</sup>  
summa, hæc forma gratiæ spiritualis <sup>spiri-</sup>  
ut sapienter disponamus præsentia no- <sup>tualis</sup>  
stra; recogitemus in amaritudine ani- <sup>officia.</sup>  
ma præterita; futura quoque sollicitè  
provideamus.



6. Decembris. 8. Idus.

B. EDMUNDE, monache Pontini- <sup>Floruit</sup>  
acensis; qui coronatam laurea Do- <sup>circa</sup>  
ctorali eruditionem Augustissimæ <sup>annum</sup>  
Coelitum Reginæ tandem unicè con- <sup>1221.</sup>  
secrasti, ejus laudes per omnia faculta-  
tum genera extollens, maximè orati-  
one ligata, reportatâ sanè digniore in  
cœlis corona, quàm suis olim Poëtis  
Pallas imposuit. Unam & mea lingua  
suis diserta foret ad canendas sacra issi-  
mæ virginis laudes! Tu illam non fictitijs  
Parnassi, sed castissimis devotionis fonti-  
bus imbue.

B. NICOLAE, Monasterii Val- <sup>Floruit</sup>  
cellensis Abbas: maximarum virtu- <sup>circa</sup>  
tum splen-



430 ANNI CISTERCIENS.

annum  
3149.

tum splendore illustris, quem melli-  
flua loquelæ suavitas singulariter or-  
nabat, ad apicem verò perfectionis  
provexit invicta in doloribus toleran-  
tia: quibus denique unà cum ætate  
oppressus, honoris onus in humeros  
fortiores collocâsti, in solitaria piete-  
te diem extremum expectans. Clari-  
ores è tumultu meritorum radii per  
multa prodigia eluxêre: quorum in-  
tuitu Concilium Lateranense exuvias  
tuas ad excitandam populi devotio-  
nem honoratiori mausolæo honesta-  
ri iussit. *Eleva & me in terra jacentem,  
& oppressum longo socordiae veteris exci-  
ta, ne sic stertentem mortis somnus occupet.*  
S. BERNARDUS, ser. 5. de Ascens.


Tepor  
provo-  
cat Deo  
vomi-  
tum

*Exurgamus, obsecro, resarciamus a-  
nimas, spiritum recolligamus, abjici-  
entes perniciosam tepiditatem; etsi  
non quia periculosa est, & Deo solet  
etiam vomitum provocare; certè quia  
molestissima, plena miserie & doloris,  
& inferno proxima, umbra mortis  
jure censetur.*



7. Decem-





7. Decembris. 7. Idus.

**B** GERARDE, Farfensis monasterii *Floruit*  
 in Tuscia sub Instituto Benedicti- circa  
 no monache: qui Mellissuum *BER- arnum*  
 NARDUM unâ cum Abbate tuo in- 1156.  
 visens, totus in amorem Clarævallis  
 primo illo congressu inaristi. Relin-  
 quendi tamen propriam domum po-  
 testas tibi non est antè ab Abbate con-  
 cessa, nisi ultimâ vitæ suæ horâ. Itaq;  
 ad locum desideratum festinans, cum *Mirus*  
 summo gaudio à dulcissimo Patre sus. *in sene*  
 ceptus es: at nemine non admirante *fervor.*  
 incredibilem in ætate tam provecta  
 fervorem. Licet enim S. Regulæ au-  
 thoritas senium à communi rigore in  
 multis eximat, tu juvenes prægressus  
 non gravari annorum pondere, sed re- *Dono*  
 levare videbaris. Inter plurimas virtu. *lacry-*  
 tes tuas eminebat præcipuè donum la- *marum*  
 crymarum, quarum integros penè ri- *insignis*  
 vos sub oratione & sancta Oblatione  
 emittebas. Nec decrant stygii hostis  
 crebræ infestationes: quas tamen, ve-  
 lut veteranus miles levi manu elusisti.  
 Vocandus tandem ad meritam in cœ-  
 lo coronam, cum lectulo decumbens  
 lumen ad legendum optares, absente  
 ministro, id cœlum dedit. Huic aliud  
 multò



## 432 ANNI CISTERCIENS.

Mori-  
enti S.  
Bern.  
appa-  
ret.

multò jucundius successit: è cuius me-  
dio fulgentes radios evibrabat dile-  
ctus tuus BERNARDUS: qui te a-  
mantissimo alloquio ad patriam invi-  
tans, his verbis dicendi finem fecit:  
Hæc est domus, quam ædificavi, DE-  
US benedicat illam in æternum. Ora  
meo, tanquam miserrimè peccatoris nomi-  
ne, Dulcissimum Patrem, ut & mihi bene-  
dictionem impertiatur, quâ cor meum a-  
more divino accendatur: atque ita vehe-  
menter ardeat, ut moriturus illius etiam  
tunc benedictionem obtinere merear.

Obijt  
anno  
1177.

B. GERARDE, illustris pro Justi-  
tia Martyr, ac digne BERNARDI  
successor in regimine Clarævallis: cu-  
jus zelo accensus, cum pro muneris exi-  
gentia Filias tuas Visitans, quendam  
graviter reum paternè corripuisses, ille  
simulatâ poenitudine bonitate tua ne-  
fariè abusus, dum ex vigiliis ad Abba-  
tiale cubiculum inter diluculum redi-  
res, in Claustri limine te sica transfo-  
dit, ac tam diu viscera dilaniavit, do-  
nec dolor immanissimi vulneris hæc  
pauca à te verba expressit: Cesset jam  
manus tua, jam enim certum est, me  
moriturum. Quo audito furiosus la-  
tro ferrum extraxit, & erupit, infan-  
tem vitam Judæ proditoris fato (ut  
non vana suspicio est) abrupturus. Tu  
verò




verò invicta animi tranquillitate bi-  
 duo supervivens, de nulla re magis *Orat*  
 quam de percussoris salute sollicitus, *pro per-*  
 post recepta piissimè Sacramenta vi- *cussore.*  
 tricem animam emisisti ad palmam.  
 Pretiosam in conspectu Domini mor-  
 tem veluti plura miracula comitaban-  
 tur, ita eandem vaticinia præcede-  
 bant. Nam è Claravalle abeuntem  
 monuit notæ sanctimonie Conver-  
 sus, ne te in hoc iter conjiceres, gra- *Præ-*  
 vissima siquidem tibi pericula immi- *mone-*  
 nere: quorum eventum cum parato in *tur de*  
 Divinam dispositionem animo Divis *immi-*  
 Valerio & Materno commendares, ex *nente*  
 sacra illorum & de egressus hilaritate *morte.*  
 vultus ostendisti, quam non metueris  
 mortem. *Apicem felicitatis attigit, qui*  
*te imitatur, ac de paterna Divina provi-*  
*dentia manu equanimiter suscipit prospe-*  
*ra & adversa, leta & tristia: illud Ma-*  
*chabæi herois identidem sibi occinens:*  
*Sicut fuerit voluntas in cælo, sic fiat.*

S. BERNARDUS, *s. de SS. Pet. & Paul* Adver-  
 Est quod à te pateris, quod à proximo, *sa quo-*  
 quod à Deo: primum est austeritas pe- *modo*  
 nitentia, secundum vexatio aliena *tole-*  
 malitia, tertium flagellum correctio- *randa.*  
 nis Divina. In eo quod à te pateris,

T t debes



434 ANNI CISTERCIENS.  
debes voluntarie sacrificare; quod à  
proximo, patienter ferre; quod à Deo,  
sine murmure & cum gratiarum acti-  
one sustinere.



8. Decembris. 6. Idus.

Obijt  
anno  
1383.

B. JOANNA Abbatisa Castrensis in  
Lusitania quæ cum zelo vindican-  
di honoris Divini quosdam milites su-  
orum sceletum argueres, ab iisdem  
crudeliter occisa, candidum virgineæ  
puritatis Velum martyrii purpura de-  
corasti. Et coronæ tuæ primos quasi  
fructus illico percipere relictæ in Mo-  
nasterio Virgines, dum latrones cæci-  
tate multasti, qui illas in prædam suæ  
impietatis quærebant. Defende & me  
ab infestis satellitibus principis tembra-  
rum: profliga illos ad suas tenebras, cum  
me ad perditionem quæerunt.

Obijt  
anno  
1145.

B. CONSTANTINE Abbas Au-  
reæ-Vallis. Demonstrasti aureis scili-  
licet moribus, hoc te honore dignum  
esse, quando ex Claravalle ad Mona-  
sterium Trium Fontium missus, in co-  
rectione illius Asceterii strenuam ope-  
ram locasti. Pedum pastorale ad ar-  
boris naturam fertile fuit: cujus nobi-  
lissimus fructus in hodiernum usque  
diem



VIII. DECEMBRIS. 435

diem florentissima illa Vallis ad S. Ordinis splendorem ostentat. Tu Gratia Divina per tuam industriam, & indefessos labores cooperando, caelestia in te dona auxisti: ut idem ego faciam, me doce, ne mihi contingat, quod Evangelico illi, qui talentum à Domino acceptum fodit, in terra.

S. BERNARDUS, ser. 17. de div.

Omnes nobis causamur deesse gratiam, sed justius forsitan ipsa sibi queritur gratia deesse nonnullos. Nempe res cordis est gratia devotionis ista, quam querimus: & hoc munere ipse se fraudat, qui internum ei dissimulat receptaculum exhibere.

Gratia  
coope-  
randū.

9. Decembris. 5. Idus.

B HUGO, Abbas Novi Monasterii in Anglia, literarum scientia, & morum sanctitate clarissime; qui à seculi deliciis duce divino Spiritu mature abstractus, multis tua pietate occasionem praebuiti, ut monasticam vitam amplecterentur. In praefectura non minus austeritate vitae, quam excellentia dignitatis subditos antecede-  
bas. Ita etiam te non solum Religiosi

Floruit  
circa  
annum  
1300.

Tt2

filii



436 ANNI CISTERCIENS.  
filii, sed pari affectu pauperes Patrem  
appellabant. Amorem Divinum in te  
accendebas aut sacra lectione, aut con-  
templatione; quâ plerûnque maiorem  
noctis partem insumebas. *Urnam &*  
*ego saltem illud tempus, quod mihi præ-*  
*scriptum est, piæ & ferventi contemplati-*  
*oni satis diligenter impenderem, arderet*  
*utique divinus ille ignis in corde meo,*  
*quem Dominus misit in terras & voluit*  
*vehementer accendi.*

Obijt  
anno  
1591.

B. LAURENTI, Abbas Vallis-  
Bonæ in Hispania, paternarum tradi-  
tionum, & legum etiam minimarum  
observator diligentissime, præsertim  
silentii regularis, quod ita inviolabili-  
ter colebas, ut seu privatus seu superi-  
or incommoda & dolores quantumli-  
bet graves æquo ferres animo potius,  
quàm uno verbulo hoc præceptum  
transgredere. Sexto ante obitum  
die cum te infirmum Abbas inviseret,  
ac scribentem deprehendisset; miraba-  
tur, quòd te hoc labore defatigares;  
cui tu retulisti: agere te, quod toto e-  
geris vitæ decursu, ac notare quædam  
documenta ad aliorum profectum  
servitura; nec ab ista pietate cessatu-  
rum, quamdiu vires supersint, licet,  
non ignores, te brevi unâ cum duobus  
aliis hinc migraturum: quod statim  
compro-



comprobavit eventus. Cum denique felix spiritus esset à corpore abiturus, extensis in cœlum manibus lætissima voce dixisti: Ecce video cœlos apertos. Nullibi necessaria magis est providentia, quàm in mortis negotio: hinc nulla diligentia potest esse nimia, nulla negligentia non perniciosissima: diu namque, ut sonat proverbium, deliberandum est, quod statuendum est semel.

S. BERNARDUS, f. 2. de SS. Pet. & c.

Utinam sapiamus ad præsentis vite <sup>Vera Sapien-</sup>  
moderationem, utinam intelligamus <sup>tia.</sup>  
ad præterita correptionem, utinam devota in Deum fide provideamus, ut  
felicem habeamus (ipso miserante)  
consummationem.



10. Decembris. 4. Idus.

B. SBIGNÆE, Abbas monasterii <sup>Passi</sup>  
Claræ Provincie in Polonia: qui <sup>circa</sup>  
unà cum monachis à sævitia barbaro- <sup>annum</sup>  
rum interemptus exercitum candida- <sup>1200.</sup>  
torum martyrum in cœlo auxisti. Tu  
robora animum meum, ut viriliter resi-  
stam impugnationibus infernalis tyranni,  
qui præsertim in ultimo prælio solet esse  
sævissimus.

Tt3

B.FLO.



438 ANNI CISTERCIENS.

Floris  
circa  
annum  
1260.

B. FLORENTI, Abbas Carrace-  
ti: qui desiderio observandi Regulam  
S. Benedicti ea rationes, quâ tunc re-  
cens inducti in Hispaniam Cisterciens-  
es florebant, nigri coloris habitum  
permutâsti in candorem, quem non  
tam vestes, quàm morum innocentia  
demonstrabant. *Indue me vestimento  
salutis, quo anima mea cooperiat maculas  
peccatorum: atque ita in die illa magna  
non destituatur veste nuptiali, sinè quâ  
comparens projici meretur in tenebras ex-  
teriores.*

Obijt  
anno  
1198.

B. HERBERT Episcopo Rhedo-  
nensis, flos sanctimonix, ex Clara-  
valensibus hortis ad thronum Pontifica-  
lem elevate. Memoriam gloriosi no-  
minis tui conservat marmoreus tu-  
mulus in choro Rhedonensis Basilicæ  
miraculis celeberrimus. *Fac ut & ego  
merear floris nomen: floreat in me corpo-  
ris & cordis puritas; spargam moribus  
meis odorem bonum coram Deo, Angelis  
& hominibus: color externæ conversatio-  
nis sit sincerus sinè fūco simulationis, &c.*


S. BERNARDUS, s. 3. de Annunc.

Flores  
virtutū  
amat  
DEUS.

*Commendat flores pulchritudo, sua-  
veolentia, & fructus: gratia triplex.  
Te quoque florem reputat Deus, &  
bene*



bene ei complacet in te, si tamen nec honesta conversationis decor, nec bona opinionis fragrantia, nec intentio desit futura retributionis: fructus enim spiritus est vita aeterna.



II. Decembris. 3. Idus.

**B**. DAVID, Monache Hemmenrodensis: quem Florentia Clarævalli, & hæc Monasterio Hemmenrodensi dedit. Relictis profanarum literarum studiis fortiori animo quàm corpore tyrocinium ingressus, ob indolis tenebritudinem à Priore Clarævallis dimissus. *AS.* Cum verò ex itinere reversus, Bern. mellissimus Abbas te ad Monasterii fofusci- res jam per aliquot dies supplicem of- fendisset, de futura sanctimonia tua coelitus instructus, amantissimè susceptum ad emittenda Vota admisit: ac brevè post cum aliis colonis ad construendam Hemmenroden dimisit. *Dirè se affligit.* Omnibus pro miraculo erant afflictationes, quibus tum robustiorum fervorem, tum planè vires humanas superabas. Non impar prodigium fuit precum tuarum efficacia, quibus omnia poteras: quod eo tempore mani-

*Obijt  
anno  
1179.*



*Multa  
precib<sup>9</sup>  
impe-  
trat.*

festum fuit, quo Fridericus Imp. minaces ad vos literas misit, monachis exilium, aut veri Pontificis abjuratorem imperantes. Jámque collectis sarcinulis abituros bono animo esse jussisti, & alteram diem expectare. Nocte illa inter vigiles preces transacta, alius statim nuncius supervenit, per quem tyrannus non solum ab indicta pœna liberos dixit, sed & se solumque Imperium tuis orationibus commendavit. Eandem precum tuarum vim sensit tartareus hostis, quem

*Prodi-  
gia pa-  
trat.*

à possessione iniqua multorum corporum dejecisti. Felicius experti sunt in morborum ærumnis non pauci, quibus emendationem vitæ prius promittentibus sospitatem reddidisti. Quin & vestimentorum tuorum fragmentis tibi pio furto subtractis utebantur pro certissima medicina etiam longè diffusi.

*Solem  
intue-  
tur, o-  
culis  
illæsis.*

Horum prodigiorum maximè admirandum fuit, quod defixi aquilarum more in solem intuitu oculi nihil læderentur, cum tamen per aliquot subinde horas contemplatione rerum cœlestium absorptus, radians illud sidus aspiceres. Lacrymas tamen copiosas ciebat ille splendor, dum nempe gravissima mundi crimina, quibus Divina Bonitas à sceleratis offenditur, ibi de-



ibi descripta cernebas. Recreabaris vicissim, jucunda visione cœlestium gaudiorum: ad quæ tandem meritis & annis plenus die & hora à te prædictis evolâsti. Sacrum funerale pro te oblaturo cuidam suasisisti, ut pro se DEUM precaretur, te enim eo loco esse, ubi mortalium precibus non egeas. Tantus autem prodigiorum numerus *Miracula* quotidie ad sepulchrum tuum fiebat, ut ad satiandam vulgi pietatem, *post* ne quies solita turbaretur, corpus è clauistro in exteriorem Ecclesiam fuerit transferendum. *Sentiam & ego* vim tuarum precum: impetra mihi à Deo *virtutes illas, quibus tu in hac vita abundabas, mihi que ad consequendam felicem mortem sunt necessariae. Expugna impug-* nantes me pessimos hostes mundum, carnem & demonem, ne mihi morienti prædominentur.

B. I D A de Rameya: quæ Nivellis *Obijt* in Brabantia è mediocri fortunæ parentibus orta, mirabili morum simplicitate *anno* ad eò placueras intuentibus, ut *1231.* in quoddam futuræ sanctimonie vaticinium adhuc infantulam passim te appellarent Monialem Teutonicam. Parentibus orbata rudimentum virtutum in paupertate posuisti, famulata quibusdam piè congregatis Virgini-

T t s      bus, quas



bus; quas emendicato per vicos victu aliquot annis penè sola sustentasti. Solitudinis inde & custoditæ devotionis avida advenientibus è Germania Monialibus juncta es, qui tuâ maximè operâ Monasterium Rameyense construxerunt. Quo opere ad finem mi-

*Orando  
obtinet,  
quid  
quid  
petit.*

ra celeritate perducto, non tam cel-  
lam, quàm cœlum habitabas, pennis  
orationis ad intima cœli secreta evo-  
lans: neque ullam patiebaris repulsam,  
sive quis ab ægitudine animi & cor-  
poris, sive gementes in flammis pia-  
cularibus animas liberari rogaret. In-  
solitam aliquando lætitiâ vultu  
præferebas; cuius causam cum cuidam  
moniali secretè aperuisses, intra pau-  
cos nimirum dies te ad Sponsi nuptias

*Illi vi-  
ta pro-  
longa-  
tur.*

evocandam asserens: tanta mœstitia  
omnes invasit, ut in preces prostrata  
DEUM fletibus suis expugnaverint,  
ut tredecim annos vitæ tuæ addiderit.  
Præstolabatur nempe miraculum il-  
lud sanctimonix Beatrix Nazarethana  
magisterium tuum; quæ tuo con-  
sortio ad supremum illum Angelicæ  
puritatis apicem erat provehenda. E-  
rigenda quoque erant ante coronam  
magnanima de infernali hoste tro-  
phæa: quem cum læpius signo crucis  
eminus profligasses, tandem sub anis  
gibbosæ



gibbosæ forma obvium virili manu  
 apprehendens, alapis & pedum ictibus bene saturum jussisti deinceps fanaticos ludos omittere. Urebat miserum tenebrionem tam insignis victoria, sed acrius dolebat ex ardenti charitate, quam extrahendis è peccatorum cæno sceleratis exerebas: quorum de criminibus cœlitus edocta, non prius à subeundis pro eorum conversione suppliciis spontaneis, & fundendis inter lacrymas precibus destitisti, donec iis divinam misericordiam impetravisses. Eadem charitate subveniebas detentis in ergastulo piaculari: atque ut Justitiæ Divinæ sententia in reos illos lata non mutaretur, eorum è Purpuras in te recepisti, quas aliquando per sex hebdomadas tolerasti gravissimas. Hos inter dolores depluebant roris instar in te cœli deliciæ, quas tibi Virgo Mater frequentissimè propinabat, dum speciosum præ filiis hominum sacrati sui uteri partum tuis brachiis implicuit, jussitque cum illo diem festivum agere: à quo etiam rarissimæ felicitatis privilegium obtinuisti: ut anima tua adhuc in vita mortali eo modo cum sanctissima Trinitate per amoris influxum uniretur, quo jam inter sidera receptæ animæ illi

T t 6      junguntur.

*Demonem egregiè verberibus multat,*

*Scele-  
ratos  
conver-  
tit.*

*Liberat  
Pur-  
gatorio  
animas*

*Celesti-  
bus de-  
licijs ir-  
roratur*



Septem  
Dona  
Spiri-  
tus S.  
recipit.

junguntur. Aliàs dum sacro assisteres,  
ex sacramento Pane septem radii in cor tu-  
um dirigebantur, qui illud totidem  
Divini Spiritus donis impleverunt.  
Adveniente tandem optatissima illa  
hora, qua in sponsi thalamum eras in-  
gressura, nullo doloris sensu, sed li-  
quescente præ lætitia spiritu suavissi-  
mè obdormivisti. Illud inter tua post  
obitum prodigia singulare, quod mul-  
tis opitulata fueris, qui dubia tantum  
fide, & quasi sanctimonie tuæ pe-  
riculum facturi tuam opem petebant.  
*Ego nihil in fide hesitans, tuum imploro  
auxilium, & humiliter tibi cor meum of-  
fero: purga illud à peccatorum maculis,  
accende in amore amantissimi sponsi tui,  
& fac ut quemadmodum tu per solum a-  
moris somnum ex hac vita migrasti, ita  
& ego non alio quam Dei amore moriar.*

S. BERNARDUS, s. 3. de Ascens. D.

Divini  
Spiri-  
tus mi-  
ra vis.

Spiritus Jesu, spiritus bonus, spiritus  
sanctus, spiritus rectus, spiritus dul-  
cis, spiritus principalis: Quidquid in  
hoc seculo nequam videtur difficile &  
angustum, leve facit & latum: oppro-  
brium gaudium judicat; despectionem  
exaltationem esse persuadet.

—(S)(O)(S)—

12. Decem-



12. Decembris. Pridie Idus.

**B.** BERNARDE Trejur, Anglica-Passus  
 næ tyrannidis victima: qui non anno  
 prius propugnare desisti orthodoxam 1606.  
 fidem, quam ubi fæva hætoris manus  
 caput detruncavit, animæque viam a-  
 peruit evolandi ad martyrii coronam.  
*Impetra mihi immobilem de singulis Eccle-  
 siæ dogmatis fidem, præsertim in ultimo a-  
 gone, ubi hoc castrum tunc maximè hostis  
 malignus impugnat.*

**B. FRANCO**, Converse Villarien-  
 sis; qui propagandæ fidei Christianæ  
 desiderio Crucis militiæ nomen dedi-  
 sti, comitantibus duobus filiis, eodem  
 sacramento adstrictis. Qui cùm in præ-  
 lio circa Ptolemaidem, primariam  
 tunc Palæstinæ Urbem cecidissent, tu  
 post multas ærumnas tandem patriæ  
 restitutus, armorum genus mutasti  
 quidem, sed laborum pondus longè  
 difficilius suscepisti in seniles humeros,  
 quos nimirum nec inedia quasi conti-  
 nua, nec vigilatæ inter preces pleræq;  
 noctes, nec flagella, sanguine tuo quo-  
 tidie manantia, defatigaverunt. Hila-  
 ri tandem fronte te fatalem mortis  
 ictum excepisse mirum non fuit, cùm  
 emerito militi lætissimum pæana ac-  
 cinuerint.

*Floruit  
 circa  
 annum  
 1251.*

Tt 7

cinuerint.




446 ANNI CISTERCIENS.

cinuerint. Milui & ego nomen in me  
recepisti, sancteque promisti, me Christo Im-  
peratori fore obsequentem: tu fac nescia  
deseram, sed usque ad extremam pugna  
huius mortalis horam munia strenui mi-  
litis obeam.

S. BERNARDUS, s. r. in 8. Pasch.

Victo-  
riam  
dat so-  
lus DE-  
US.

Bene quod natum est ex Deo, vivit  
mundum, ut sit testimonium celestis  
generationis victoria tentationis.  
Quoties ergo tentationi resistis, quoti-  
es vincis malignum, noli proprijs tri-  
buere viribus, noli in te, sed magis in  
Domino gloriari. Quando enim for-  
tis ille armatus tua cederet infirmita-  
ti?



13. Decembris. Idibus.

Vixit B. MENCIA, Priorissa Monasterii  
se vide. B. Castrensis, à cunis avida summa  
tur cir- perfectionis: hanc cum non alibi certi-  
ca ann- us te consecuturam esse sperares, quam  
1400. sub Instituto Cisterciensi, illud ita am-  
plexa es, ut statim in ipso tyrocinii ex-  
ordio, ad eum sanctimonie gradum  
conscenderis, ad quem multi per diu-  
turnos labores vix perveniunt. Diem  
denique



denique felicitatis ex hac vita migrationis  
 cœlesti revelatione cognoscens, in-  
 spectabili Angelicorum spirituum  
 præsentia animam tradidisti in manus  
 Creatoris: apud quem in altiori glori-  
 æ gradu te collocatam esse splendor  
 ostendit, qui per multos post obitum  
 dies è sepulchro tuo prodire visus est.  
*In singula momenta appropinquat, & ve-  
 locissimo cursu mihi imminet dies illa te-  
 nebrarum & caliginis, quæ corporis oculo-  
 los claudet: tu ora, ut non ex tenebris tem-  
 poralibus ad æternas, sed ad lucem im-  
 mortalem transeam.*

B. DIONYSI à S. Bernardo, qui floruit  
 ex natali solo Helvetiæ Romani de circa  
 votionis gratiâ profectus, cum de in- a num  
 stituenda vitæ ratione per multas pre- 1600.  
 ces & lacrymas consilia cum Superis  
 conferres; Divina motus inspiratione  
 Ordinem Cisterciensem sub legibus  
 Congregationis Fulienfis ibidem sus-  
 cepisti: quas tam rigide observasti, ut  
 ob vitæ puritatem, silentii regularis a-  
 morem, & invictam cruciatuum to-  
 lerantiam summæ fueris omnibus ad-  
 mirationi. Effundebas aliquando, ut  
 penè quotidie solebas, in pervigili ora-  
 tione cor tuum ante conspectum Do-  
 mini, desiderio patriæ cœlestis accen-  
 sus: cum de cœlo vocem audisti: Re-  
 nulla


*Oratio-  
 ni fre-  
 quen-  
 ter in-  
 cumbit.*



*Remissa* missa tibi esse peccata, & post dies non  
*sibi pec-* multos impletum iri desiderium tu-  
*cata di-* um. Doce me preces meas eo modo divine  
*vinitus* maiestati offerri, quem tu scis illi esse gra-  
*cogno-* tissimum: ut cum filiali fiducia, & humi-  
*scir.* li resignatione in ejus sanctissimam vo-  
 luntatem necessitates meas illi exponam.

S. BERNARDUS, s. 2. de S. Petr. &c.

*Com-* Discamus de nostra omnino industria,  
*mitte-* magis autem de nostris diffidere me-  
*re nos* ritis, & soli nos Divine protectioni  
*debem* DEI committere, pio quodam mentis affe-  
*provi-* ctu pie intentionis in ipsum, cuius  
*dentia.* datum optimum & donum perfectum  
 est, consummatio felix & mors preti-  
 osa.



14. Decembris. 19. Cal. Januar.

*Floruit*  
*circa*  
*annum*  
 1300.

B. NICOLAE, monache cœnobii  
 B. MARIE de Arcu in Sicilia:  
 qui velut in vita patracione miraculo-  
 rum singularis Amici DEI nomen  
 meruisti; ita post pretiosam mortem  
 eandem virtutem: experti sunt fideles  
 prout suspensæ in loco, ubi sacre sui  
 corporis exuviæ quiescunt, tabulæ lu-  
 culenter testantur. Oraculum divinum  
 est, neminem posse duobus dominis servire:

*tu fac*



*tu fac ut amicitiam cum rebus terrenis rescindam, solumque curem, ut Dei amicus esse merear.*

B. JOANNES, Converse Mona-<sup>floris</sup>sterii Sacrorum Mænium in Hispania: anno qui à juventute prima ad decrepitam <sup>1141.</sup> ætatem in vasta cremo prope quandam sacram ædiculam, Mænia MARIÆ dictam habitans, non alio cibo, <sup>Mira</sup>quàm pane furfureo cum aqua vitam <sup>absti-</sup>sustentasti: unde vulgo *Joannes de pane & aqua* vocabaris. <sup>nentia</sup>Cùm autem Rex Alphonsus locum pro Monasterio aptum jussisset inquiri, Monachi de Scala-Dei in te nutu utique divino inciderunt, placuérque illis & locus, & incolæ. Ædificiis deinde ad fastigium deductis tu jam senex emeritus inter primos fuisti tyrones: prius tamen vitæ, quàm probationis cursum absol-  
visti. Statim verò prodigiorum fama excitavit celebrem populi acclamationem, honore & cultu sancti te hactenus prosequentis. In illa diuturna inedia cœlitus nempe à superna gratia pascebaris. Hanc mihi tu quoque impetra: sicut enim sinè illa miseri sumus, ita per illam nihil non possumus.

S. BERNARDUS, s. de Annunc.


*Nunquid non cibus animæ gratia  
Dei sui?*



450 ANNI CISTERCIENS.

Gratia  
DEI  
cibus  
animar.

Dei sui? Dulcissimus sanè, & omnem habens in se suavitatem & delectamentum saporis: imò verò hac sibi omnia vendicans, non solum delibat, sed & reficit & medetur.



15. Decembris. 18. Cal. Januar.

Floruit  
anno

1227.

B. PHILIPPE, Abbas Monasterii Ottiburgensis in Germania: qui in scholis Parisiensibus literis simul & pietate imbutus, clam parentibus ad Bonam-Vallem te contulisti; & ne genus tuum & opes ex vestibus agnoscerentur, eas in itinere pauperi cuidam donasti, indutus illius centonibus. In tytocium receptus ad eò te probasti, ut post paucos in Ordine transactos annos ad Monasterium Ottiburg vocatus., Abbatem egeris summa laude dignissimum. Insigni præditus eras prudentiâ, cœlitus utique haustâ, in iuvandis illis, qui à maligni suggestionibus premebantur. In quo conflictu maximè suadebas animi demissionem simul & corporis: & non rarò contigit, ut de remedio requisitus, nihil aliud jusseris, nisi ut impugnationem demonis sentiens sese profundè coram Christi



Christi imagine inclinet: quo facto  
sæpe visus est tentator sub tetra aliqua  
specie in fugam se vertere. *Placet &*  
*mibi hoc tuum consilium, quod altius me-*  
*morie imprimam: certum est enim superbia*  
*& spiritum nulla re magis torqueri, quam*  
*humiliare.*

B. BONAVENTURA Lucensis *Obijt:*  
in Italia Episcopo: qui cum gravissi- *anno*  
mas pro defensione Ecclesiasticæ Li- *1294.*  
bertatis æumnas aliquotannis sola  
patientia superasset, persecutorum de-  
nique furori cedens, ad Claramvallem  
confugisti: ubi per insignia sanctitatis  
opera tibi viam ab exilio ad Patriam  
paravisti. Nemo ab hac via aberraret,  
si nos tuo exemplo ducem divinam provi-  
dentiam promptè sequeremur; dum enim  
nos ipsi nobis duces esse volumus, cæcus  
cæco ducatum præstat, & juxta Servato-  
ris sententiam, ambo in foream cadunt.

S. BERNARDUS, s. de Pass. Dom.

Felix, cujus cogitatio omnes actiones *Justitia*  
suas ad Justitiam dirigit, ut & inten- *mode-*  
tio sana sit, & operatio recta. Felix, *atrix*  
qui passiones corporis sui propter Ju- *actio-*  
stitiam ordinat, ut quidquid patitur, *num.*  
propter Justitiam patiatur: quate-  
nus &



452 ANNI CISTERCIENS.  
nus & à corde tollatur murmuratio,  
& in ore versetur gratiarum actio &  
vox laudis.



16. Decembris. 17. Cal. Januar.

Obijt

anno

1187.

Sedit

mens. 1.

dies 27.

Beatissime Pater, dignissime Petri  
Successor, GREGORI: inter Chri-  
sti Vicarios, qui hoc nomen sibi as-  
sumpsere VIII. Alberti nomen tibi  
Cisterciensis Ordo dederat, Alexander  
verò Antecessor Purpuram & munus  
Cancellarii: quo decedente, & sum-  
mam tiaram renuente Henrico, olim  
ex Abbate Clarævallis ad sacrum Car-  
dinalium collegium vocato, te vota  
Patrum Purpuratorum unanimi con-  
sensu Ferrariæ coronaverunt. Non-  
dum Roma erat pacata, & Jerosoly-  
mam Saraceni occupaverant. Tu ve-  
rò Avitæ Sedis recuperandæ curis se-  
positis, pro restituenda Christo hære-  
ditate sua totam Europam per emissâ  
diplomata, & Legatos ad arma con-  
tra Barbaros excitasti. Sed tam egre-  
gios conatus succidit, tunc verè im-  
mitis falx mortis, non integros duos  
menses tam grandi animo susceptis  
negotiis indulgens; quo tamen tem-  
pore vix horam ab expeditione rerum  
summarum



summarum vacuum relinquens, consummatus in brevi, explevisti tempora multa. Integras viginti dies Ecclesia luctui impendit, quem nimirum noverat (ut scriptores insignes loquuntur) sapientia singulari, & vitæ sinceritate conspicuum: virum apprimè facundum, sed vitæ sanctitate, animique integritate præclariorem, immò splendidissimum Christiani orbis lumen, sibi tam immaturè eripi. Nec desunt, qui Martyrii te laurea coronant, qui tuæ migrationi præsentestestantur, solum doctorem amissæ Jerusalem pro telo fuisse, quo cecideris. *Alloquor nunc te corde contrito & humili, Magne Pontifex, S. Ecclesiæ, cuius Caput fueras, verbis: Solve jubente Deo peccatorum meorum vincula: Esto Mediator meus, ad Mediatorem Jesum, ut cum plenaria Indulgentia ex hac vita ad æternam transeam.*

B. HUMBERTUS, Sabaudix & Maurianæ Comes: qui cum ex repetito conjugio nullos tulisses liberos, ut DEUM scriberes saltem ex parte heredem, Monasterium Altæ Cumbæ à fundamentis erexisti, locum tibi paraturus, in quo relictis seculi curis solitaria pietati vacares. Inde tamen à subditis, te plusquam patrem amantibus,

*Eius laudes.*

*Moritur ex dolore afflatus Ecclesiæ & Orientalis.*

*Obijt anno 1201.*



456 ANNI CISTERCIENS.

tibus, ad tertias nuptias revocatus est. Qui postquam natum ex te successorem, læti aspexerunt, redeuntem ad umbram quietis monasticæ, non tamen sine lacrymis dimiserunt. Quod tempus quàm sanctè transegeris comprobavit sepulchrum tuum innumeris prodigiis gloriosum. Merito exaltat metam constant tua inter seculi negotia pietas ad amolendam in actionibus meis eandem regulam, ut unum hoc ubique respiciam, quæ ratione uni Deo gratia fini, quæ vel sponte, vel iubente obedientia sunt agenda.

*Obijt* B. RAINARDE, Archicœnobii  
*hac die* Cisterciensis Abbas, Generalis IV. Si-  
*anno* dus sacri Ordinis te merito dixerim,  
*1150.* sed cui splendorem Sol ille Clara-  
val-  
lis BERNARDUS aspersit. Attu-  
listi ad ipsum ingentes naturæ dotes,  
*Dotes* genus prænobile, raram corporis pro-  
*naturæ* ceri elegantiam, animum rerum sum-  
marum capacem, eloquentiam singu-  
larem conjunctam suavissimæ mo-  
*Gr. gra* rum comitati. His ille ornamentis pro  
*tiæ.* suo more, & in animos dominio, ea  
gratiæ cœlestis munera adjunxit, ut il-  
lud Evangelicum in te transferre pla-  
nè potuerit: Hic est filius meus dile-  
ctus, in quo mihi bene complacui. Il-  
lo deinde Romæ negotiis Ecclesie in-  
südante,



sudante, tertius Cistercii Abbas S. Stephanus successorem designaturus, male electum widonem amoverat; & invocato Mariæ auxilio, te per repetita suffragia ad clavum universalum Ordinis cum latissima omnium gratulatione admovit. Sed & cœlum applausisse huic promotioni Christianus Eleemosynæ Conversus, cum à te Cistercium accerferetur, itinere vidit. Patebant ejus oculis subinde cœlorum intima, in quorum inferiori parte stabat monachorum Cisterciensium hilariter psallentium chorus: in superiore autem totidem Angelici choraulæ alternatis vicibus respondebant. Illis te in splendidissima luce Abbatis instar præsidere conspicebat. Animo nimirum ibi morabaris, ubi te nobile illud consortium præstolabatur: & Principes illi cœlestes te ut præsidem venerabantur, qui Angelis terrestribus tam felici innocentia præeras. Fortasse lux illa quâ splendebas, te præsentabat conservanda disciplina zelum, quo accensus abbatem Alberniæ ob leves noxas, & quas excusare necessitas poterat, amovisti: integro tamen illi Conventui Cistercium propteranti, ac pro suo Patre si publicite non minùs mansuetum ac benignum, quam

*Inter  
Ange-  
los ap-  
paret.*

*Eius  
fervor.*



458 ANNI CISTERCIENS.

*Mori-  
tur  
præce-  
dente  
revela-  
tione.*

quam antè severum exhibuisti. Anno regiminis decimo septimo cùm Filius in Provincia lustrares, morbo resolu- tus ad sedem illam tibi in Patria para- tam evolasti. Eadem verò hora BER- NARDUS in Claravalle cuidam fra- tri loquebatur: qui subito sinè ullo ta- men tristitiæ signo turbatus: Domi- nus, inquit, Cisterciensis mortuus est. Cui quàm indoluerit, mox epi- stola ad Eugenium Pont. quesitum sa- jens: Dominus Cisterciensis deseruit nos, magna plaga in Ordine: mihi ve- rò duplex incumbit mæroris ratio, qui in uno homine & Patrem amisi & fi- lium. *Doce me ita psallere, ut semper me- minerim me stare in conspectu Angelorum & ipsius Divinæ Majestatis, ne me feriat horribilis illa comminatio: Oratio ejus fiat illi in peccatum.*

*Atten-  
tè psal-  
lendum*

S. BERNARDUS. ser. 25. de divers.  
*Ingrediar in locum tabernaculi admi-  
rabilis, usque ad domum Dei? Omni-  
no siquidem oportet nos orationis tem-  
pore curiam intrare cœlestem, illam  
utique curiam in qua rex regum stel-  
lato sedet solio, circumdat<sup>9</sup> innumera-  
bili & ineffabili beatorum spirituum  
exercitu.*

17. De-





17. Decembris. 16. Cal. Januar.

B. LAMBERTE, monache Valcel-*Floruit*  
 B. lensis: qui ob continuum studium *circa*  
 preces D E O offerendi, quarum fami-*annum*  
 liarissima erat Oratio Dominica, vul 1201.  
 gò *Pater noster* appellabaris. Quàm fa-  
 ciles verò aures cœlitum habueris, in-  
 ter alios experti sunt fabricatores ma-  
 chinæ cujusdam molaris, quâ stramen  
 ad saginam porcorum in pulverem te-  
 rebatur. Ex cujus insolito, præsertim *Questiō*  
 Cisterciensibus, quæstu cū vicinos *è medio*  
 emptores offendi audires, ad tollen-*tollit.*  
 dam hanc petram scandali, precibus  
 in cœlum emissis effecisti, ut tota mo-  
 les subitò, quasi fulmine tacta corrue-  
 rit: ratus, minoris æstimandam lucri  
 quàm famæ jacturam. Porcos ego pascō,  
 quoties gula obsequor, & oblatas carnis  
 i'lecebras per consensum quasi deglutio.  
 Tu precibus tuis destrue machinationes  
 tam pravarum cupiditatum, quàm sug-  
 gestionum infernalium.

B. RUDOLPHE, Converse Hei-*Floruit*  
 sterbacensis: qui sicut ad simplicis pie-*circa*  
 tatis legem actiones tuas ubique mo-*annum*  
 derabaris, ita res sacras exacti-*mā re-* 1201.  
 verentiā tractabas. Contigit aliquan-  
 do, ut ex officina ad Ecclesiam prope-

V v

races



460 ANNI CISTERCIENS.


Res sa-  
cras re-  
veren-  
ter tra-  
ctat.

rare, in cuius ingressu cum pro more  
te aqua lustrali aspersurus, videres ma-  
nus tuas a labore fuliginosas, adeoque  
anxiè metueres, ne tali contactu aqua  
contaminaretur, quid agendum esset,  
vox cœlestis te docuit: Cor mundum a  
DEO respici, non manus. Doce me et  
diligentia studere puritati cordis, ut tamen  
exteriolem non negligam: illudque sepe  
revolvere, quod Mellifluus noster dicere  
solebat. Paupertatem amari semper, sor-  
des nunquam.

S. BERNARDUS, c. 19. de cont. mun.

Contē-  
ptus  
exteri-  
orum

Sanè ut exercitij spiritualis & cura  
cordis indicium evidens est contemp-  
tus exteriorum, sic eorundem sollicitu-  
do certum est nihilominus signum  
mentis incultæ: scriptum est enim: In  
desiderijs est omnis otiosus. [Eccl. 22.]



18. Decembris. 15. Cal. Januar.

Floruit  
anno  
1184.

B. PETRE, Generalis XI. Sacri Ordi-  
nis Cisterciensis, doctrinâ religio-  
ne, ac prudentiâ inter clarissimos:  
quod Alexandro III. Concilium La-  
teranense celebrante gloriosè testatum  
fecisti. A Lucio deinde III. confirma-  
tione universalis Exemptionis impe-  
tratâ, ad



tratâ, ad Sedem Episcopalem Atrebatensem vocatus, quam alii laudem reportant ex diuturno, tu ex brevi regimine tulisti. *Frustrâ nempe multos in religione numeramus annos, si bonis operibus vacuos transegimus: de actionibus enim non de annis Deo reddenda est ratio.*

B. WICBERTE Converse in Monasterio Nazarethano: ad quod insignem Sanctimoniâ parentem tuum, <sup>Floruit circa annum 1251.</sup> tam in susceptione religiosi habitûs, quàm virtutum actibus strenuè secutus, ab illo moriente audire meruisti, te de æterna felicitate certum esse cœlesti oraculo, quod paulo ante obitum cognoverat. *In hoc mirabiliter Deus suam nobis Bonitatem commendat, dum infinitos penè modos adhibet ad nos in sui amorem attrahendos: minis absterret à malo: allicit beneficijs ad bonum: quàm rarè tamen sequimur vocantem!*


S. BERNARDUS, ser. 3. de Annunc.

Propterea quater revocat animam, <sup>DEUS animâ sæpius ad se vocat.</sup> quam respicit dicens: *Revertere, revertere, &c. [Cant. 6.] Quò videlicet nec in peccandi consuetudine, nec in conscientia peccatorum; sed nec in tempore & torpore ingratitude, aut in elationis cecitate persistat.*

V V 2

19. Decem-





19. Decembris. 14. Cal. Jan.

Fl. circ. B. JOANNES BAPTISTA, Mo-  
 annum nache Clarævallis: qui singularem  
 1220. pietatis affectum fovebas in animo tuo  
 o erga Domini Præcursores, quod il-  
 la die in hanc mortalem lucem prodie-  
 ris. Sacro deinde Ordini mancipatus  
 S. Joā- miro mentis jubilo decantabas, quid-  
 nem quid ad ejusdem Divi honorem refere-  
 Baptif. batur. Erupit hic aliquando ignis a-  
 colinde- moris ex abundantia devotionis, dum  
 vorè. Zachariæ Canticum in choro modu-  
 labaris: Guilielmus enim, notæ sancti-  
 moniæ monachus, luculentas flamma-  
 mas de capite tuo cœlum versùs vidit  
 ascendere. De cujus causa à Priore Si-  
 gero rogatus, retulisti: te eo tempore  
 optasse, ut inter cœlestes spiritus con-  
 stitutus, Angelica voce DEUM lau-  
 dare posses. *Verè ignis est pia & fervens  
 oratio, quem calorem utinam frigidum cor  
 meum experiri mereatur!*


Floruit B. MENGSE Converse Hem-  
 anno menrodensis, qui mirabili tua obedi-  
 1185. endi promptitudine ostendisti, sacram  
 Obedientiam tenere imperium vitæ &  
 mortis Post diuturnos in coquina ob-  
 sequio labores, exerrante à destinato  
 ictu securi, letale tibi vulnus infixeras,  
 quod



quod cum te jam ad extrema rede-  
 git, & pius Abbas Gisilbertus ad iter in  
 Cistercium esset accinctus, manda-  
 tum ab eo accepisti, ne decederes, do-  
 nec ille reverteretur. Jamque redux ex-  
 teriorem Monasterii portam subierat, ad vitam  
 cum tu spiritum reddidisti. At ille ac-  
 currenste denuo vivere jussit, ac post  
 auditam narrationem de spectata glo-  
 ria cœlesti, iterum moriendi latissi-  
 mam copiam fecit. Si mens humana fi-  
 nē gratiæ lumine sibi relinquitur, fatali  
 cecitate laborat. Sed huic miseriæ nostræ  
 medatur Obedientia: quam qui clausis pro-  
 priæ voluntatis oculis sequitur, à cœlo ab-  
 errare non potest.

S. BERNARDUS, l. 4. in die Palm.

Hierusalem Visio Pacis dicitur; ad  
 quam tunc rectā & regiā viā pergi-  
 mus, si per Confessionis puritatem, per  
 Obedientiæ humilitatem, & per Mife-  
 ricordia sublimitatem incedimus.



20. Decembris. 13. Cal. Januar.

B. PETRE Monache Savigniacensis Circa  
 Monasterii: qui vigilantia indefes-  
 sâ hoc unum agebas, ne vel levissima  
 macula puritatem cordis offenderet: 1172.

V v 3

& cum



464 ANNI CISTERCIENS.

& cum fortasse inutilis aliqua cogitatio obreperet, sine mora in te severe

*Consciē-* animadvertens ad sacrum properabas  
*tiē pu-* tribunal, & quasi grande scelus admi-  
*ritati* sisses, cum gemitu & lacrymis te hu-  
*studet.* millimè accusabas. Cujus in conscien-  
tia tua teneritudinis non ignarus S.

Aymo, quo moderatore utebaris, post  
*Glorio-* felicem tuum obitum extra se raptus;  
*sus ap-* te inter cœli cives singulari splendore  
*paret-* decoratum vidit, audivitque, eum  
gloriæ gradum præmium esse tuæ in  
conservanda puritate diligentiae. Sis  
*mihī hęc gloria tua stimulus ad te imi-*  
*tandum. Brevis est & jucundus labor,*  
*merces verò eterna.*

*Floruit* B. MARIA, Couversa Eboracen-  
*anno* sis in Lusitania, quæ exclusis ab ani-  
*1500.* mo tuo terrenis amoribus, cortotum  
uni DEO junxisti: in cujus charitate  
absorpta summas delicias invenisti in  
tuimet contemptu & afflictionum to-  
lerantia. Qua egregia pietate quida-  
pud Superos merueris, tum in morte  
patuit, quam hilari & ad omnem laci-  
tiam composito vultu appetiisti: tum  
aliquot post eandem annis, dum exa-

*Odorem* perto sepulchro tuo peregrinæ fra-  
*è sepul-* grantiæ odor emanavit, qui continu-  
*chro* ato prodigio in hodiernam usque di-  
*spargit.* em ibidem perseverat. *Erubescō simul*  
*ac de-*



ac deploro tam diuturnam cordis mei duritiam, quod post accepta & agnita tam ingentia à Deo beneficia in eo amando tam rudis adhuc & frigidus sim. Tu esto mihi magistra amoris, & ita me instrue, ut nihil præter Deum amem.

S. BERNARDUS, l. 3. de Ascens. D.

Quis sufficiat cogitare, quomodo re-  
rum Dominus præveniret nos, vene-  
rit ad nos, subveniret nobis? & sin-  
gularis illa Majestas voluerit mori, ut  
viveremus; servire, ut regnaremus;  
exulare, ut repatriaremur; & ad  
servilissima opera inclinari, ut consti-  
tueret nos super omnia opera sua?

Christi  
in nos  
benefi-  
cia.

21. Decembris. 12. Cal. Januar.

B. THOMA, Monache de Arnisburg Floruit  
in Germania: qui cum ex Divorum anno  
historiis non raro didicisses, quod Pu- 1121.  
rissima Coelitim Regina devotis fa-  
mulis se in augusta specie spectandam  
obtulerit, parem ab ea flagitasti favo-  
rem. Nec displicuit illi simplex desi-  
derium. Cum enim quadam nocte  
nullum oculi tui somnum admitte-  
rent, in pomerium descendens duas  
primum splendentis elegantiae Virgi-

VV 4

nes audisti



466 ANNI CISTERCIENS.

Canen-  
tem au-  
dit B.V.

nes audisti cantantes: quas secuta est ipsa, ad quam anhelabas Mundi Domina radiis supra solem rutilantibus noctis tenebras dispellens, quæ concinentibus plenissimo choro Angelis talem edidit cantum, ut ob illius dulcedinem deficiente corde in terram corrueris. In quo corporis situ cum in aurora semivivus inventus esses, atque ad infirmorum cellam deportatus, resumptis denique viribus, narrasti stupentibus, quid illa nocte fueris expertus. Sed & per reliquam vitam nec illud spectaculum nec in Misericordiae Matrem pietas è memoria tua evanuit. *Venerabile nomen Mariæ à multis retrò seculis solatio fuit afflictis. Docemur illam tua devotione venerari, etque ita famulari, ut vel illa sola precum nostrarum verba exaudiat, quibus oro, ut mihi succurras in hora mortis meæ.*

Floruit  
circa  
annum  
1140.

Devotè  
preca-  
tur.


B. JOANNES, Converse Grandissylvæ, singularis cliens Deiparæ Virginis; cujus Angelicam Salutationem cum juxta consuetas in Ordine Conversorum preces per diem sæpius repeteres, omnem adhibuisti conatum, ut nunquam sinè pia mentis ad illam elevatione pronunciares. Non voluit esse posteris ignotam hunc tuum laborem. Nam è tuo post obitum tumulo



tumulo liliū pullulavit, in cujus fo-  
 lis auro picta apparebant dulcia illa  
 verba: AVE MARIA. Sit cor me-  
 um tale liliū, sit etiam lingua radix hu-  
 jus floris: quæ gratos orationum fructus  
 germinet & offerat Virgini Matri. O quot  
 causas habemus ipsam toto mentis affectu  
 venerandi!

S. BERNARDUS, Jer. Signum mag.

De plenitudine ejus accipiunt universi: Omnia  
 captivus redemptionem; ager curatio- implet  
 nem; tristis consolationem; peccator Mariæ  
 veniam; justus gratiam; Angelus lati- pleni-  
 tudinem; denique tota Trinitas gloriam;  
 Filij persona carnis humanæ substan-  
 tiam: ut non sit, qui se abscondat à ca-  
 lore ejus.



22. Decembris. II. Cal. Januar.

BADAM Monache de Luka: qui te-  
 neros pueritiæ annos amori Mag-  
 næ Matris Deiparæ consecrasti illi vi-  
 cissim salus tua cordi fuit; quod ipsa  
 dulci spectaculo tibi dignata est de-  
 monstrare. Cum enim fæda capitis  
 impetigo omnem medicorum indu-  
 striam diu clusisset, vera Salus infir-  
 morum, cincta Virginum choro in

VVS Ecclesia

Liliū  
 prodi-  
 giosum.

Omnia  
 implet  
 Mariæ  
 pleni-  
 tudo.

Floris  
 anno  
 1213.



*E. V. eū  
à mor-  
bo libe-  
rat.*

Ecclesia illa spectandam se obtulit, in qua eam ter quotidie Salutatione Angelica venerari consueveras: suggessitque remedium, quod morbum depelleret: quin etiam manu capiti tuo imposita, liberum deinceps ab omni dolore capitis asseruit: suasit denique, ut in dilecto sibi Ordine Cisterciensi Domino famulareris. *Nemo frustra ad sacratissimam Virginem manus levat, praeserim puras: neminem à se repellit, sed de thesauris gratiarum copiosè largitur supplicibus.*

*Floruit  
anno  
1300.*

**B. ROBERTE**, Episcopo Sylva-nectensis, ex Monacho Caroli-Loci assumpte ad eam dignitatem: ornavit illa te diademate Pontificio, tu vicissim illam decorasti vitæ innocentia, demissione animi, cæterisque monasticæ disciplinæ virtutibus, quas vera Præsulum ornamenta esse pluribus annis in te Pastore agnoverunt oves concreditæ. *Veluti vitia omnem quantumcunque ornatum dehonestant, ita virtutes rebus vilissimis pretium addunt. Tu doce me vitam meam sic instituere, ut majorem adhibeam curam pietatis, quam favoris humani.*

**S. BERNARDUS**, s. i. de S. Petr. &c.

*Putas, parva res est vivere? Magnum ali-*



num aliquid, imò maximum est. Non <sup>Vita ve</sup> vivit, qui superbiâ inflatur, &c. quo- <sup>ra quæ?</sup> niam non est hoc vivere, sed vitam confundere. Bonam autem vitam ego puto, & mala pati, & bona facere, & sic perseverare usque ad mortem.



23. Decembris. 10. Cal. Januar.

23. Decembris. 10. Cal. Januarii.

**B** JOANNES Cirita: qui post acceptum grave in bello vulnus, baltheum militare simul ac mundi amorem exuisti, adversus aëreas potestates deinceps pugnaturus. Et primo quidem conflictu parum absuit, quin rudi adhuc tyroni extorsisset victoriam fraudulentus lanista, nisi coelum tulisset suppetias. Fæminæ enim tectus vultu, admissum adulterium fictis lacrymis detestantis, sese insinuaverat sub tectum, sed quod infernali flamma erat adusturus. Titubare jam animum paulatim senseras, sed nondum precipitari in ruinam. Itaque novum Scævola acturus brachium sinistrum, igni, quem in hospitis gratiam excitaveras, tam diu immerxisti, donec ossa carne nudarentur. Venerem scilicet, non te urebas, quod larya illa proti-

Obijt  
anno  
1164o

A da-  
mone  
gravi-  
ter ten-  
tatur:

sed vi-  
ctoriã  
repor-  
tas.

V 7 6

mus eya



*Cenobi-  
nicam  
vitam,  
ut secu-  
riorem,  
ample-  
ctitur.*

*Pro-  
phetico  
spiritu  
claret.*

*Mori-  
tur ex-  
sultans*

nus evanescens, & horribilis circa cel-  
lam devictorum hostium ejulatus te-  
stabatur. De copiis auxiliaribus dein-  
ceps sollicitus, te duobus in Eremo se-  
nibus, ac deinde transmissis in Hispa-  
niam Monachis Cisterciensibus so-  
ciasti: quorum institutione cò perfe-  
ctionis progressus es, ut se felicissimos  
æstimaverint sub tuo imperio. Quod  
præter innumera alia prodigia celebri  
fama inclaruit vaticinio, quo Lusita-  
niæ Reginæ, jam diu sterili, heredem  
promisisti, & cum eadem lætus aspe-  
xisti. Hic fuit ille Magnus Alphonsus,  
quem nulla non historia meritissimis  
encomiis prosequitur. Verùm prægus-  
tatam olim beatæ solitudinis felicitatem  
imminenti morti præmissurus, ac  
curas hujus mortalis vitæ seposuisti, ac  
diem ultimum, jam cœlitus cognitum  
Ambrosiano carmine *Te Deum lauda-*  
*mus*: clausisti: eundem jubilum inter  
Angelos mox æternùm continuatu-  
rus: cui meritò accinebant in terris  
afflicti, variis à te jam in cœlis beato  
beneficiis donati. Quàm plena pericu-  
lis ac fraudibus sit nostra cum hoste infer-  
nali lucta discere possum ex tua victoria,  
tu illius nequissimos insulsus heroico illo  
brachio tuo dissipas, illâ præsertim horâ:  
quâ cum illo de tota æternitate erit decer-  
tandum.

B. GODF.



## XXIII. DECEMBRIS. 471

B. GODEFRIDE, Monache Heisterbacensis: qui post exantlatos in pulvere scholastico labores, & exinde obtentum Canonici Coloniensis honorem, in hoc uno & universalilegis æternæ canone jam canus hæstisti: *Moriendum esse.*

Quem ut tibi redderes favorabilem, arctioris disciplinæ Canonice inter Monachos antea vitam circumscribere decrevisti, magno quidem animo tyrocinium ingressus, sed quem totius pietatis hostis per varia molimina labefactavit. Jámque persuasisset regressum, nisi pius commilito, B. Cæsarius, te ad sacrum Codicem duxisset. In cujus fortuita apertione cum illa psalmi verba occurrerent: *In me psallebant, qui bibeant vinum: non malus hujus canonis interpret prudenter elegisti, cum Angelis in terra cœloque psallere, quàm cum insanabili rubore commessantium in tabernis vulgaris fabula fieri, si ad prioris vitæ normam redires. Ita resumpto fortiter animo talem sortitus es piæ mortis felicitatem, quali utique nunc æternum fruëris. Si hanc moriendi regulam, à qua nulla exceptio est, sæpius in consilium admitteremus, quàm salutaria suadentem audiremus: suaderet utique non otium, non ventris curam, non alia*

*Floruit circa annum 1190.*

*Senex monachus induit.*

*Tentationem vincit.*




vitia, sed Dei timorem, fervorem in divinis, aliisque, quæ terrorem legis hujus mitigant.

S. BERNARDUS, s. de S. Joan. Bapt.

Judici-  
um Dei  
præve-  
nien-  
dum

Accendamus ad poenitentiam, Fratres; interrogemus conscientias nostras, & animemur ad ultionem exigendam de nobis, ut horrendum possumus evadere judicium Dei. Quidquid verò minus est fervoris, humilitas suppleat puræ confessionis.



24. Decembris. 9. Cal. Januar.

Floruit  
circa  
annum  
1218.

B. ANASTASIA, Monialis Ramensis: cujus innocentiam, ac præsertim invictam in doloribus patientiam, cum B. Ida Nivelensis haberet perspectam, tibi ex hac vita migraturæ injunxit: ut, si Divina voluntas permetteret, illi post mortem aperires, quem locum in altero orbe fueris sortita. Quod statim præstitisti, illi appa-rens in veste purpurea, & quatuor gemmis caput cingentibus: illique exposuisti, hunc ornatum vestis tolerantia præmiū esse, gemmis verò designari quatuor primarias virtutes, quibus in altiori gradu fueris instructa.

Appa-  
ret glo-  
riosa.

Damnaremus



XXIV. DECEMBRIS. 463

*Damnaremus utique ignaviam nostram,  
quā manibus pedibusque refugimus &  
amovemus, quidquid nos vel leviter affli-  
git, si patientiæ mercedem, æternam nempe  
in cælo gloriam aliis consideraremus.*

B. HILDEBRANDE, Hemmen-<sup>Floruit</sup>  
rodenſis Converſe: qui tranſiturus de <sup>anno</sup>  
hujus vitæ laboribus ad meritam in <sup>1213.</sup>  
cælo requiem, longinqui illius in æ-  
ternitatem itineris duces habuiſti lon-  
gè nobiliſſimos. Cùm enim circa mo-<sup>Ange-</sup>  
ribundi lectulum pro more candidis <sup>los vi-</sup>  
induti cucullis Monachi conſiſterent, <sup>det mo-</sup>  
aliam è regione candidatam cohortem <sup>riens.</sup>  
vidiſti, quæ animam tuam ſub pul-  
cherrimi puelli ſpecie ad ſidera depor-  
tabat. Tu jam inter candidatos illos felix,  
& ab omni metu mortis ſecurus, ſuccurre  
mihi in illis anguſtijs, in die illa tremen-  
da. Ora ut lacrymarum lavacro emun-  
dem animam meam, dignamque efficiam,  
quam Angeli ſuſcipiant.


S. BERNARDUS, ſ. 1. in Paſchate.

*Eſt Baptiſmus aliquis in compunctione*  
*cordis & lacrymarum aſſiduitate.*  
*Baptiſmi enim Sacramentum, quoni-*  
*am iterare non licet, his qui ſæpius in*  
*multis offendunt, frequenti oportet*  
*ablutione ſuppleri.*

Lacry-  
ma ſunt  
alter  
Baptiſ-  
mus.

25. Decem-





25. Decembris. 8. Cal. Januar.

**S. Ber-** **O** Magneticum sancti amoris illici-  
**nardo** um, o inexhaustum charitatis Di-  
**septen-** vinae pelagus, P A R V U L E J E S U!  
**ni ap-** Qui ante secula genitus, miseris inde  
**paret** mortalibus in paupere stabulo natus  
**Christi** ante septem prope ac decem secula;  
**Nati-** denuo autem dilectissimo tuo B E R-  
**uitas:** N A R D O, amans amanti, parvo par-  
**anno** vulus, dulcissimum Cunarum specta-  
**1097.** culum, sexto abhinc seculo exhibuisti.  
 O gaudia! o noctem supra mille so-  
 les illustrem! Quæ vel Angelica lin-  
 gua depingat amabilissimæ scenæ de-  
 licias? Poteras tunc verè cum sponsa  
 cantare, dulcissime B E R N A R D E:  
 Ego dormio, & cor meum vigilat.  
 Occluserat placidus sopor castissimas  
 palpebras, sed intrà præcordia radians  
 Divinum jubar tenebras omnes exclu-  
 serat. Vagiebat coram oculis tuis in-  
 ter paleas Candidus & Rubicundus  
 Pusio, ille electus ex millibus: fovebat  
 pauperulis pannis rigentia membra  
 Regina Mater: Virgineus Sponsus præ-  
 miraculi magnitudine liquecentem  
 animam penè per lacrymas effunde-  
 bat: occupabant cœlestes ephebi obse-  
 quia, quæ homo ingratus contempse-  
 rat. Quàm



rat. Quàm dulces inter hæc, quàm ignei mentem tuam affectus concusserint, quantæ voluptatis torrens teneri cordis tui medullas inundaverit! Ex hoc nempe favo bibisti cœlestia mella, quæ deinceps universo terrarum orbiteras propinaturus, seu lingua seu stylo, utroque incomparabili. *At ego nimis imperitam manum moveo de tabula, & ad te, ô felix Jesu nascentis amator ac spectator Bernarde, me convertio. Esto interpres meus ad Jesum, non jam iacentem in præsepio, sed in majestatis suæ gloria residentem: unica est, quam per te peto, Misericordia, in quâ me ab illo fac, ut suscipiar, cum anima mea per corporis mortem nascetur eternitati.*

B. EULGO, qui ex Abbatiali sede Monasterii Florentiensis ad thronum Archiepiscopalem Tolosanæ Ecclesiæ translatus, hæresum fraude & Comitibus persequia extinctum veræ Religionis cultum magno animo ad pristinum vigorem revocasti: adductis in auxilium tum Principum Orthodoxorum armis, tum claris sanctimoniâ viris: inter quos Divum Dominicum, Innocentio Pontifici commendasti, ejusque alumnos velut proprios filios fovisti. Post gravissimos tamen labores furori Comitum cedere coactus, excusso in urbis

Obijt  
anno  
1236.

Fidem  
ortho-  
doxam  
promo-  
vet.



## 466 ANNI CISTERCIENS.

*Evcha-  
ristiam  
è manu  
hereti-  
corum  
eripit,*

*quã ei  
sacrifi-  
canti  
colūba  
porri-  
git.*

urbis incolas pedum pulvere Brabantiam petiisti, uno contentus thesauro Dominici Corporis, quod in exilii solatium, & ne à perditorum hominum petulantia violaretur, tecum asportasti. In iisdem partibus cum aliquando Sacrum offerres, & vi contemplationis absorptus diu circa sumptionem stares immobilis, visa est candida columba, quæ sacratissimum pignus rostro prehensum, ori tuo immisit. Reflorescente diu expectata cum Tolosæ pace ad propria redux, ipsum Comitem innumeròsque alios ab erroribus reductos gregi Catholico restitui. Finem denique & vitæ & laborum adesse sentiens ad Monasterium Grandimontense concessisti, ut ubi primum religionis spiritum hauseras, ibi eundem redderes Creatori. *Natum est hodie nobis Verbum Divinum. Tunc fac, ut illud quoque nascatur in corde meo: ut illud in SS. Eucharistia vera & constanti fide humiliter adorem: hereticorum circa divinam veritatem errores detestor, ac denique moriturus piè in viaticum eternitatis suscipere merear.*

*Floruit  
anno  
1300.*

B. LUCIA, Spinosi-Loci ad Montes Hannoniæ Priorissa, quæ verè mundo mortua solo spiritu vivebas: in victis parcitate & afflictionibus ultrò sus-



trò susceptis omnibus eras pro miraculo. Morum modestia Angelum carne indutum repræsentabat: animi perpetua æquabilitas virile quidpiam spirabat: DEUM denique tibi intimè conjunctum prodebant, Seraphici amoris affectus, quibus ad ultimam vitæ horam indefinenter ardebas. Utinam & ego cum Parvulo Jesu renascer, illi deinceps soli vivam, mundo & concupiscentijs ejus plenè moriar. Exorabilis est parvus ille Sponsus tuus, tu precare illum, ut quod ego suspiro, ille misericorditer in me perficiat.


S. BERNARDUS, ser. 7. de XL.

Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. <sup>Mors spiritalis.</sup> Mortuus, si desit etiam sepultura, non sentit: sic vituperantes, ut laudantes, sic adulantes audit ut detrahentes: imò verò nec audit, quia mortuus est. Omnino felix mors, quæ immaculatum servat, imò penitus alienum facit ab hoc seculo.



26. Decem-





26. Decembris. 6. Cal. Januar.

Floruit  
circa

1279.

**B. OBERTE**, Converse Hemmen-  
rodensis: qui vitæ stadium partim  
in supportandis aliorum ærumnis, an-  
nis enim triginta ægrotis serviebas,  
partim in tuis percurristi, dum ulti-  
mos viginti annos lectulo affixus, in-  
victum animi robur, quod diu satis in  
patientia schola didiceras, usque ad  
ultimam horam conservasti: quæ cum

*Patientia pre-  
mium illi in  
cælo promit-  
titur.*

jamjam immineret, aliquam diu ita so-  
poratus jacebas, ut mortuus esse crede-  
reris. Sed subito exprorectus: Quid hic,  
ajebas, moror, tristis nimium est can-  
tus vester, jam latiorē audivi, illuc  
propero ad recipiendam mercedem  
pro tolerantia mea, quam Divo Ste-  
phano parem fore, mihi **DEUS** pro-  
misit. Quibus dictis, suaviter caput re-  
clinans obdormisti. Si vitam hanc di-  
xero militiam, pugnandum est: si ier, cur-  
rendum per spinas & tribulos: si stadium,  
sudandum: ubique labor: non coronabi-  
tur nempe, nisi qui legitime certaverit.

Floruit  
circa  
annum  
1300.

**B. DANIEL** Monache Villarien-  
sis, qui etiam inter negotia officio-  
rum, quæ varia administraveras, sem-  
per oratione seu vocali seu mentali pia  
cum **DEO** miscebas colloquia. Aspi-  
rabas.



XXVI. DECEMBRIS. 469

tabas olim ad secularem militiam, sed  
gravis morbus salubriora te docuit ar-  
ma capere, regularis disciplinæ, qui-  
bus cælum feliciter expugnasti; emissio  
inter precandum spiritus. Non malè o-  
ratio à quibusdam clavis cæli appellatur,  
quæ thesaurus gratiarum aperitur. Sed  
auream esse oportet, divino fulgentem a-  
more, humili in Deum fiducia, & perse-  
verantia. Tu me hoc modo doce orare.

S. BERNARDUS, ser. 5. in XL.

Nos quid oremus sicut oportet, nesci-  
mus: sed miserator ille supremus igno-  
rantiam nostram benignè suscipiens, Oratio  
nulla  
infru-  
ctuosa.  
quod nobis aut omnino non est utile,  
aut non tam citò dari necesse est, mini-  
mè tribuit; oratio tamen instructuosa  
non erit.



27. Decembris. 6. Cal. Januar.

B. MARNOCHE, Abbas in Hiber-  
nia: qui solis occidentis instar po-  
stremis sanctimonix radiis per mira-  
cula tam in vivis quàm post obitum  
patrata, Insulam illam perstrinxisti.  
Eo enim tempore, quo sacra ossa tua  
honoratiori sepulchro sunt condita,  
erupit ex avernali specu sæva hæresis,  
sub cuius

*Floruit  
circa  
annum  
1550.*



470 ANNI CISTERCIENS.

sub cuius detestabili iugo hucusque gemit Hibernia. Tu ora, ut verum fidei lumen nunquam occidat, sed me comitetur ac perducatur ad lumen æternæ gloriæ, in quo tu nunc feliciter letaris.

Obijt

anno

1353.

B. GOSWINE, Loci S. Bernardi prope Antverpiam Abbas: qui licet summis infimisque ob insignem pietatem charus & venerandus esses; non tamen defuit ex propria domo, qui solam ambitionem virtutibus tuis opponens subreptitio Principis favore te de dignitatis gradu pelleret. Quam injuriam tanta mentis tranquillitate tulisti, ut præter te & incubatorem illum nemo sibi temperaret à lacrymis. Sed non potuit invidia præcludere viam ad coelum, cui te sanctimonia tua inseruit. Experimento proprio didicisti, ac docuisti, quàm pleni dolis & fraudibus sint mundi huius favores. Felix qui se imitatur, & firmiter radicus in Dei amore, vel fugâ declinat, vel patientiâ superat ejus tyrannidem.


S. BERNARDUS, ser. 5. de Ascens.

Mundi  
insidia.

Undique se ingerit amor mundi, cum consolationibus, imò desolationibus suis observat aditus, per fenestras irrumpit, mentem occupat: sed non ejus, qui dicit: Re-



*cit: Renuit consolari anima mea: me-  
mor fui Dei, & delectatus sum.*



28. Decembris. 5. Cal. Januar.

**B** MARGARITA, dicta Jeroso-<sup>Obijt</sup>  
lymitana, quod in ipso Christi Ser.<sup>anno</sup>  
vatoris natali solo à Matre illuc pere-<sup>1214.</sup>  
grinationem instituyente, progenita fu-  
eris: quam terram trigesimo ætatis an-<sup>Simu-</sup>  
no revisens, ut integritatem pudoris<sup>lat vi-</sup>  
conservares, militibus Christianis jun-<sup>rum.</sup>  
cta virum te simulasti. Fidem fecit mi-  
litaris audacia, cujus specimen vulnus  
ostendit, quod in fronte acceperas. E  
variis deinde periculis bis tæque capti-  
va ope Matris Virginis non sinè pro-  
digis erepta, & auxilio Mercatorum  
Hispanorum in Gallias reversa, Fra-  
trem Germanum, in Fonte-Frigido  
monachum invenisti: cujus consilio in  
Cisterciensium Virginum consortio  
reliquum vitæ in celebri sanctimonia  
transegesti. Non est necesse in regionibus  
longinquis querere pericula, circumval-  
lant nos pessimi salutis nostræ insidiatores.  
Tu roga meo nomine Mariam, ut tanquam  
acies ordinata suam mihi opem non dene-  
get: illa protegente perire non possum.

**B. VIOLANTIA; Coaversa Lu-Fl. añ.**  
sitaniæ;



8590.

*Mini-  
morum  
defe-  
ctuum  
curam  
agit.*

*Angeli  
accinui  
mori*

sitania; quæ ad conservandam animi corporisque innocentiam, præter diligentissimam minimarum noxarum cautelam, & continuum pœnitentiæ rigorem, certissimum invenisti præsidium, in precibus, quas admirabili pietatis fervore coram SS. Eucharistia in multas sæpe horas extendebas: Quin denique in eadem devotione purissimum spiritum emisisti: accitis Monialibus cantu Angelico, quem nihil tale cogitantes audierant. Doce me diligenter ac sollicitè inquirere in quodidianos & frequentiores meos defectus, eosque pro viribus extirpare. Sicut enim qui spernit modica, paulatim decedit in majora: ita cavens minora, vix unquam in graviora labetur.


S. BERNARDUS, ser. in Cena Dom.

*DEUS  
minora  
pecca-  
ta per-  
mittit,  
ad nos  
humili-  
andos*

De minoribus istis peccatis piâ nobiscum dispensatione agitur, ut non penitus auferantur, sed in illis nos erudit at Deus, ut cum minima cavere non possumus, certi simus, quod non nostris viribus majora superemus, semperque timorati ac solliciti simus, quomodo ejus gratiam non amittamus, quam nobis tam multipliciter necessariam esse sentimus.

29. Decem.





29. Decembris. 4. Cal. Januar.

S. THOMAS, Archiepiscopo Cantua-Passus  
 riensis, & fortissime pro Ecclesiasti-anno  
 ca Libertate Martyr. Utriusque glori- 1170.  
 æ vaticinia prævidit nobilis mater tua,  
 gente Syriaca, & parentem tuum ibi  
 captivum Fidei Christianæ amore per  
 fugam secuta in Angliam. Hæc cū *Ejus*  
 te in utero gestaret, visa sibi est ingens *natales*  
 flumen eniti, simulque septem stellas *præce-*  
 intra viscera recipere. Omen exposuit *dunt*  
 subsequens in cunis ostentum; in qui- *vatici-*  
 bus eadem te aspexit locò candidæ sin- *nia.*  
 donis purpureo panno involutum,  
 tam laxo, ut ultra Europam crederet  
 extendi. Libatis artium liberalium stu-  
 diis, jam utroque orbus parente, inter *Libera-*  
 venationis ludos accipitrem in flumi- *tur è*  
 ne periclitantem liberaturus, ipsemet *vite*  
 vortice raptus, impetu ferebaris ad *pericu-*  
 molam, certo interitu, nisi rota per  
 vim arcanam stetisset immobilis, fuis-  
 setque pro scala, quâ ex procellis eva-  
 deres. Deinceps à Theobaldo Cantu-  
 ariensi Archiepiscopo in familiæ suæ  
 Procuratorem adoptatus, indolis can-  
 dore, & in tractandis negotiis dexteri-  
 tate adeò placuisti, ut te ad altiora na-  
 tum judicans, Henrico Regi pro meri-

X x

te com-



to commendaverit, qui Cancellarii munus in te conferens, æmulorum in te excitavit invidiam. Duo in te vitia reprehendebant, Urbanitatem & Liberalitatem: sed utramque cum Rex meritò pro virtute acciperet, te in Veneris castris clandestinè militare criminabantur. Et deprehensum te jam-jam gloriabantur, quando nimis seduli exploratores lectulum tuum noctu vacuum invenerunt: at postquam te in nuda humo dormientem, & dorsum recenti verberum dilanatione livens aspexere, invidiâ in venerationem versâ, tam disertis virtutum tuarum fuere præcones, ut mortuo Theobaldo totius Insulæ suffragiis te Rex ad primariam regni sedem promoverit. Fuit Alexandro Pont. ea res longè gratissima: cujus auctoritate fretus te prope-modum unus iniquis Henrici legibus contra Immunitatem Ecclesiasticam latis opposuisti. Contrà ille tum primis insanix motibus agitatus, ne reliquum Angliæ Clerum intra justitiæ limites auctoritate tua continere posses explosâ ad Alexandrum Appellatione, ad carceres duci jussit. Sed tu ope divina ex tyranni manibus elapsus, mari transmissus Gallix portum subiisti. Quo cognito Rex in Franciam Romanamque

*Gravicalum-  
nia im-  
petitur*

*sed in-  
nocens  
inve-  
nitur.*

*Eligi-  
tur Ar-  
chiepis-  
copus  
Cantu-  
aria.*

*Disce-  
dit ex  
Anglia*



māmque Legatos misit, sed adeò ab-  
 surdè infacundos, Iut te etiam tacente  
 seipfos in utroque tribunali condem- *Romæ*  
 narent: & in Purpurato quidem Sena- *causans*  
 tu tanta verborum energia causam tu- *agit.*  
 am perorāsti, ut nec ipse Pontifex à la-  
 crymis se contineret: quin imò annu-  
 lum Pontificium ad ejus pedes deposi-  
 tum è vestigio restitueret. Te interim *Ponti-*  
 Guicardo Pontigniacensium Abbati *niaci*  
 commendavit: donatâ in singulare *habitū*  
 benevolentiae munus Cuculla Cisterci- *Cister-*  
 ensi, quâ te Abbas Monachum inau- *ciensenz*  
 guraret. Deprimebas summæ digni- *induit.*  
 tatis fastigium infra tyronum vilita-  
 tem, psallentium omnium primus, in  
 contemplatione rerum divinarum as-  
 fiduus. Gestabas asperam ad nudum *Cilicidē*  
 corpus vestem, ex pilis equinis contex- *reficit,*  
 tam. Quæ cum usu diuturno detrita *juvan-*  
 penè difflueret, tu verò ut artis sartoriæ *te B. V.*  
 imperitus nolles hoc arcanum per ar-  
 tifices prodi, non est dedignata Coeli-  
 tum Regina adesse spectabilis, & pio  
 labori sacratissimas manus commodare.  
 Hoc ipsum prodigium alio con-  
 firmatum est, cum tibi in Angliam re-  
 verso per Sacerdotem quædam man-  
 data transmisit eadem Virginea Ma-  
 ter, asserens, ita jubere virginem illam,  
 quæ olim in refarciendo cilicio suam



*Rex ubique illum persequitur.*

*Cœlitus cognoscit instans Martirium.*

tibi operam locaverit. Non satiabat interea Regis furorē exilii tui miseria, quin datis ad Abbates Cistercii congregatos minacibus literis te Pontigniacō, & si liceret, ex toto orbe deturbaret. Cujus iracundiæ sponte cedens, tam diu Senonis latuisti, donec agente Pontifice & Francorum Rege post sancitam (an simulatam potius?) pacem cum totius regni gratulatione Cantuariam redieris. A quo itinere te adeo non absteruit, ut incitaverit magis gemina revelatio, quā cœlitus cognoveras, illud incendium non nisi tuo sanguine restinguendum. Cum autem à Rege ejusque ministris exigeres, quæ sanctè erant polliciti: nova aggitatus rabie Rex publicè querebatur: Se propter unum Sacerdotem regni sui pace frui non posse. Qua voce quatuor milites incensi Cantuariam properant, & in Ecclesia vespertinis horis intentum furiosè aggrediuntur. Edis sacræ fores obstruxerant Clerici, quas tu ultrò aperiens, non castra hæc esse militaria dixisti, sed DEI domum, in qua sanguinem fundere vero pastori non sit refugiendum. Fugatis itaque præter unum, qui tibi ad finem usque adhæsit intrepidus, reliquis omnibus in te involant inhumani latrones, & dum



dum in genua provolutus te, tuamque  
 Ecclesiam Divorum Tutelarium pa-  
 trocinio commendares, quatuor fata-  
 les ictus sacro capiti infligunt; ita ut <sup>Imma-</sup>  
 sanguini commixtum cerebrum in pa- <sup>niter</sup>  
 vimentum deflueret. Ad ultimum ge- <sup>truci-</sup>  
 nuflexus persistens, invictam constan-  
 tiam saltem in mortuo prostraturus  
 belluinus latro (quem vulgus alias *Mal*  
*Clerc* appellabat) in terram dejecit. A-  
 trociora agitabant consilia sævi Ne-  
 rones, corpus exanime in lignum infame  
 suspensuri, nisi Monachorum Ci-  
 sterciensium celeritas illud in crypta  
 subterranea, & sarcophago marmoreo  
 occulisset. Inter alia prodigia passim  
 post mortem celebrata primarium fu-  
 it, quod post decantatas funerales in <sup>Suis jã</sup>  
 odæo cantiones, elevata in altum è <sup>mortu-</sup>  
 feretro, manu bene omnibus precatus <sup>us bene</sup>  
 fueris. *Eleva eandem benedictam, & di-*  
*vina nunc virtute imbutam manum: be-*  
*nedic mihi luctanti cum hostibus non An-*  
*gelis quidem, sed rebellibus Angelis: doma*  
*illos, gloriosissime Thoma, ne mihi in ulti-*  
*ma lucta prævaleant.* <sup>dicir</sup>

B. VITALIS, Abbas Meyrensis, Floruit  
 id est alter BERNARDI in Gallæ-anno  
 cia. Ex sanctissima enim ejus discipli- 1144.  
 na tam insignes virtutum dotes retu-  
 listi, ut quemadmodum ille cum toti-




488 ANNI CISTERCIENS.

us orbis admiratione propagines suas dilatauit, ita per tuam industriam Institutum Cisterciense tam firmas radices posuit, ut Gallia in hodiernum usque diem invidere possit Hispaniæ gloriose florens sub fervido illo horizonte Cistercium. Non aliter calore solis virescunt agri, in quibus per fructuum varietatem sibi invicem anni partes succedunt: quàm in religiosis Ordinibus florem suum conservat fervens amor perfectionis. Hunc tu quotidie in me renova, accende, & auge, ne unquam tepescat.

S. BERNARDUS, s. 5. de Ascens. D.

Carnis  
deliciae  
excludunt  
delicias  
spiritus. *Præoccupatum secularibus curis animum delectatio sancta declinat: nec misceri poterunt vera vanis, æterna caducis, spiritalia corporalibus, summa imis: ut pariter sapias, quæ sursum sunt, & quæ super terram.*



30. Decembris. 3. Cal. Januar.

Floruit  
circa  
annum  
1210. *B. RICHARDE Monache Coenobii Aldvertensis in Frisia: qui mellifluum Patriarcham BERNARDUM jam ante Religionis ingressum æmulatus, quamplurimos ad contemptum mundi celebri eloquentia tua persuasisti. Quem*



sti. Quem numerum ut etiam exemplo augeres, laureatum pileum cucullâ monasticâ permutâsti: ex priori famam eruditionis, ex altera sanctimonie posteris relinquens. *Pia & laudabilis cura est, de conservandâ apud homines vitæ inculpabilis famâ: diligentior tamen adhibenda est sollicitudo, ut conscientia servetur immaculata: illam enim ut invenerit Deus judicabit.*


B. ALBERTE, Monasterii Por-Floruitensis in Bohemia conditor, & strenue anno antistes: qui duplices in erectione Coe. 1131. nobis tibi molestos obices duplicibus armis amovisti: primos autoritate Romana opprimens; alios virtute orationis non minùs gloriosè quàm feliciter superans. *Si totus cum omnibus suis furys in nos exurgat infernus, non est, quod timeamus, si apprehendimus arma orationis, præsertim tectâ scuto perseverantia.*

S. BERNARDUS, ser. 5. de Ascens.

*Apostoli decem dies in expectatione sederunt, perseverantes unanimiter in oratione. Et tu igitur orare disce, disce querere; petere, pulsare; donec invenias, donec accipias, donec aperiat tibi.*

Perse-  
veran-  
dum in  
otatio-  
ne.





31. Decembris. Pridie Cal. Januar.

Floruit  
anno  
1143.

**B.** RADOLPHE, Abbas Valcellen-  
sis: qui celeberrima BERNARDI  
fama excitatus, ex Anglia in Burgun-  
diam juvenilem curiositatem expletu-  
rus properasti. Illo autem vel semel  
conspetto mox patriæ & ampliarum  
divitiarum, imò totius mundi oblitus  
in Claravalle hæsisti. Post paucorum  
annorum decursum erectioni cœnobii  
Valcellensis cum potestate Abbatiali  
præfectus præter alia virtutum insigni-  
a in te mirabantur ipsimet fundato-  
res profusam supra vires liberalitatem  
in egenos. Sed admirationem sustule-  
runt miracula, dum non semel tempo-  
re famis ex modico farris cumulo per  
totam hyemem usque ad novas fruges  
supra quinque mille homines quotidie  
aluisti. Tantam providentiæ cœlestis  
fertilitatem æquavisti filiorum nume-  
ro, quorum ducenti tibi non sinè co-  
piosis de amisso tam charo parente la-  
crymis parentaverunt. Patrata ad tu-  
mulum prodigia Concilio Lateranen-  
si persuasere, ut tibi publicum in Eccle-  
sia mausolæum decreverit. *Unicus est,  
qui nos in alterum orbem comitatur, bo-  
norum operum thesaurus: tu me pruden-  
tiam*

Libera-  
litas  
in pau-  
peres  
fructus



*tiam æconomicam doce, ut in horreum cordis mei quotidie fasciculos colligam, quorum fructibus æternum gaudeam.*

B. REMYGI Converse Hemmen-*Floruit*  
rodenſis: qui cùm oculorum cæcitate *anno*  
tem multis annis equiſſimo animo to- *1220.*  
leraffes, alios è cœlo accepisti, longè  
corporeis clariores, utpote quibus te-  
nebrarum principes, dum vel aliis inſi-  
diabantur, vel aliorum pietati erant  
importuni, ſpectare meruiſti. Feliciùs  
ſpectaculum fuit in ultima vitæ mor-  
talis hora: quando lucis Angelos tibi  
catervatim occurrentes vidisti: quibus  
ducibus non mirum eſt, te licèt cæcum  
invenisse rectam ad cœlos viam. *Me*  
*in progressu periculosa ad æternitatem viæ*  
*toties cæcum eſſe deploro, quoties recordor*  
*me mandatorum Divinorum oblitum in*  
*pravas concupiſcentiæ ſemitas declināſſe.*  
*Tu mihi lumen æternum à Deo impetra,*  
*ut ſaltem deinceps hos errores caveam.*

B. THOMA, ſancti Thomæ Can-*Floruit*  
tuarienſis comes individue: poſt cujus *circa*  
glorioſum martyrium repetens vetus *annum*  
aſylum Gallix; in Monte-Frigido ha- *1175.*  
bitum Cisterciensem aſſumpſiſti: ubi  
tempus à Chori laboribus vacuum non  
piis duntaxat ſed & egregiæ doctis lu-  
cubrationibus impendiſti. Exſtat inter  
cætera nobilis ingenii monumenta E-  
legiacum



492 ANNI CISTERCIENS.  
legiacum opus: quo Margarithæ sororis tuæ Virginis itidem Cisterciensis virtutes tam eleganti stylo expressisti, ut dignissimum sit non tam in typographiæ formulis, quàm sanctimoni-  
alium moribus legi. Legi & ego per hujus ANNI CISTERCIENSIS decursum nobilissima virtutum omnium exempla, mihi ad imitandum proposita: tu ora Clementissimum Deum, qui est omnium rerum principium & finis, ut mihi peccatori per vestram omnium intercessionem largiri dignetur felicem hujus exilij finem, & initium eternitatis. Proposuisi mihi o Gentium variarum Apostoli Fidei orthodoxæ constantiam: in eadem me vestris meritis confirmate. Diversa patientiæ trophæa oculis meis exhibuistis in victissimi athletæ, candidi & rubicundi in decore Cisterciensis cucullæ sanguine vestro purpurata: hæc vestra in Jesum crucifixum charitas cooperiat multitudinem peccatorum meorum. Sacratissimi Ecclesiæ Præsules, Cœnobiorum conditores, impugnatores hæresum, zelatores divini honoris, disciplinæ regularis, & pietatis monastica Lapidés angulares, nimis honorati Amici DEI: Vos denique sacratæ Deo virgines, & amantissima sponsæ Filij Dei: juvate me vestris precibus, ut hunc annum sanctè finiam, sanctiùs exordiar  
sequentem



*sequentem, sanctissimè quocunque demum  
momento miserationi divinæ placuerit, at  
non aliter nisi amore sancto moriar.*

S. BERNARDUS, *Ser. 2. de omn. SS.*

*Hæc est anima suavissima & saluber- Requies vera  
rima requies, conscientia munda, qui- consci-  
eta, segura. Sit ergo beata anima cul- entia  
citra conscientia suæ puritas, sit capi- segura.  
tale tranquillitas, sit opertorium ejus  
securitas, ut in hoc interim strato  
dormiat delectabiliter, feliciter re-  
quiescat.*

*F I N I S.*







## INDEX NOMINUM.

*Numerus paginam indicat.*

### A.

A Chardus monachus Clarævallis.	241
Adam Abbas Langheimensis.	99
Adam Episcopus Morinensis.	149
Adam Abbas Perseniæ.	374
Adam Abbas Ebracensis.	405
Adam monachus in Luka.	467
Adolphus Episcopus Osnaburgensis.	146
Ægidius Abbas Montis Regalis.	39
Ægidius monachus Castañedæ.	210
Ægidius Conversus Villarii.	81
Alanus Magnus Conversus Cistercii.	49
Alanus de Insulis Episcopus Altisiodor.	313
Alanus monachus Araucæ.	329
Albero Abbas Dunensis.	376
Albertus Abbas Olivenfis.	425
Albertus Abbas Portensis.	489
Alexander Generalis I X.	86
Alphonfus Conversus Hispaniæ	225
Alquirinus monachus Clarævallis.	377
Alvastren-	



# INDEX NOMINUM.

Alvastreſes tres monachi.	103
Amalricus Epiſc. Sylvaneſt.	138
Amadæus Epiſc. Lauſannæ.	252
Anaſtaſia monialis Rameyæ.	472
Andreas Abbas Caroli Loci.	377
Andreas monachus Bonævallis.	68
Anglicani Martyres.	206. 402
Anianus Converſus Eberbacenſis.	396
Anna Abbatiffa Agri Clavium.	401
Anna Converſa Nazarethana.	79
Anna de Villaroel monialis Abulenſis.	272
Anſelmus monachus in Germania.	421
Anſulphus monachus Clarævallis.	119
Antonia monialis Caſtrenſis.	406
Arnaldus Generalis X V I I I.	98
Arnaldus Archiepiſcopus Narbonenſis.	265
Arnoldus monachus Hemmenroden.	56. 190
Arnulphus de Majorica Conv. Clarævall.	51
Aſſumptio B. M A R I Æ V.	140
Athanafius monachus Nucalenſis.	145

## B.

Balduinus Abbas S. Paſtoris.	47
Balduinus Monachus Dunenſis.	195
Balduinus Monachus Baudoloæ.	269
Balduinus Cardinalis.	293
Balduinus Archiep. Cantuarienſ.	320
Balfamus monachus S. Anaſtaſii.	250
Bartholomeus Germanus S. P. N. Bernard.	1
Bartholomeus Prior Clarævallis.	110
Bartholomeus Converſus Nazareth.	186

X x 7

Beatrix



# INDEX NOMINUM.

Beatrix Abbatissa Nazareth.	90
Beatrix Abbatissa de Silos.	297
Benedictus monachus Morerolæ.	282
S. P. N. Bernardus.	143. 323. 474
Bernardus monachus Clarævallis.	145
Bernardus Alziranus.	179
Bernardus Escuderus.	309
Bernardus monachus Grandissylvæ.	334
Bernardus Episc. Maurianæ.	338
Bernardus Cathalanus.	357
Bernardus Martyr Angelus.	445
Bernardus Abbas Clarævall. XXXI.	417
Bertha Abbatissa Marchetensis.	58
Bertholdus monachus Lukæ.	329
Bertramus monachus Carixti.	9
Bertrandus Abbas Grandissylvæ.	399
Boemundus Abbas Taraucæ.	230
Bonaventura Episc. Lucensis.	451
Bonifacius Generalis XXIII.	256
Bonifacius Conversus Clarævallis.	145
Briolaya monialis Eboracensis.	342

## C.

Cæsarius Prior Heisterbacensis.	268
Casimirus Abbas Olivenfis.	245
Catharina Monialis Parci Dominarum.	341
Catharina Monialis Castrensis.	388
Christianus Conversus Eleemosynæ.	81
Christianus Episcopus Dunensis.	358
Christianus Episcopus Lubaviæ.	426
Chrysostomus Monachus Vallis Eccles.	322
Clara	



## INDEX NOMINUM.

Clara Abbatissa Bellopratenfis.	286
Clarævallis Monachi & Conversi.	135
Clemens Gimenez mon. Vallis Parad.	211
Conradus Conversus Heisterbacensis.	144
Conradus Episcopus Pataviensis.	274
Conradus Cardinalis.	280
Conradus Monachus Heisterbacensis.	407
Constantinus Abbas Auræ-Vallis.	434
Cornelius Prior Martyr.	148
Cornelius Abbas Martyr.	238
Coronæ Domini Festum.	133
Cuno Convers. Hemmenrodensis.	73

### D.

Daniel Abbas Venetiis.	64
Daniel Abbas Camberonæ.	118
Daniel monachus Hemmenrodensis.	132
Daniel monachus Villariensis.	478
David monachus Hemmenrodensis	439
Desiderius Convers. Alcobaciæ.	37
Didacus Velasquez monachus Fiterii	5
Dionysius Abbas Clarævallis.	336
Dionysius mon. Fuliensis.	447
Dominicus monachus Nucalensis.	234

### E.

Edilredus Abbas Wardenfis.	384
Edmundus mon. Pontiniaci.	221
Edmundus Archiepiscopus Cantuariæ.	389
Edmundus monachus Pontiniaci.	429
Edmundus monachus Clarævall.	395
Edmunda Subpriorissa Parci Dominar.	387
Egbert	



## INDEX NOMINUM.

Egbertus Conversus Villarii.	343
Elias Abbas Dunensis.	299
Elisabeth Abbatissa Hovenensis.	320
Elisabeth monialis Herkenrod.	326
Elisabeth monialis Aroucæ.	227
Elisabeth mon. Montis Cornelii.	398
Enarrandus Conversus Clarævallis.	379
Ervæus Abbas Urſi Campi.	290
Ero Abbas Armenteræ.	204
Eugenius III. Pont. Max.	20
Eugenius. Martyr.	385
Eugenius monachus Martyr.	402
Euphemia monialis de Hovenes.	214
Eustachius Abbas Floreffienſis.	307

### F.

Famianus monachus Urſariæ.	121
Fastradus Abbas Villarii.	412
Florentius Abbas Carraceti.	438
Florentius Conversus Aureæ-Vallis.	17
Franco Conversus Villarii.	325. 445
Freſcendis Monialis Pratenſis.	15
Fridericus Episcopus Eiſtettenſis.	216
Fulcardus Conversus Clarævallis.	276
Fulco Archiepiſcopus Tolofæ.	475

### G.

Gabriel monachus Nucalenſis.	65
Garimundus Episcopus Altiſiodoreſis.	394
Garzia de Vera monachus Hortæ.	79
Gaufridus Episcopus Lingonenſis.	66
Galganus monachus in Tuſcia.	423
Gaufridus	



# INDEX NOMINUM.

Gaufridus Episcopus Sorensis.	314
Gaufridus monachus Clarævallis.	370
Gaufridus Abbas Clarimarisci.	411
Gelasius Abbas Martyr.	401
Gerardus Sacrista Clarævallis.	199
Gerardus Episcopus Tornacensis.	261
Gerardus Abbas Novæ-Vallis.	300
Gerardus Clarævallis monachus.	431
Gerardus Abbas Clarævallis.	432
Gerbrandus Abbas Clari Campi.	310
Gerekinus Conversus Alvastræ.	75
Gertrudis Abbatissa Bilocæ.	207
Gerwicus Abbas Waldsassensis.	291
Gezelinus Anachoreta Angliæ.	117
Gilbertus Generalis VIII.	322
Gilbertus monachus Clarævallis	273
Godefridus Pachomius Mon. Villar.	285
Godefridus Abbas Schonaugiæ.	218
Godefridus monachus Villarii.	173
Godefridus monachus Heisterbacensis.	471
Gosbertus Conversus Hemmenrodensis.	373
Goswinus Abbas Loci S. Bernardi.	480
Grandissylvæ Monachi beati.	31
Gregorius Abbas Obazinæ.	403
Gregorius VIII. Pont. Max.	413
Gualterus monachus Rievallis.	306
Guerricus Abbas Igniaci.	150
Guicardus Archiepiscopus Lugdunensis.	84
Guicardus Monachus Clarævallis.	324
Guido Cardinalis Prænestinus.	97
Guido Generalis XXIII.	116
Guido Episc. Carcassonæ.	310
Gnido	



## INDEX NOMINUM.

Guido Abbas Caroli-Loci.	263
Guilielmus Generalis XIII.	413
Guilielmus Abbas Villarii.	414
Guilielmus Episcopus Altisiodorensis.	404
Guilielmus Cardinalis.	408
Guilielmus Abbas Rievallis.	107
Guilielmus monachus Heisterbacensis.	203
Guilielmus monachus Fulienfis.	227
Guisbertus Prior Bebenhusanus.	372
Gunterus monachus Novi Castri.	205
Guntelinus monachus in Anglia.	235
Gundisalvus Abbas Junienfis.	303
Gumarus Rex monachus Clarævallis.	59

### H.

Haketus Abbas Dunensis.	366
Havydis Abbatissa Clari-Fontis.	296
Hebertus Episcopus Rhedonensis.	438
Hedwigis Ducissa Poloniæ.	316
Henricus Generalis XXX.	83
Henricus Episcopus Trecensis.	213
Henricus Episc. Bituricensis.	231
Henricus Abbas Heisterbacensis.	379
Henricus Conversus Villarii	40
Henricus Conversus in German.	271
Henricus Conversus Villarii.	330
Henricus Conversus Hemmenrod.	364
Hermannus monachus Heisterbac.	16
Hermannus Abbas Waldsassenf.	277
Hervæus. v. Eryæus.	
Heydenricus Abbas Zedelizensis.	167

Hilde-



# INDEX NOMINUM.

Hildebrandus Conversus Hemmenrod.	473
Hildegundis Monialis in Germania.	114
Hugo monachus Portæ Cœli.	156
Hugo monachus Curia Dei.	291
Hugo Cardinalis.	419
Hugo Abbas Novi-Monasterii.	435
Hugo Episcopus Altisiodorensis.	304
Humbelina Soror S. P. N. Bernardi.	164
Humbertus Comes Sabaudia.	453
Humbertus monachus Clarae vallis.	222

## I.

Jacobus monachus Dunensis	2
Jacobus Conversus Villarii.	17
Jaquilina Abbatissa Flinensis.	69
Ida de Lewis.	348
Ida de Rameya.	441
Igniacenses Monachi.	57
Joanna Abbatissa Castrensis.	434
Joanna Comitissa Flandria.	428
Joanna Conversa Bellopratensis.	427
Joanna Abbatissa Clari-Fontis.	273
Joannes Abbas Salsedæ.	398
Joannes Abbas Alnensis.	339
Joannes Abbas Waldsassenensis.	182
Joannes Abbas Mulbrunnensis.	61
Joannes Abbas Jardineti.	254
Joannes Abbas Taraucæ.	469
Joannes Archiepiscopus Upsalensis.	7
Joannes Archiepiscopus Lugdunensis.	220
Joannes Generalis XXXIII.	312

Joannes



## INDEX NOMINUM.

Joannes Prior Clarævallis.	383
Joannes de Monte Mirabili.	277
Joannes Sacrista Villarii.	200
Joannes Monachus Cistercii.	33
Joannes à S. Dionysio Fulienfis.	3
Joannes Baptista à S. Bernardo Ful.	115
Joannes Marione Fulienfis.	190
Joannes Jacobus Fulienfis.	302
Joannes Baptista Mon. Clarævallis.	462
Joannes Conversus Sacrarum Mænium.	449
Joannes Conversus Grandissylvæ.	466
Irmengardis Abbatissa Pondunii.	287

### L.

Ladislaus Conversus Poloniae:	352
Lambertus Generalis VI.	36
Lambertus monachus Valcellensis.	459
Lambertus Abbas Chesariaci.	173
Laurentius Abbas Vallis Bonæ.	436
Laurentius Conversus Dunensis.	109
Laurentius Conversus Clarævallis.	131
Lethaldus monachus Cistercii.	386
Lucia Priorissa Spinosi-Loci.	476
Ludo Conversus Hemmenrodensis.	147
Lukenses Monachi.	413

### M.

Magienses XL. Martyres.	139
Malachias Episcopus Jacensis.	201
Malachias A ch episcopus Hybernæ.	359
Mansuetus monachus Cistercii.	335
Marcus Abbas in Hispania.	420

Marga-



# INDEX NOMINUM.

Margaritha monialis Flinensis.	61
Margaritha monialis Sylvæ Benedictæ.	72
Margaritha Lovanienfis.	211
Margaritha Jerosolymitana.	481
MARIÆ Descensus in Cistercium.	114
Maria Conversa Nazarethana.	4
Maria monialis S. Dionysii.	44
Maria monialis Bellopratensis.	100
Maria monialis S. Clementis.	143
Maria monialis de Arroyo.	243
Maria Vela monialis Abulensis.	264
Maria Abbatisa de Carrizo.	289
Maria Priorissa Muydensis.	308
Maria Conversa Eborensis.	464
Marnochus Abbas in Hybernia.	479
Martha monialis Camerae B. V.	13
Martinus Prior Montis Sion.	136
Martinus Cardinalis.	257
Martinus Cidis.	295
Martinus monachus Vallis Eccl.	393
Martyres Firmitatis.	26
Martyres Equites.	410
Mascelinus monachus Clarævallis.	62
Matheus Episcopus Cassiliensis.	34
Mauritius Abbas Carnoëti.	311
Mencia Priorissa Castrensis.	446
Menfridus Prior Eberbacensis.	339
Mengosus Conversus Hemmenrodensis.	462
Meynerus Prior Hemmenrodensis.	203
Michael Martyr de Montefia.	112
Michael monachus Hemmenrodensis.	220
Milo	



# INDEX NOMINUM.

Milo Abbas Caroli-Loci. 244

## N.

Nehemias Episcopus Cluacensis. 285

Nicolaus Episcopus Roschildensis. 265

Nicolaus Abbas Valcellensis. 419

Nicolaus monachus de Arcu. 448

Nicolaus monachus in Brabantia. 406

Nicolaus Conuersus Villarii. 375

## O.

Obertus Conuersus Hemmenrodensis. 478

Odanus Archiepiscopus Ardinacensis. 271

Odo monachus Cistercii. 293

Oglerus Abbas Locedii. 229

Omnium SS. Monachorum festum. 384

Otto Episcopus Frisingensis. 259

Otto Conuersus Villariensis. 263

## P.

Paulus Martyr. 371

Petronilla monialis S. Annæ. 32

Petronilla Conuersa Parci Domin. 103

Petrus Generalis XI. 460

Petrus Monoculus Abbas Clarævallis. 344

Petrus Abbas Morimundi. 238

Petrus Abbas Ottiburgensis. 450

Petrus Abbas Morerolæ. 102

Petrus monachus Saviniacensis. 463

Petrus monachus Morerolæ. 236

Petrus Conuersus S. Salvatoris. 160

Philippa monialis Lusitaniæ. 77

Quardus v. Famianus.

R. Radol.



# INDEX NOMINUM.

## R.

Radolphus Abbas Valcellensis.	490
Rapato monachus Ebracensis.	199
Raynardus Generalis IV.	456
Raynerus monachus Villarii.	350
Remigius Conversus Hemmenrodensis.	491
Richardus Abbas Fontanensis.	396
Richardus Abbas Martyr.	402
Richardus monachus Aldvertensis.	488
Richmunda monialis S. Waldburgis.	332
Richwinus monachus Heisterbacensis.	319
Robertus Episcopus Sylvanectensis.	468
Robertus Abbas Mattæ Planæ.	421
Robertus Abbas Domus Dei.	415
Robertus Conversus, Clarævallis.	18. 30
Rodericus monachus Morerolæ.	306
Rogerus monachus Meyræ.	121
Rogerus monachus Martyr.	402

## S.

Sagallo Abbas Clarimarisci.	12
Sbignæus Abbas Martyr.	437
Serlo Abbas Saviniaci.	228
Setinbekenfes Martyres.	262
Sibotus Episcopus Augustanus.	195
Sylesii Martyres.	262
Simon Conversus Alnensis.	367
Simon Abbas Caziaci.	215
Sophia Abbatisa S. Waldburgis.	250
Spinela monialis Araucæ.	356
Stephanus Abbas Clarævallis.	248

Stephanus



# INDEX NOMINUM.

Stephanus Prior Obacinae.	106
Stephanus Conversus Grandissylva.	240
Stephanus Conversus Clarævall.	245

## T.

Tezelinus monachus Clarævall.	363
Theobaldus Abbas Vallium Sernai.	27
Theodardus monachus Caræ-Sylvæ.	209
Theodericus monachus Heisterbacens.	288
Theresia Abbatissa de Toledo.	351
Theresia de Vidaura monialis Gratia.	45
Thomas Archiepiscopus Cantuariæ. 1483. Eius	
Martyrium secundum.	350
Thomas Prior Boni-Fontis.	8
Thomas monachus Superati.	111
Thomas monachus in Arnisburg.	465
Thomas monachus Montis-Frigidi.	492

## V.

Udardus Episcopus Brechinent.	366
Udewolta monialis. S. Waldburg.	134
Violantia Conversa Lusitaniae.	481
Violantia Abbatissa Aroucæ.	226
Vitalis Abbas Meyrens.	487
Ulpho monachus Alvastræ.	13
Ulricus monachus Villarii.	284
Urraca Abbatissa Huelgens.	129
Vulchinus Abbas in Sicheu.	247

## W.

Waleranus Abbas Ursi-Campi.	233
Walterus Abbas Dunens.	217
Walterus Abbas Villarii.	381

Walterus



# INDEX NOMINUM.

Walterus Prior Alnæ.	409
Walterus monachus Valcellensis.	224
Walterus Abbas Meylrosæ.	124
Walterus Conversus Meylrosæ.	42
Wernerus monachus Eberbacensis.	55
Wicbertus Conversus Nazareth.	461
Wigandus Prior Waldsassenfis.	330



# INDEX

## SENTENTIARUM S. P. N. BERNARDI, ad singulos dies appositarum.

A.

<b>A</b> bnegare seipsum res est ardua.	80
Adversa quomodo toleranda.	433
Amatorum mundi insania.	72
Amoris Divini indoles.	407
Amor facit nos Deo grates.	309
Angeli assistunt orantibus.	291
<b>A N I M A</b> justi, sedes sapientiz. 270. solo Deo impletur. 367. animæ verè spiritualis signa. 151. animæ humanæ dignitas. 359. Deum amantis. 208. ejus pedes sunt affectus. 422. cibus. 404. animam quater ad se vocat Deus.	461
Aurum offert Deo relinquens omnia.	259

B.

Beati in coelo nostrum adventum desiderant.	316
Beatorum in coelo felicitas.	283
Bellis undique cingimur.	321
Beneficia Dei in nos maxima. 78. & Christi.	200

I y

Bona



# INDEX SENTENTIARUM

Bona nostra à Deo sunt.

227

## C.

Carnis consolationes sunt desolationes. 109. *eius*  
deliciæ excludunt delicias spiritûs. 488

Charitatis ordinatio. 280

CHRISTUS exemplum humilitatis. 427. suam  
bonitatem manifestam fecit. 333. est nostrare-  
conciliatio. 231. quare quærat. 61. *eius* exemplo  
amanda aspera. 240. *eius* damnantis voce nihil  
durius. 297. *Eius* in nos beneficia. 465. ei non  
compati erubescit anima fidelis. 414. eum se-  
quens beatus est. 409

Cælum est consummatio felicitatis. 118. *coeli* glo-  
ria immensa. 312

Confessio impetrat justificationem. 132

Considerationis elogia. 26

Conversio non fit solo corpore. 236

Coronæ Christi diversæ. 134

Corporis custodia. 6. 217. *eius* cura aliò refer-  
vanda. 149

Cruis est terror dæmonis. 230

Crucis Christi gemmæ. 402

## D.

DEUS colendus, timendus, amandus. 328. quo-  
modo querendus. 350. *eius* bonitas in genus hu-  
manum. 357. respectus in electos. 381. illi nec de-  
est potestas nec voluntas nos juvandi. 352. *eius* be-  
nignitas. 54. 78. pro viribus diligendus. 75. ar-  
denter. 115. est scopus Amoris. 206. *eius* miseri-  
cordia occupanda. 323. quomodo diligendus. 276.  
illi quantum homo debeat. 268. *eius* filium pro-  
bat victoria tentationis. 66

Deserit suos, qui affectus deserit. 262

Diabolum fugant resistentes. 215. & negantes con-  
sensum. 241

Ducens seipsum, se seducit. 64

E. Electus



# S. BERNARDI.

## E.

Electus est, faciens voluntatem Dei.	252
Exemplo optimè docemus.	285
Exteriorum contemptus.	462

## F.

Fiducia in Deum.	167
Flores virtutum amat Deus.	438
Fragilitas hominis.	245

## G.

Gaudium est in virtutibus, non vitis.	45
Gratia Dei est cibus animæ. 450. gratiæ lumen à Christo est. 120. gratiæ divinæ cooperandum. 435.	

## H.

Homo est peregrinus terræ.	325
Hostem nostrum in sinu gerimus.	394
HUMILITAS honorata magna est virtus. 59. sola Deo placet. 86. est in seipsa radicata. 247. soli Deo innititur. 377. est virtus maxima. 397. facillima. 287. unica ad cœlum via. 405. humilitas Mariæ imitanda.	138

## I.

JESUS refugium nostrum. 272. nomen Jesu est electuarium salutiferum.	235
Ignorantiæ duplicis damna.	365
Judicium Dei præveniendum.	472
Judicari à Deo, formidabile.	41
Judicia Dei, non hominum, metuenda.	182
Justitia est moderatrix actionum.	451

## L.

Lacrymæ sunt alter Baptismus. 423. earum felicitas.	123
Laudantium Deum tria genera.	140
Luctus antecedit gaudium.	196

## M.

MARIA Janua est divinæ gratiæ. 237. Advocata nostra. 274. Domus sapientiæ. 307. ejus nomen amabile. 30. ejus plenitudo omnia implet. 467	
Y y 2	Martyrum



# INDEX SENTENTIARUM.

Martyrum robur est amor Dei.	338
Martyrii genus varium.	400
Merita ad quid sufficiant.	8
Mors mitigat mortem. 316. mors spiritualis.	477
Mundi tenebræ. 293. insidiæ.	480
Mundi devicti signa.	411
Mundo crucifixus omnia spernit.	343
O.	
Obedientia vera. 19. se non excusat.	249
Odor quinam placeat Sponso cœlesti.	146
ORATIO justî cœlos penetrat. 99. est boni operis condimentum. 191. sit humilis. 289. jejunioco- mes. 373. semper aliquid impetrat. 319. nulla est infructuosa.	479
Oratio devotissima ad B. V.	143
Orantibus Angeli assistunt.	291
P.	
Passionis Christi memoria utilis. 144. ejus medi- tatio. 388. Patiendum cum Christo, aut non reg- nandum.	399
Patientiam perdens, vitam perdit.	319
Paupertas Christi imitanda. 106. ejus amore Deus de cœlo descendit. 354. Pauperum, & humilium solatium est Christus.	375
Peccatum magis fugiendum, quàm pœna. 312. ejus metamorphosis. 56. ejus gravitas ex remedioz- stimatur. 378. peccata minora permittit Deus ad nos humiliandos.	482
Peccatoris insania. 341. maximè recidivi 571. pec- cator nullus desperet.	33
Perseverantia. 305. ejus elogia. 14. perseverare in malo diabolicum est. 416. perseverandum in o- ratione. 489. in Cruce cum Christo.	113
Pœnitentiâ omnes indigemus.	210
Providentiæ Dei nos committamus.	448
Pfallendum attentè.	418
Pugna levior est pœnâ.	224
Q. Quies	



# S. BERNARDI.

Q.

Quies vera est conscientia secura. 493

R.

Regnum Christi in anima. 132

Relicturus omnia à seipso incipiat. 12

S.

Salutis cura. 202

Sapientia vera. 437

Scientia duplex utilis. 48

Solitudo utilis est, se solum observare. 4

Spes de Dei misericordia. 187

Spiritus divini mira vis. 444

Superbia cavenda. 219

Superior magis aliis, quàm sibi vivit. 21

T.

Tentationum victoria. 66. iis invigilandum. 174

Tentatus recurrat ad Deum. 148

Temporis jactura dolenda. 389

Tepor provocat Deo vomitum. 430

V.

Vanitas divitiarum. 221

Verbum Dei variè auditur. 385. ejus virtus. 69

Verecundia bonæ elogia. 196. quæ vitiosa? 264

Vermis conscientia malum horribile. 421

Vestibus mores consonent. 336

Via ad cælum triplex. 463. est ardua. 301

Victoriam dat solus Deus. 446

Virtutes sunt vestis animæ. 418. earum imitatio. 363.

ejus scalæ latera. 204

Vita vera quæ? 469. vitæ spiritualis officia. 429.

vitæ futuræ initium pendet ex hujus fine. 161

Vitia semper refecanda. 17

Vivit verè, in quo Christus vivit. 327

Vivendum in umbra Christi. 332

Unitas cordium. 387

Vocatio Divina est varia. 300. 461

Voluntas propria est radix omnium malorum. 330.

Deum perimit. 412. Yy 3 INDEX



*Index rerum memorabilium.*



**I N D E X**  
**RERUM MEMORABILIIUM.**

*A.*

*Absentia, & arcana divinitus cognoscuntur.* 96. 318. 349. 369. 404.

*Equanimitas.* 223. 318. 348.

*Aenea pelvis cedit digito impresso.* 301

*Amor Dei.* 61. *junctus amor Mariæ.* 406

*ANGELUS in Armiludio alterius personam agit.* 27. *debilem confortat.* 53. *hortatur moniales ad electionem Priorissæ.* 309

*Angeli accinunt morienti, vel aliàs assistunt.* 79. 135. 144. 145. 174. 246. 310. 356. 445. 473. *Fugant demonem.* 156. *apparent spargentes flores.* 325. *ÿs in cælo sociati spectantur.* 56. 457. *eorum consortio gaudent.* 216. 320. *ÿs devotus.* 277

*Annulo se desponsat Mariæ.* 389

*Antonius alter in pugna cum demone.* 242

*Apostoli ad Infideles.* 329. 426

*Apostata interitus.* 242

*Apparitiones gloriosæ post mortem.* 108. 166. 241. 306. 362. 472.

*Aquam lustralem aspergit B. V.* 158

*Arantem juvat Christus.* 276

*Aranea*



*Index rerum memorabilium.*

- Aranea glutitur innoxie.* 125  
*Arbor prodigiosa nascitur ex ore mortui.* 355  
*Assumptionis. Mariana festum prodigio confirma-  
 tur.* 18  
*Aularum pestis invidia.* 45. *aulæ sunt morum  
 corruptelæ.* 156  
*Austeritas vitæ & spontaneæ afflictationes.* 81.  
 92. 117. 122. 239. 279. 302. 327. 368. 372.  
 390. 439. 449.

*B.*

- Beneficia Eugenij III. in totum orbem.* 24  
*Benignitas in delinquentes.* 216  
*S. P. N. Bernardus agrum sanat.* 315. à B. V. sa-  
 lucatur. 323. agonizanti apparet. 2. alijs. 68.  
 68. 131. 273. 395. 432. fontem facit salu-  
 brem. 296. pisce piscatur Canonicum. 87. polli-  
 cetur salutem æternam. 53. miraculose ejus æ-  
 liorum conversiones. 52. 62. 87. 165. 409.  
 411. 415. Ejus in suos charitas. 48. & æ-  
 liorum erga ipsum. 160. 222. 298. 300. 419.  
 Suos laudat. 258. 224. 263. ejus gloria ex  
 filiorum honore. 313. ejus clemencia. 53. Va-  
 ticinia. 60. 233. 290. 301. illi similes aestima-  
 ti. 66. 337. 385. ejus vitæ scriptor. 314.  
*Bernardi elogia per ejus festi Octavam exposita.*  
*Ecclesiæ Doctor.* 153. *Eximius, Mellifluus,*  
*Theodidactus.* ibid. *Mariæ cliens inimicus.* 162.  
*Terror demonum.* 168. *Hereticorum malleus.*  
 170. *Schismaticorum flagellum.* 172. *Humi-*  
*liatis idæa absolutissima.* 175. *Seraphinus*



# *Index rerum memorabilium.*

- amoris Divini. 176. Martyrū Laureā corona-  
tus. 178. Propheta lumine divino illustratus.  
183. Angelus puritate Virginea. 187. Thar-  
maturgus inter SS. maximus. 192. Patriar-  
cha Ordinis propagatione. 196.  
*Brachium adurens Venerem triumphat.* 469  
C.  
*Calatrāve militia instituitur.* 6  
*Campanæ sonus mortem Abbatis prodit.* 303  
*Caput mortui manet incorruptum.* 112  
*Castitati struete insidiæ eliduntur.* 124  
*Cerevisia in vinum mutatur.* 259  
*Charitas erga egrotos.* 104. 207- 278.  
**CHRISTUS** apparet vulneratus. 65. in forma  
pueruli. 76. 100. 124. 349. in specie Pa-  
storis. 94. egeni. 407. varijs formis. 332. in  
throno. 119. in Eucharistia sub forma homi-  
nis. 242. in Cruce pendens. 333. & de ea bene-  
dicens. 317. alijs duobus benedicens. 120. Vir-  
ginem sensibili amoris jaculo transfigit. 95.  
Vulnera sua ad osculum offert. 378. sponsam  
sibi cooptat. 94. sperare jubet in sua Passione.  
144. præsentiam continuam indulget. 349  
*Cilicium reficit B. V.* 485  
*Cingulum donat Spiritus S.* 365  
*Cisterciensis Ordo confirmatur.* 34. ejus commen-  
datio. 10. 31. est Petra Ecclesiæ. 256. Fons par-  
vus. 335. ejus insigne elogium. 361. eum re-  
cipiunt Ordines alijs. 228. 254. Primorum Pa-  
trum mores. 34. 82.

*Cælestium*



# *Index rerum memorabilium.*

<i>Cœlestium favorum mira dulcedo.</i>	331
<i>Columba super caput sacrificantis apparet.</i> 21. 422.	
<i>Sacram Hostiam porrigens.</i> 476. <i>pellens dæ-</i> <i>mones.</i> 364.	
<i>Confidentia singularis in Dei misericordiam.</i>	18
<i>Conjugij sancti fructus.</i>	13
<i>Constantia in fide.</i>	113
<i>Corpus manet incorruptum diu in sole jacens.</i> 329.	
<i>adhuc hodie.</i> 420. <i>per annos quadraginta octo.</i> <i>129. annis trecentis.</i> 46. <i>annis quadringen-</i> <i>tis.</i> 305	
<i>Corona spinea in capite gestatur.</i>	92
<i>Crucibus affixi apparent monachi.</i>	414
<i>Cultus divinus promovetur.</i>	106
<i>Curiosorum librorum lectio nociva.</i>	42

## *D.*

<i>Demon superatur.</i> 368. <i>contemptu.</i> 32. 270. 315.	
<i>afflictionibus spontaneis.</i> 82. <i>alijs modis.</i> 93.	
<i>125. 137. 265. 319. 349. 469. 471. ejus insidiæ</i> <i>divinitus agnoscuntur.</i> 16. 491. 242. <i>fugatur</i> <i>nomine Mariæ.</i> 214. <i>ejiciuntur ex obsessis.</i> 229.	
<i>311. ad mortem cedit monachum.</i> 201. 393. <i>pu-</i> <i>gnis ceditur.</i> 242. 320. 443. <i>apparet specie</i> <i>Serpentis in dorso pigre psallentis.</i> 144. <i>formâ</i> <i>corvi.</i> 147. 364. <i>anûs gibbosæ.</i> 443. <i>monstri.</i> <i>127. demonum quindecim millia ad moribun-</i> <i>dum convolant.</i> 74. <i>scientiam offert idiotæ.</i> 239	
<i>Deus se præbet spectandum oculis humanis.</i> 29. 369	
<i>Devotionis alimentum triplex.</i>	30
<i>Digiti lucent instar lampadis.</i>	281
<i>Doctrinâ &amp; scriptis clari.</i> 151. 253. 260. 269. 396.	
<i>Y y s</i>	322



*Index rerum memorabilium.*

322. 390. 404. eam promovent. 248. 420.  
Donum ingens respuitur. 97  
Dotes & gratiæ & naturæ insignes. 456  
Duella proscribuntur. 230

*E.*

Electio ad gloriam revelatur. II. 14. 65. 103. 186.  
286. 417.

Epistola scribitur in imbre sine imbre. 107. è celo  
accipitur. 308. 128.

Episcopi solertia singularis. 201. virtutes egregie.  
253. episcopatum reformatores. 260. 267.

Equi erga sessorem mira obsequentia. 127. equus  
renuens signari cruce corruit. 159.

Error à via ducit ab errore in fide. 189

Eucharistia mira devotione suscipitur. 349. è ma-  
nibus hereticorum eripitur. 476. eandem de-  
votè venerantur. 272. 265. in os suscepturi vo-  
lat à terra. 368.

Exempli boni vis. 121. 147.

Exemptioni Ordinis via aperitur. 304. promove-  
tur. 413.

Exules pro iustitia. 62. 275. 392. 484.

*F.*

Facere & Pati, est iessera religiosi. 3

Festum Corp. Christi inter hereticos celebratur. III

Fertilitate donatur terra sterilis. 421

Filia parenti salutem à Deo impetrat. 263

Fons salubris è petra educitur. 122

Flexus in genibus mortuus persistit. 183. 303

Fridericus Imper. moritur in habitu Cisterc. 257

Funus triste magnæ principis. 374

G



# *Index rerum memorabilium.*

## G

*Genus nobile.* 9. 13. 15. 44. 51. 59. 61. 69. 77. 79  
118. 124. 179. 199. 231. 257. 259. 274. 289.  
290. 316. 344.

*Globulos precatorios donat B. V.* 110

*Gula vincitur oratione.* 9. *impugnatur.* 107

## H

*Heretici oppugnantur.* 51. 111. 112. 130. 231. 475

*Honores recusantur.* 15. 47. 67. 125. 190. 294.

*dimittuntur.* 39. 43. 64. 68. 99. 136. 149.

195. 215. 221. 268. 314. 383. 412. 428.

*Humilitatis exempla.* 20. 28. 58. 151. 223. 246.

249. 271. 282. 286. 427. 451.

## I

*Iesus amore incensus.* 234

*Illegitimus de salute certus redditur visione.* 40

*Inquisitor primus in Galliam mittitur.* 267

*Innocentia illibata.* 152. 284. 309. *à calumnijs*  
*vindicatur.* 484.

*Judicia Dei abyssus multa.* 294

## L

*Lacrymarum donum.* 133. 381. 431. *illis rigatur*  
*pavimentum.* 123. *oculus amittitur.* 132.

*Lacrymanium jucundum certamen.* 207

*Languens alios sanat.* 128

*Latrones convertuntur.* 369

*Libertas arguentis emendat Regem.* 7

*Liberalitas erga hospites.* 100

*Liber dedicatur Generali Cisterc. à Papa.* 266

*Lilium ex ore defuncti nascitur.* 467

*Linguarum donum admirabile.* 77

*Lites*



*Index rerum memorabilium.*

<i>Lites cedendo componuntur.</i>	346
<i>Lupi &amp; mures pelluntur.</i>	311
<i>Lux insolita in obitu apparet.</i>	115

*M*

*MARIA V. à morbo liberat.* 467. 468. suadet  
ingressum Ord. Cisterc. 65. morienti assistit. 55.  
143. 212. 363. auditur cantans. 466. à morte  
servat. 351. psallentes consolatur. 364. donat  
favores mirabiles. 344. ingens damnum aver-  
tit ab Ordine. 97. Cucullam albam donat. 114.  
apparet in solio sublimis. 344. habitus monasti-  
co. 298. notans electorum nomina. 43. ejus a-  
mor in Cistercienses. 10. & favores varij. 141.  
sub ejus pallio spectantur Cistercienses. 10. illi  
se singulariter mancipant. 28. 357. cultores. 27.  
109. 237. 253. 429. ultor injuriæ. 9. virtutum  
imitator. 212. ejus Imago annuit oranti. 274.  
ad alium se vertit. 278. ejus vituperatores à  
demonibus torquentur. 229.

*Mansuetudine hostis vincitur.* 361.

*Martyr ex dolore afflictæ Ecclesiæ.* 453. pro Fide.  
112. 139. 179. 206. 262. 371. 385. 401. 402.  
437. 445. 487. pro Justitia. 400. 433.

*Martyres cantant Vesperas.* 139

*Medicus corporum & animorum.* 377. tardus in-  
crepatur. 70.

*Minimorum defectuum diligens cautela.* 482

*Miracula interdicuntur.* 397. vide Prodigia.

*Monasticus rigor inter honores observatur.* 23. 213  
294. 468. vide Austeritas.

*Monialium cura, ut nociva, deseritur.* 382  
Mortuus



*Index rerum memorabilium.*

*Mortuus ad vitam redit.* 239. 373. 463  
*Mors beata à S. Bernardo impetratur.* 315. 410  
*Mors lata 470. optatur in Claravalle.* 275. 362  
*Mortis hora præscitur.* 75. 128. 159. 199. 206.  
 290. 303. 323. 380.

*Mortua vultus pulchrior quàm viva.* 318  
*Mortuus suis bene precatur.* 487  
*Morienti assistunt Cœlites.* 209. 343. 351. 358  
*Moyse comparatur Conversus.* 367  
*Mula sessorem suum à prædonibus liberat.* 251

*N*

*Nascenti assistunt Apostoli.* 328  
*Nativitas Christi spectatur à S. Bernardo.* 474  
*Negligentes visione metuenda terrentur.* 340

*O*

*Obedientia simplex.* 279. *prompta.* 405. *singulare*  
*in morte solatium.* 19. *eius vis mirabilis.* 462.  
*amator eximius.* 375.

*Odor suavis emanat ex corpore defuncti.* 4. 281. è  
*tumulo.* 146. 464.

*Oratio vincit tentationes.* 9. *mover saxum.* 288. *eâ*  
*prædones convertuntur.* 417. *dæmones fugan-*  
*tur.* 74. *scelerati emendantur.* 443. *amissa re-*  
*cuperantur.* 196. *servantur periclitantes.* 191  
*mira impetrantur.* 278. 298. 440. 442. 459.  
*orationi addicti.* 32. 190. 203. 447. 466.

*Orantis labores peragunt Angeli.* 76

*Orant pro delatoribus suis.* 471. *pro hoste.* 433.

*P*

*Panis datus egenis cœlitus redditur.* 127

*Passionis Christi sedula meditatio.* 226. 388

*Passionum*



# *Index rerum memorabilium.*

<i>Passionum humanarum dominium.</i>	39. 344
<i>Patientia.</i> 70. 343. 480. <i>eius merces in cælo.</i> 478	
<i>Paupertas vera.</i> 105. <i>juvatur cælitus.</i> 287.	
<i>Pauperum cura.</i> 25. 105. 202. 217. 247. 277. 286	
<i>Pauperes quater mille modico farre aluntur.</i> 126	
<i>Pestis animæ triplex.</i>	210
<i>Perfectionis summus apex.</i>	95
<i>Pontificatus summus recusatur.</i>	281. 452
<i>Posteritas duplex gloriosa.</i>	161
<i>Prædicatorum Ordo primò per Cistercienses confir-</i> <i>matur.</i> 281. <i>de eo celebris revelatio.</i> 403.	
<i>Prædones obcæcantur.</i>	131
<i>Prodigium mirabile ab ignaro patratum.</i>	345
<i>Prodigiorum magnus numerus.</i> 308. 328. 360.	
391. 410. 440. <i>post obitum.</i> 25. 117. 128. 248.	
296. 392. 425. 441. <i>collata dubijs in fide.</i> 444.	
<i>Prophetia dono clari.</i>	102. 126. 370. 470.
<i>Psalmi Penitenciales recitandi instituuntur.</i>	97
<i>Pulchritudo formæ insidijs obnoxia.</i>	45. 298
<i>Puritatis studium.</i> 72. 91. <i>post mortem.</i> 209. <i>con-</i> <i>scientiæ.</i> 464.	
<i>Purgandæ animæ liberantur.</i>	346. 376. 443
<i>Questus prodigio è medio tollitur.</i>	459

## *R*

<i>Raptus corporalis admirandus.</i> II. <i>in cælum.</i> 93	
<i>Raptor equi citatur ad Dei tribunal.</i>	74
<i>Regibus &amp; Principibus venerabiles.</i> 84. 119. 299	
<i>Remedium contra mortem subitanæam.</i>	399
<i>Remissio peccatorum cælitus revelatur.</i>	443
<i>Resignatio perfecta in Divinam Voluntatem.</i>	94
<i>Rerum sacrarum reverentia.</i>	73. 460



# Index rerum memorabilium.

## S

<i>Sacrificium Missæ devotè celebratur.</i>	157. 237. 284
<i>Scala in cœlum moribundo apparet.</i>	204
<i>Senes Ordinem suscipiunt.</i>	73. 80. 122. 341. 424. 428. 431. 445. 449. 471.
<i>Sententia notabilis de peccatis.</i>	382
<i>Sobrietatis amantes.</i>	119. 223.
<i>Sol aspicitur oculis illæsis.</i>	440
<i>Tentatis prudenter succurritur.</i>	440

## V

<i>Verbi Dei prædicatores.</i>	227. 307. 321. 366.
<i>Vestem candidam donat Angelus.</i>	151
<i>Vindicta terribilis in obstinatos,</i>	218
<i>Virtutum ornatus.</i>	69. 289. 362
<i>Virum fœmina feliciter simulat.</i>	481
<i>Visiones lætæ.</i>	158. 233. 236. 335. 443. tristis. 156
<i>Vivus sepultus in vita conservatur.</i>	278
<i>Vulnerum suorum stigmata imprimit Christ⁹.</i>	326
<i>Vulnus prodigiosè infligitur.</i>	388
<i>Vulneris occasione mundus deseritur.</i>	291
<i>Uxor maritum ab hostibus liberat.</i>	317
<i>Waldtsassensis monasterij origo.</i>	293

OMNIA AD MAJOREM DEI,  
Gloriosissimæ MARIÆ Virginis,  
& S. Ordinis Cisterciensis  
GLORIAM.





*Menda emendata.*

Paginâ 25. lineâ 18. deplorabant p. 34. l. 3.  
facundia 57. l. 26. irreparabile 60. l. ult. vir-  
tutes 69. marginali: Charitate 81. l. 20. huius  
89. l. 4. cathedræ ib. l. ult. divinorum 92. l. 26  
charismata 104. marg. afflictatione 178. l. 15.  
inaugurâisset 192. l. 27. revocâsti. 193. l. 11.  
expetierant l. 12. Morbos 194. l. 28. conditi-  
one. 213. marg. Christus 292. l. 24. numere-  
tur 296. l. 6. Philippus 318. l. 23. digitos 319  
l. cujusdam l. 7. huiusmodi 324. l. 5. Spiræ  
329. marg. infideles 334. l. 22. percurrrens 352  
marg. voluntas 360. marg. Prodigys 363. mar.  
Imitatio 366. l. 24. confugiens 372. l. 4. or-  
thodoxæ 379. l. agnoscens 383. l. 16. hoc 389  
l. 12. Mater 445. l. 29. pæana adde Angeli 450  
l. 15. tyrocinium. Nota, post numerum pagi-  
næ 471. vitiosè repeti num. 6. pro quo octies  
in seq. paginis ponendus est num. 7. &c.

Inadvertenter Sententia S. Bernardi bis po-  
sita est, p. 161. & p. 426. cuius loco, ut nume-  
ro dierum conveniat numerus Sententiarum,  
hanc poteris, Amice Lector, supponere, ex  
sermone 25. in Cant.

*Nos qui in Christum credimus, Fratres, re-  
ctas studeamus facere vias nostras & studia  
nostra. Levemus corda cum manibus ad De-  
um, ut toti recti inveniamur, fidei nostra  
rectitudinem rectis actibus comprobantes.*




3.  
ir-  
us  
26  
15.  
11.  
iti.  
re-  
319  
iræ  
352  
nar.  
or-  
389  
450  
agi-  
ties  
  
s po.  
me-  
rum,  
e, ex  
  
s, re-  
tudia  
d De-  
nostra  
es.










































Th

Th  
2569